POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII; NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN II. PARS II.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

NOTAE CRITICAE

IN

POMPONIVM MELAM

PARS II.

COMPLECTENS

LIBRVM II.

Novi huius libri exordium varie indicant libri veteres: Lipf. *Incipit fecundus; Europae defcriptio particulariter;* Parif. 1. edd. 1. 2. 9. 13. *Incipit liber fecundus;* Cibin. *Incipit liber fecundus eiusdem Pomponii;* Gud. *Incipit fecundus, in quo defcribit Europam particulariter;* Parif. 2. idem habet, tantum *ubi* pro *in quo;* Vindob. *Incipit fecundus liber pomponii melle de cofmographia;* Zalufc. *De Europa einsque regionibus, regionumque urbibus et incolis et moribus eorum fluminibus, montibus et aliis memorabilibus locis. Principium a Scythia.* Quidam nihil omnino praefantur, in iis Prag. Parif. 3. Ex edd. 15. 17. 20. 23. *Pomponii Melae liber* II. 3. 4. 5. 6. 12. 14. 19. aliaequae etiam recentiores *Pomponii Melae* f. *Mellae de fitu Orbis liber fecundus.* Ipfum caput fine ulteriori infcriptione exordiuntur Codices, et quaedam editiones, uti 1. 6. 7. 8. vel capitis tantum primi initium produnt numero, ut 13. 15. 17. 20. 23. in margine habent 3. 4. *Particularis Europae defcriptio*, quod ad totum librum pertinet; 11. *De gentibus Scythie in Europa;* 12. 14. 19. *Scythia* 14 *Scytia*) in *Aeuropa;* pleraeque, ut hodie legitur *Scythia Europaea.*

§. 1. *Afiae)* Vindob. *affie*, poft *tanaumque;* Rehdiger. *Afye* et *thanymque;* Venet. *quae dixi;* Vindob. *frons et fitus eft.* Pro *Tanain* multae edd. *Tanaim.* Pro *fitus* Ciacconius ad praef. 2. *(oras omnium et litora)* coniicit *litus*, quam tamen coniecturam poft ad noftrum locum abiecifſe videtur. Nempe fimpliciter

hic notat: Sic lib. 1. c. 4. f. *Nunc exactius oras ſitusque dicturo*, quo vulgata omnium librorum lectio confirmatur.

At per eundem) Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. *ac*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. Vaticani ita etiam habuiſſe videntur. Reliqui *At*, quod revocavit Vadianus, excepit Olivarius, uterque cum ſuis, retinuerunt Vinetus, Schottus, Voſſius, alii. Recte. Non enim eadem vel ſimilia nectit, ſed diverſa ſubiungit. Nota autem alias eſt utriusque particulae confuſio, de qua Bentlei. ad Horat. 1. od. 18, 7. Drakenb. ad Sil. Ital. 6, 190. et Liv. 5, 6:, 4. Bunemann. ad Lactant. 6, 11, 25. Schwarzius ad Plin. panegyr. c. 26. p. 80. et alibi plura dabunt. Cf. etiam ad praefat. 1. et 2. 1, 2, 5. 13. in. 2, 3, 10.

dextram) Cibin. Rehdig. Lipſ. Gud. *dexteram*, quod leve eſt, uti *Meotida* ante in Gud. Prag. *meothyda* in Rehdig. et in Lipſ. *meotidam*. De priori voce, ſi tanti eſt, cf. ad 3, 8, 1.

Europe eſt) Tò *eſt* omittunt Codices mei Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Gud. Prag. Lipſ. Vindob. Venet. Havn. Rehdiger. et vetuſtae edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Addidit primus Vadianus cum ſuis, poſt 24. 25. omninoque Olivarianae et reliquae. Pro *Europe*, quod et obſerunt Codd. mei, vel uti Cibin. *europae*, edd. 1. 2. *Europe*, 9. ex vitio *crope*, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Europae*, 11. 12. 13. 14. 19. *Europae;* Vadianus poſuit *Europa* cum ſuis et hinc 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. Poſt cum Reinoldio revocatum eſt *Europe* ſervatumque. TZSCHUCKE. Alia lectio habet: *Ac per eundem amnem*

in Meotida remeantibus, ad dextram Europa est modo, finistro latere innavigantium apposita. Locus est subobscurus, five secutus fueris priorem lectionem, [in qua ante *modo* distinguitur,] five posteriorem. Dicam tamen, quod sentio. Si quis ex fonte Tanais per Tanain in Maeotida redierit, revera Europam relinquet ad dexteram amnis; sed si quis ex fonte usque ad paludem navigaverit, non est dubium, quin remigantes ad finistram eandem relinquant. OLIVARIVS. Fluctus in simpulo. Quis enim non videt, quae adeunti finistra sunt, ad dextram revertentibus iacere, et hinc distinguendum esse ante *modo*, uti et diserte monet Schottus, et superiorem descriptionem apte respici. Minus enim recte ad 1, 5. f. retulit Graevius ad Florum 1, 5. in. ubi consulendus Dukerus. Igitur aberravit ed. 24. quam secutus est in ed. 25. Olivarius, sed ex eius familia recte aliqui immutarunt. Ita autem solet noster situm definire, uti 1, 5, 1. de quo Vol. 2. Sed idem ille locus similis adiectum etiam habet *est*, quod an in aliis codicibus adfuerit etiam, ignoro. Solet tamen addere et alibi noster, et videtur a praecedente *e* absorptum τὸ *est*, cum per compendium simplicis *e* indicetur. Reliqui igitur, etsi, si quis eiiciat, non reluctor. *Europe* autem non solum ex usu dicitur Melae, de quo I. Gronov. ad 1, 2. in. sed et a MSS. sustinetur.

latere — apposita) Pintianus et cum eo Ciacconius volunt *lateri*, non *latere*, et sic posuit Schottus obsequente praeter eum nemine. Tum *opposita* dedit ed. 29. et post Vinetus, nec aliter in notis adferunt Pintianus et Schottus, quorum ille Vadianam recensionem sequitur, hic illum repetit. At ante ed. 29. equidem non inveni aut notavi. Facilis tamen haec est commistio et obvia. Vid. ad 1, 13, 3. 2, 7, 8. et 5, 6, 9. Attamen hic melius habet vulgata, cum omnia ad amnem referantur, quo hic Europae extrema adluuntur. De altera emendatione *lateri*, quam et proposuit Graevius

ad Florum 1, 5. in. rectius dubitari possit. Ita enim Frontin. 3, 10, 8. *civitas litori adposita*, et ut alios taceam, ipse Noster 1, 13, 3. *mons litori adpositus*. Forte tamen hic cum libris veteribus potest retineri, quod continuationem et seriem declarat, aut subpleri *in*.

Rhipaeis montibus) Multiplex hic obiicitur variatio. A. Gronovius ex suis Cdd. adfert *in Ripheis, in Aeripheis, Arepheis* et *Meripheis;* Vatic. *aeripheis;* Gud. *in arepheis;* Cibin. Mediol. *meripheis;* Rehdiger. *in erypheis;* Paris. 1. 2. 3. Lips. Prag. Chis. Venet. Vindob. *in ripheis* vel *Rhipeis*. Edd. 1. (2?) 9. *in rypheis;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. reliquae ad 42. *ac Rhipheis, Rhipaeis*, praeter Vinetum, qui dedit: *Tum Rhiphaeis;* denique praeeunte Reinoldio 44. 45. ceterae legunt simpliciter *Rhipaeis montibus*. TZSCHVCKE. Detrahe coniunctionem *ac*. PINTIANVS. Equidem, unde copula *ac* venerit, vix recte deprehendo. Schottus enim, quum in *Spicilegio* nihil dixisset, in *Praetermissis* dicit se interpungere, *modo sinistro lateri navigantium opposita, Rhipaeis montibus*. Sed Pintianus in *Retractationibus* citans *ac Riphaeis*, notat delendam coniunctionem *ac*, quam voculam Schottus alio litterarum charactere excudi curavit. In Chisiano erat *in Rhip*. In altero [Gud.] *arepheis*. Hinc deprehendi denique verum, *sinistro latere innavigantium apposita a Rhipaeis*, hoc est, progressa et incipiens a Rhipaeis montibus, qui sunt ultima simul Europae et Asiae versus oceanum Septentrionalem nota pars. I. GRONOVIVS. Et hic quoque rem acu se tetigisse existimat novus Melae interpres, sed ut ubique, ita quoque hic fallitur. Sic nempe constituendus hic locus faventibus Vaticano et omnibus fere antiquis exemplaribus: *Agrippacis montibus proxima, et huc enim pertinent, cadentes assidue nives adeo invia efficiunt* etc. Agrippaei sunt, qui paulo ante Arimphaei vitiose vocan-

tur. Verum illorum nomen ex Herodoto [4, 23.] petendum eſſe monuit Pintianus. [ad 1, 19, 20.] Ille vero, ſi bene ſe habet lectio vulgata, *Argippaeos* appellat. Pro eo Ἀργιμπαίους ſubſtituit Salmaſius. [ad Solin. c. 7. ſ. 21. p. m. 147.] Sed rectius Ἀργιππαίους legas, ſi quid mutandum ſit, quod tamen opus non eſt, cum in iſtius modi nominibus familiaris admodum Latinis literarum ſit transpoſitio. Quod autem paulo ante in fine libri prioris occurrit: *Vltra ſurgit mons Rhiphaeus*, et hoc quoque mutandum, cum in compluribus et quidem melioris notae libris legatur *mons gripes*, in aliis *nigripes*, in optimo vero mons *aegripes*, ut non dubitandum ſit, quin Mela ſcripſerit *mons Argippaeus*. Sic nempe Mela vocat altum iſtum montem, cuius accolas eſſe Argippaeos vel Agrippaeos ſcribit Herodotus. [c. l.] Cum vero idem Mela Tanain in Rhiphaeis vel potius Rhipaeis montibus oriri dicit, in eo receſſit ab Herodoto, qui nusquam Rhipaeorum facit mentionem, et Tanain e lacu profluere affirmat, quod verum eſt. Agrippaeos vero ab antiquis Latinis dictos fuiſſe iſtos populos vel Agripparum ſatis teſtatur agnomen. Vt enim vicinam Arimaſporum gentem, quod unum tantum habere oculum crederentur detorta voce a Cyclopibus Coclites appellat Ennius; [vid. paullo poſt] ita quoque illos, qui difficili partu ederentur, contracta ab Agrippaeis voce, Agrippas vocaverunt. [At cf. Gellius 16, 16.] Vt enim ſcribit Herodotus, [c. l.] calvi naſcebantur omnes *Argippaei*, quales quoque multos fuiſſe Myconios teſtatur Plinius. [11, 47. ſ. 37.] Talium autem propter duritiem capitis difficiles ſunt partus. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Putat, opinor, nos in ignariſſima Septentrionis parte verſari, ubi neniae quoque eius vel inſulſiſſimae curarentur, ut ab Hyperboreis profecti! Quis audiit, quis patietur montes Agrippaeos nuspiam dictos? Rhipaeum montem vel Rhipaeos montes omnibus decantatos ignorari in Mela, niſi demum lib. 3. c. 5. Credant haec

Voſſiocolaces. Quum Ennius dicit apud Varronem: [de L. L. 6, 3. fin.] *Decem coclites, quos montibus ſcimus Rhipaeis fodere*, bene diſcimus, quo usque extenderint antiqui Rhipaeos montes. Horum latus unum emittebat Tanain, ad alterum habitabant Hyperborei. Itaque et ad Europam et ad Aſiam pertinebant. Ob Tanais fontem eos appellat Mela inter partes ad mare mediterraneum ſpectantes; ſupra eos quidquid erat, reiicit ad Oceanum, neque in eo admittit diviſionem in Europen et Aſiam. Reliqua Voſſii ſunt plena Abderiticae indolis. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Legendum atque interpungendum cum Reynoldo: *ſiniſtro latere innavigantium appoſita. Rhipaeis montibus proxima (et huc enim pertinent) cadentes.* Atque eundem fere in modum Perizonio hic locus conſtituendus videbatur, *ſiniſtro latere innavigantium appoſita. Rhipaeis montibus (nam et huc illi pertinent) proxima cadentes* etc. Ceterum pro *in eripheis* vel *in aeripheis* Oudendorpius reponendum ſuſpicabatur: *Inde Rhipaeis.* A. GRONOVIVS. *Rhipaei montes*, ſive veri, ſive ficti, dimitti hic nequeunt, ſatisque eos vindicavit I. Gronovius. *A, ae, ac* praemiſſa ſunt et efficta ex vocis proximae clauſula *qua.* Nolim tamen cum I. Gronovio moleſtum illud *a* denuo intrudere, ſine quo facilius oratio procedit, nec τὸ *inde* Oudendorpii, etſi ſatis ingenioſe ex aliis Codicibus extruſum. Nempe Mela non ex ulteriori regione ad Rhipaeos montes progreditur, ſed quae in vicinia eſſent memoranda, breviter ſuperiori narrationi adnectit. Malui igitur aliorum iudicium ſequi, qui ſimpliciter legunt: *Rhipaeis montibus* et commode ad *proxima* referunt. Variam ipſorum montium ſcripturam in praecedentis capitis ſine adtigi.

proxima — cadentes) Haec verba varie et diſtinguuntur et componuntur. Nempe Codices et edd. τὸ *proxima* continuo ſubnectunt voci *montibus*, primus-

que Vadianus reiecit poſt *pertinent*, quem ſecutus eſt Olivarius, repetita et hic ed. 24. uterque cum ſuis. Eundem ordinem tenuerunt Vinetus, Schottus, Voſſius, edd. 40. 41. 42. Qui hoc fecerunt, diſtinguunt poſt *pertinent*, maximo etiam aliqui ſigno adpoſito; qui aliter, ut olim, poſt *proxima* et *pertinent*. Recentiores praeeunte Reinoldio et lectionem et diſtinctionem, quae et ego reddidi, exhibent. Apte ad ſenſum et commode. Quod pro *enim* A. Gronovius ex Cod. Gud. adtulit *ei* erravit. Nam ſaepe eodem ſcribendi compendio, quo hic, vocula *enim* exprimitur. Verbum *Cadentes* cum minore litera ſcriptum ſuperioribus applicandum cenſet Pintianus. Nempe poſterius monuit ob pravam poſt vocem *proxima* diſtinctionem, quam in ſuo exemplari invenerat; prius cur velit, non ſatis capio.

aſſidue) Vatic. 1. videtur habuiſſe *aſſiduo;* alii *aſſidue*, uti editiones, praeter 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. in quibus *aſſiduo*, et poſteriores quasdam Vadianas cum 30. 32. 37. in quibus *aſſiduae;* minus bene. *Aſſiduo* autem et *aſſidue* promiſcuo uſu variantur, ut *proximo* et *proxime* 2, 3, 3. Sic *commodo* et *commode* libri in Cic. ad diverſ. 1, 1, 7. Plura infra ad 2, 5, 3.

viſum) Sic 10 Cdd. A. Gronovii meique omnes et edd. ante Voſſium, qui poſuit *niſum*, ſequentibus Gronoviis et Kappio in priori editione. Reinoldius revocavit *viſum*, quem ſecutus eſt in poſteriori Kappius. Norimbergenſis, ſi tanti eſt commemorare, retinuit *niſum*. TZSCHVCKE. *Viſum* magis convenit cum verbis Herodoti lib. 4. c. 7. Τὰ δὲ καθύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληΐοντα τὴν ὄψιν. A. GRONOVIVS. Eius notam, ut hoc verbum tueretur,

repetiit Kappius. De ipſa hac commiſtione non infrequente vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 5, 284. et ad Liv. 37, 11, 8. Tennulius et Oudendorp. ad Frontin. 3, 9, 3. hic etiam ad Lucan. 6, 482. Cortius ad Salluſt. Iug. c. 94. in. qui adeo ante Voſſium ineptiiſſe hic Melam putat, et Burmannus ad Antholog. Lat. T. 1. p. 290. Diſceptatio in ambiguo haeret, cui tamen in alteram partem libri antiqui non leve momentum adiiciunt, quod conficit Herodoti locus. Excuſſit duplicem hanc editionum lectionem operoſo ſtudio Kirſchius in proluſione ſcholaſtica edita Curiae 1784. 4. in qua ſub examen aliqua Pomponii loca vocavit. Summa haec eſt: Speciem habere Voſſii lectionem non quidem infitiatur, praefert tamen *viſum* his rationibus ductus, quod inviam regionem magis declaret, Herodoti locum contracta brevitate efficacius reddat, denique codicibus ſuffulciatur. Iisdem vero rationibus uſus erat olim Vrſinus in disput. Witteberg. 1668. 4. quae exercitt. philolog. continet in hac lectione tuenda. Equidem lubenter his adquievi, cum non ſolum intelligi recte poſſint, ſed et rei difficultatem augeant, ex vi nivium, quae oculorum adeo proſpectum praecludant. De inceſſu enim nihil ſingulare eſt; at de viſu. Et ſic reddidit Herodoti ὁρᾷν, uti poſt διεξιέναι. Vid. etiam deinceps.

incedentium) Sic Cod. Ciaccon. et ex meis Venet. Havn. quibus accedere puto Vaticanos aliquos certe 3. cum edd. 15. 17. 20. 23. Prag. *incredentium* ex librarii lapſu; Pariſ. 1. 2. plane hanc vocem omiſerunt. De A. Gron. MSS. quid habuerint, dubium. At Vatic. 1. Lipſ. Cibin. Pariſ. 3. Gud. Zaluſc. Vindobon. *intendentium*, et ſic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 23. et reliquae ad Voſſium, qui cum poſteris *incedentium*. Solus Reinoldius priorem lectionem *intendentium* ſervavit. TZSCHUCKE. Lego *ne viſum quidem inceſſumve admit-*

tant, ex Herodoto evidentiſſime in Melpomene. [c. l.] PINTIANVS. Pintianus *inceſſumve*. Propius a vero *incedentium*. Lege Macrobium 2, 15. Somnii. SCHOTTVS. Plerique Codices, in quibus meliores praeferunt *intendentium*, quod et efficacius videtur in oratione Melae, ſimulque ad viſum et inceſſum pertinet, etſi illud neceſſe non ſit. Sed ſtrictiora dabo, quae fuſius de hac lectione disſeruit Kirſchius c. l. Tò *incedentium* interpretationem alterius verbi eſſe putat ab homine profectam, qui aut communem huius verbi uſum aut Pomponianum certe igoraret; Melam enim *tendere* de conatu eundi, proficiſcendi, volandi in alienas regiones adhibere, ut 3, 10, 5. 3, 8, 9. *Intendere* nihil aliud eſſe, quam *ultra tendere*, quod aeque potuiſſet dicere, adeoque compoſitum ſimplicis vices ſuſtinere, uti apud Terent. Andr. 2, 2, 6. Cicer. de nat. Deor. 1, 20. *incedere* eſſe expedite et ſine impedimento ulterius pergere. Denique, nam illa potiora videntur et aptiora, ſententiae cauſas his argumentis conficit: 1) in codd. antiquis haec lectio inventa eſt; 2) eſt difficilior; 3) admittit uſus verbi *intendere* vulgaris; 4) admittit uſus Pomponianus; 5) ſuadet contextus; 6) linguae genius alteram improbat; 7) pro lectione *incedentium* nihil adferri poteſt firmi, niſi quod veteres aliquot libri eam habuerint, in quos ex gloſſa irrepſit. Haec KIRSTIVS. Vtique cognatum verbum, ſi ex hoc fonte petendum erat, *accedere* accommodatius fuiſſet. *Niſus* etiam notio ineſt in verbo *intendere*, ut lectio *viſum intendentium* apte locum tueatur.

Gryphi) Rehdiger. *griphi;* Vindob. Prag. *griſi;* Gud. *griſſi;* Cibin. *Grypi;* Lipſ. *griſi*, at in margine *griſes*, quae quidem terminatio magis frequentatur. Vid. Vol. 2.

pertinax) Quid ſi *pernix* legas? ut de tigribus infra 3, 5. et de Araxi fl. ibidem. Plinius legend. lib. 7. c. 2. in. PINTIANVS. Plinius utique vocat *ferarum*

volucre genus, et ſic poterat etiam Noſter. At Codices ita noluiſſe contendunt, et unde alias conſtat, alterum voluiſſe? Cum unius rei multa ſint adtributa, quantae auctorum moverentur iactationes, ſi quis inde vim petierit.

aurum) Cibin. *antrum*.

et ſunt) Tò *et* omittit Prag. Ambo verba minoribus literis expreſſit Schottus. TZSCHVCKE. Dictiones hae otioſae. PINTIANVS. Poſſunt abeſſe, at ideo non debent, cum et recte adeſſe poſſint.

§. 2. *Scythae —)* Vindobon. *ſcite ſcitarum; τὸ ſunt* antea ignorat Prag. Ceterum a voce *Hominum* c. 2. exorditur Vinetus.

queis) Pariſ. 1. *quibus;* Gud. Vatic. 3. Prag. omiſerunt; Lipſ. Cibin. Rehdiger. uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 31. 44. *quis;* Ald. Iunt. 24. Schottus, Voſſius, Gronovii praeter ed. 44. Reinoldius, Kappius *queis;* Vadianae aliquae *queis*, Olivarianae aliquae *quis*. Infra tamen 3, 6, 1. Reinoldius, A. Gronovius in edd. 44. 45. Kappius dederunt *quis*, quod et hic ex Cdd. et vetuſtis edd. repoſui, eamque antiquam formam cenſet Servius ad Virg. Aen. 1, 95. quem explicat Heyne. Sic ubique *quis* pro *queis* in Silio Italico Drakenborchius auctoritate Codd. Colon. et Oxon. et priſcarum edd. Vid. ad 1, 13. et Broukhuſ. ad Propert. 2, 10, 47. quem ibi laudat. Adde Cortium ad Salluſt. de B. I. cap. 80, 5. ubi copioſius de hac forma disſeruit. Cf. etiam de variatione ad 2, 2, 2. 2, 3, 3. 3, 6, 8. et alibi. Neque tamen alteram ſpreverim, cum et ſic *amiceis* et ſimilia occurrant, in faſtis Triumphal. *Galleis*, *Morineis*, *Sveveis*, *Germaneis* et alia. Nempe *quis*, pro quo etiam *queis*, ducitur a nominativo *qui*, unde etiam *quorum; quibus* ab *ques*, uti Servius c. l. monuit.

Arimaſpoe) Gud. Rehdiger. Vatic. Chiſ. (teſte I. Gronovio ad 1, 19, 15.) Pariſ. 1. *Arimampſae;* Mediolan. (teſte I. Gronov. c. l.) Vindobon. *Arimampſe;* Cibin. *Arniampſae;* Pariſ. 2. *Arimapſae;* Prag. *armaſpe;* Lipſ. et codex, quo ſe uſum eſſe ſcribit Holſtenius ad Stephan. p. 46. ille *Arimaſpe*, hic *Arimaſpae;* Venet. et, quod videtur, Pariſ. 3. *Arimaſpi.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Arimaſpae;* 2. *arimapſae;* 11. *arimaſpe;* 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, I. Gronov. in ed. 40. *Arimaſpi;* poſt I. Gronovius, cui et ceteri acceſſerunt, repoſuit *Arimaſpoe.* Holſtenius c. l. duplicem nominis formam agnoſcit *Arimaſpi* et *Arimaſpae.* De priori nulla poteſt eſſe dubitatio, cum ſic optimi auctores loquantur, veluti Plinius 6, 19. ſ. 17. et alibi, Solin. c. 20. ſ. 15. Strabo 1. p. m. 15. ſ. 21. 11. p. m. 349. ſ. 507. Stephan. h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 31. et alii multi, in primis Herodotus 3, 117. — Nempe Graeci Ἀριμασποί. Poſterior forma iuſtam movet dubitationem. Quod enim Holſtenius eam tuetur ex Orpheo in Argon. v. 1096 (immo 1061.) ubi pro vulgato Ἀριμάσθας ſubſtituit Ἀριμάσπας addicentibus Cdd. Voſſ. et Moſcov. iniectam dubitationem non eximit, quia contra metri leges ab Ἀριμάσπαι duci non poteſt, ſed ab Ἀριμάσπες, uti iam recte monuerunt Oudendorp. ad Lucan. 3, 201. et Schraderus ad Avieni Periegeſin v. 55. Neque ex Avieno c. l. ſubſidium huic opinioni peti debet, ubi *Arimaſpas* eodem modo intelligi, atque adeo cum Heinſio Arimaſpos ſubſtitui poteſt. Neque, quod putabat Schraderus, vel ex Aeſchylo in Prom. vincto v. 803. (811.) et Vibio Sequ. de flum. p. m. 5. ponderis aliquid additur, cum in illo metrum exigat Ἀριμασπὸν, quod et dedit Schuetzius reiecto Ἀριμασπῶν, in hoc fluvii ſit nomen, unde forte ipſa gens cognominata eſt. At cum hic tantum non omnes libri habeant *Arimaſpae*, ſine dubio id ex *Arimaſpoe* fluxit facili errore, cum

Mela hanc Graecorum terminationem et in aliis amet. Sic *Soloe* 1, 13, 2. mox *Hamaxobioe;* 2, 2, 5. *Tomoe;* 3, 7, 1. *Androphagoe;* 3, 9, 1. *Automoloe;* cf. Oudendorp. ad Lucan. 2, 593. Keuchenius et Bofius ad Nepot. Milt. 4, 3. Muncker. ad Hygini poet. aftron. 2, 2. Ceterum fubiicit hic Venet. *Dein ab eis;* Prag. *Deinde ab eis.*

Effedones) Vatic. 3. Prag. Parif. 2. 5. *cendones;* Lipf. *Cendrones*, at in margine: *al. effedones;* Rehdiger. *efedones.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cendones*, aliae *Effedones* ex Hermolai emendatione. TZSCHVCKE. *Cendones)* Scribendum puto *Effedones.* Plinius lib. 4. [c. 19. f. 17.] *A Buce*, inquit, *fuper Maeotin Sauromatae et Effedones.* BARBARVS. Recte, ut ex recenfu eorundem populorum fubiecto probatur.

Buces) Lipf. Leidenf. Voff. 2. 5. Gud. Perizon. A. Gronov. Vatic. 3. Prag. Ciaccon. Parif. 2. et Codex quo ufum fe effe dicit Holften. ad Ortel. p. 35. et 96. *butes;* Vindob. Boccat. de flum. h. v. *buthes;* Cibin. *bues.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Butes;* 6. 7. 15. 17. 20. 23. *Huges;* 8. 10. 12. reliquae *Buges*, ut alii Codices et unde varr. notant edd. 27. 29. Solus Schottus *Hyrgis.* TZSCHVCKE. Scribendum *Buces* five *Buges*, quia Graece *Byges* appellatur et ftagnum et fluvius. BARBARVS. Plinius lib. 4. c. 11. [c. 26. f. 12.] Memini, quosdam *Hyrgis amnis* ex Herodoto Μελπομένῃ [4, 57.] legere. SCHOTTVS. Equidem praeter Schottum, qui fic legeret, inveni neminem; et improbarunt recte alii, veluti Ortelius in thefauro Geogr. f. v. *Buges*, qui praeterea ex codd. nefcio quibus, etiam *Hyges* memorat; et Ger. Voffius ad Valer. Flacc. 6, 68. qui apud hunc et noftrum legere vult *Buces.* Ptolemaeo 3, 5. et Βύκη lacus et Βύκος fluvius, quem eundem Ptolemaei fluvium hic intelligendum putat etiam Opitius in varr. lett. cap. 3. p. 9.

Y autem et *u* promiſcue ſaepe adhiberi aliquoties monitum eſt. Exempla conlegit etiam Hermolaus ad Plinium 4, 5. *Byceu* tamen etiam vocant libri ſcripti apud Valer. Flacc. c. l. In Plinio c. l. *Buges* lacus et amnis, non *Buces*, uti dicit Heinſius ad Valerium. *Hyrgis* plane alienus eſt a librorum lectione, nec, ut Buces in Maeotida excurrit, ſed in Tanain, de quo Vol. 2.

Agathyrſi) Cibin. *thagatyrſi;* Prag. Lipſ. ut edd. 1. 2. 3. 4. 7. 9. *agatirſi;* cum Gud. 8. 15. 17. 20. 23. *Agathirſi;* 5. 10. *Agathyrſi*, uti poſt reliquae. An *Thyrſi* ſubſtituendum ſit, quod innuere videtur Gattererus in commentatt. — Goetting. Vol. 12. p. 191. iidemque ſint *Thyrſigetae* et molliori ſono *Thyſſagetae*, dubitare licet per codices noſtros, et quod ſeorſum et Mela et Herodotus 4, 122. et 125. utrumque populum commemorant.

Sauromatae) Gud. Rehdiger. *Sauromathae;* Venet. *Sarmathae;* Vatic. 5. Pariſ. 2. Prag. *Sarmatae*, quae nomina paſſim etiam in libris commutantur. Praemiſſam particulam *et* omittit Rehdiger.

pro ſedibus) Voſſ. 1. Cibin. *procedibus*. TZSCHUCKE. Quod hic pro *ſedibus* docti viri reſcribant *aedibus*, in eo illos fugit ratio, cum et iſtud rectum ſit. Sic etiam locutus Salluſtius apud Porphyrionem et Acronem Horatii interpretes [ad 3. 24, 10.] de iisdem populis: *Scythae Nomades tenent, quibus plauſtra ſedes ſunt.* VOSSIUS. *Aedibus* maluit notante A. Gronovio Opitius cap. 3. Varr. lectt. Sed quod Voſſius iam dixit, nulla opus eſt correctione.

Hamaxobioe) Voſſius ex optimis libris notat *Amaxobiae;* Lipſ. (qui etiam pro *dicti* habet *deūt*) Pariſ. 2. 3. Havn. Vindob. *amaxobitae;* Pariſ. 1. *Amaſo-*

bitae; Gud. *amaxobice;* Prag. *amazobitae;* Venet. *hamaxovitae;* Cibin. *amaxobrioe;* Rehdiger. *amasiobioe;* Mediol. et alius a I. Gronovio inspectus *Hàmaxobioe;* Vaticani videntur tulisse *Hamaxobitae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *maxobitae;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Hamaxobitae;* 15. 20. *amaxobitae;* Vinetus, Vossius, 40. *Hamaxobii;* post omnes *Hamaxobioe.* TZSCHVCKE. *Maxobitae*) Scribendum *Hamaxobitae* sive *Hamaxobii*, quia pro sedibus, inquit, plaustra habent, quae Graeci ἁμάξας vocant. Plinius, [4. 25. s. 12.] Strabo, [7. p. m. 208. s. 300.] Ptolemaeus. [3. 5.] BARBARVS. In optimis nostris libris *Amaxobiae* legitur, omnino recte pro *Amaxobii.* Ἁμαξοβίτας, quod sciam, nemo istos populos vocavit, sed vel Ἁμαξοβίους, vel Ἁμαξίτας vel Ἁμαξοφορήτους appellant; alterum vero non videtur satis esse Graecum. VOSSIVS. *Hamaxobioe* plane Mediolanensis, et alter MS. quem ipse inspexi. Et hoc est, quod non adsequentes priores ediderint *Hamaxobitae.* Hinc etiam *Tomoe* cap. 2. huius libri. I. GRONOVIVS. Ex omnibus huius populi adpellationibus, quibus in Vossii recensu Ἁμάξοικοι ex Strabone c. l. addi potest, Codicum lectionibus optime convenit *Hamaxobioe,* quod cum adeo ferrent quidam, recte I. Gronovius reposuit. Nempe pro forma Latina, qua Plinius c. l. utitur, maluit Graecam dare, ut paullo antea *Arimaspoe.* Sic Soloe et similia. Vid. ad 1, 13. 2. Vti vero hic Plinius c. l. *Hamaxobii,* sic in eodem loco libri utramque terminationem adferunt, v. c. *Arctoe* et *Arcti* apud Germanic. in Arateis v. 25. et 63. ubi vid. Schwartzius. Quod Vossii Codices dant *Amaxobiae* vid. paullo ante de simili confusione in *Arimaspoe.*

Obliqua tunc) Pro *tunc* lege *tum.* Supra: [1, 19, 15.] *Obliqua tum regio et in latum.* CIACCONIVS. Amplexus et hic sum Ciacconii emendationem,

de qua ad c. l. *Vitiofe hic unum exemplar ed. 25. uti edd. 32. 37. *nunc*. Poft Vindob. *exciterens* pro *excurrens*; Venet. *Maeotidae*, ut fimilia omittam. Pro *includitur* idem, Vatic. Lipf. Parif. 1. et Gud. cum ed. 1. *includit*. Nempe fyllaba *ur* modo temere additur, modo demitur, de quo ad 1, 7, 3. 2, 2, 1. 2, 3, 6. 3, 2, 57. et alibi.

§. 3. *In paludem)* Parif. 1. 2. Cibin. Gud. Prag. et edd. 1. 2. 9. *in palude*, atque ita etiam adfert Ciacconius. TZSCHVCKE. Scribendum videtur *In Pontum vergentia*, non *in paludem*, quia fubdit paullo poft, *refugientia usque fubfequens litora*, *quae Satarchae et Taurici tenent*. Sed tolerari poteft *paludem*. Nam anguftam illam cervicem, feu Ifthmum inter finum *Carcinitem* et *Maeotin* attingentem utrumque mare, qui vocatur *Taphrae*, (ut paulo poft fubiungit) *Satarchae* habitant, auctore Stephano in dictione *Taphrae*. Quare in quarto Plinii libro, [c. 26. f. 12.] ubi ait Tauricae populos claudi ab Occidente Cherrhonefo, ab ortu Scythis Satarchis, corrigendus eft mendofiffimus locus, legendumque non *ab ortu Scythis Satarchis*, fed *habitata Scythis Satarchis*. Pudendo Hermolai errore, qui ait, non in totum displicere fibi priorem lectionem, quum in univerfo terrarum fitu nihil pronuntiari poffit abfurdius, quam Tauricam claudi ab Oriente Scythis Satarchis. Ceterum libuit hic teftari, me ab Hermolao, quotiens occurrit, libere disfentire, non ut detractam ei velim *haerentem capiti cum multa laude coronam*, a qua re femper mores mei abhorruerunt, fed honorandae veritatis caufa. Cuius dignitas apud hominem vere philofophum, hoc eft, qui bona fide fapientiam colat, quam ceterae omnes rationes praeponderare debet. Nec committendendum fuit, ut, quae falfo tradita funt ab homine quantumvis docto, fed qui in omnibus collimare non po-

tuerit, credulo lectori imponerent. PINTIANVS. Mutatione opus non esse, ipse statim sensit Pintianus.

Satarchae) Cibin. Vatic. *Sarthagae;* Gud. *Sarchage;* Havn. Prag. *Scartagae;* Paris. 2. *Scarthagae;* Venet. *Schartagae;* Lips. *Scharchage;* Rehdiger. *Sarcagae;* Vindob. *Sarchaphage;* Paris. 3. cum Vossio *Satarchae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Sarcagae;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Satharchae;* 12. 14. 19. *Sartachae;* 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. reliquae *Satarchae*, uti emendabat Hermolaus, et legitur in Plinio 4, 26. s. 12. Solin. c. 15. s. 20. Σατάρχη urbs apud Ptolem. 3, 6.

Cimmerica) Voss. 1. *cymonica;* Cibin. *cymenica;* Boccatius de maribus s. v. Bosphorus *chimerica;* Vindob. *cimerica*, ut edd. 1. 3. 4. sed 2. 9. *cymerica.* Vadianus dedit *Cimmericum* a nullo codice invitatus, ut pertineret ad *Bosporum.* Secuti sunt Olivarius et Schottus cum suis et edd. 21. 28. Vinetus, post Vossius aliique revocarunt priscam lectionem. TZSCHVCKE. *Cimmericum)* Aldus *Cimmerica oppida*, rectius puto, ut sit a Cimmeriis possessa conditave. Verba sunt Strabonis lib. 11. [p. m. 340. s. 494. interprete Gregorio Tiphernate] *Nam Cimmerii olim potentiam in Bosporo maximam habuere, unde et Cimmerius Bosporus appellatus est. Hi sunt, qui ad Ponti dextram mediterraneam regionem habitantes usque in Ioniam excurrebant.* Sed super omnia placet legatur: *In Bosporum Cimmerii, quorum oppida* etc. ut tres diversas Tauricae partes tribus populis assignet; Vergentem in paludem Satarchis, In Bosporum Cimmeriis, In Euxinum Tauricis. Nam et Ptolemaeo [3, 6.] oppidum est in mediterraneo Tauricae *Cimmerium.* PINTIANVS. Cellarius lib. 2. Geogr. ant. cap. 6. §. 58. legit *Graecanica oppida.* A. GRONOVIVS. Vulgatam lectionem bene ex Strabonis loco ad-

ſtruxit Pintianus, cuius hinc ipſa emendatio, cum vim libris inferat, etſi alias magnam habeat veri ſpeciem, infringitur. Movit ſine dubio Pintianum, quod Cimmerios, quorum hic mentio commode inſeri debebat, omiſit. At ita ſubinde facit Mela, ut populum regionis nomine ſic tecte indicet. Non enim originem haec vox ſpectat, ſed incolas, quare nec Cellarii coniectura nimis a Codicibus disſita locum habere poteſt.

Myrmecion) Cibin. *murmethyon;* Vatic. Venet. Gud. Rehdiger. *murmetion;* Lipſ. *Murmention;* Prag. *mermerion;* Vindob. *murinitum;* Boccatius de maribus ſ. v. Boſphorus *Murmecion;* Pariſienſes cum Voſſio *Myrmecion.* Edd. 1. 2. 9. *Murmetion;* 3. *Myrmecion;* 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 30. 32. 37. Vadianae *Myrmetion;* 13. *Murmecion;* 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus reliqui *Myrmecion;* tantum quod in uno exemplari ed. 25. legi *Myrmaecion.* Graecis Μυρμήκιον, unde vera ſcriptura poteſt conſtitui.

Panticapaeum) Cod. Lipſ. *panticapacon* pro — *aeon;* Vatic. 3. Prag. *paticapeo;* Venet. Boccat. c. l. *panticapeo;* Cibin. *panticapeon;* Rehdig. *panthicapeo;* Pariſ. 1. 2. *Panthicapaeo*; Gud. *panti capeo*; Vindob. *panticapheo*; Vatic. 1. et Pariſ. 3. conſenſiſſe cum noſtra lectione videntur. Edd. 1. 2. 9. *panthicapheum*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 16. 17. 20. 22. 23. *Panticapeum*; 18. 21. 24. 25. aliae *Panticapaeum*; Vinetus ex vitio *Paticapoeum.* Clementius igitur noſtri Codices tractant nomen, quam in Eutropio 7, 5. ſ. 9. Gr. Παντικάπαιον. Reddidi hanc terminationem, quam ſuadent libri, et amat in aliis noſter.

Theodoſia) Pariſ. 1. 2. *Theodo.* Poſt Prag. *Hermuſeon;* Rehdiger. *Hermiſum.* Tum Vatic. 1. Gud.

Lipſ. Vindob. ut edd. 1. 2. 9. *tauricis;* Rehdiger. *Thauricis;* Vatic. 3. Venet. *Tauricus;* Prag. *Thauricus.* Tò *s* adhaeſit ex proxima voce, unde alia corruptio fluxit. Antea *Euſinum* edd. 1. 9. Καλὸς λιμὴν Cdd. et antiquae edd. Latinis literis efferunt *calos limen,* uti poſt *criu metopon.*

includitur) Cibin. *inducitur.* Tum *Altechrium et alterum opon vocant;* Pariſ. 1. 2. *alterum Cirium et Opum vocant;* Gud. *crion et opon;* Prag. *currium et oprepo;* Rehdig. *crium ethopon;* Vindob. *cru metopon;* Venet. *crium et opon,* ut edd. 1. 2. 9. Lipſ. *crium etopon.* Edd. 3. 4. 5. 6. et aliae ex primis *criu metopon,* ut antea *calos limen,* et hoc ipſum in Plinio 4, 26. ſ. 12. Vera lectio in aperto proſtat. Tò *alterum* omiſit ed. Lugd. 1646. et Vindob. poſt habet: *quidem in Aſia;* Gud. *Aſiam.*

par et adverſum) Lipſ. *patet adverſus;* Gud. Prag. Vindob. *patet adverſum,* quae duo vocabula Rehdiger. bis ponit. Edd. ad Schottum omnes excepto Vineto *adverſum;* ille dedit: *quod in Aſiae diximus parte adverſum;* hic, *quod in Aſia diximus par et adverſum,* ut poſt cum Voſſio ceteri, ſenſu apto et vero, quem etiam ſic reddunt alii Codices mei et Ciacconius ex ſuo notavit. TZSCHVCKE. Caſtigo *Carambico, quod in Aſiae diximus parte adverſum,* ut Plinius tum alibi, tum in ſexto c. 30. [ſ. 45.] *ex adverſo in Aſiae* [immo *Africae*] *parte Macrobii.* VINTIANVS. V. C. *Carambio, quod;* leg. *Carambico, quod in Aſia diximus, par et adverſum. Par et adverſum* etiam habet V. C. Ideo autem *par* eſſe dixit, quia, ſicut Carambis medium Euxinum ſecat, ſic et Criu metopon. Plinius 2, 20. et lib. 4, 12. [immo 4, 26. ſ. 12. tantum] *Promontorium Criu metopon adverſum Carambi, Aſiae promontorio, per medium Euxinum excurrens.* Sic Pomponius lib. 2.

de Hifpania cap. 6. *Atque ei, quod in Africa Ampelufiam effe dixeramus, adverfum.* Item in Thracia lib. 2. c. 2. *Alter Ponti angulus adverfus Phafiaco et, nifi amplior foret, fimilis.* Et lib. 1. cap. 7. *Iam Leptis altera et Syrtis nomine et ingenio par priori.* Et lib. 1. de Europa [c. 3.] *cum contrariis litoribus Afiae non oppofita modo, verum etiam fimilis.* Caefar lib. 2. c. 18. de B. Gall. *Ab eo flumine pari acclivitate collis nafcebatur adverfus huic et contrarius.* CIACCONIVS. Quid Pintianus legerit, in promtu eft. Ego malim bona venia illius: *vocant Carambi, ei, quod Afia diximus, par et adverfum.* SCHOTTVS. Lectio quorundam Codd. coalefcentibus vocibus et inde corruptis facile transiit ex *par et* in *paret*, *patet*, quod ineptum fit. Nec opus eft Pintiani lectione, cum commodam adferant codices, fatis nunc probatam.

Parthenion) Cibin. *Parthemion;* Lipf. *parchemon;* Rehdiger. *parchemiou;* Gud. Prag. *parthemon*, forte — *nion;* Parif. 1. 2. *Parthenium.* Edd. 1. 2. 9. 11. *Parthemon;* 3. 4. reliquae *Parthenion.* Gr. Παρθένιον.

Cherrone) Voffius ex plerisque antiquis, quos viderit, refert *Cherrone* vel *Cherfone.* Sed quae fingulatim alii notant, haec funt: Ciaccon. Chifian. Holften. in eius notis ad Ortelium p. 49. productus, Vatic. 3. Parif. 1. 2. Rehdiger. Gud. Prag. Vindobon. *cerone;* Vatic. 1. Mediolan. *cerrhone;* Cibin. Venet. Parif. 3. *certhone;* Lipf. *corthone;* Vatic. 4. *cortone.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cerone;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. 24. 25. *Cheronefus;* 13. 15. 17. 20. 35. 39. 40. *Cherronefus;* 23. *Cherronenfus;* Vadianae, Olivarianae inter utramque formam fluctuantur; Vinetus *Cherrhonefus;* inde ab ed. 41. duce I. Gronovio reliqui *Cherrone*, praeter Reinoldium, qui pofuit *Cherronefus.* TZSCHVCKE.

Scribendum non *Cerone*, fed *Cherronefus* ex Ptolemaeo, [5, 6.] Strabone, [7. p. m. 213. f. 308.] Plinio. [4, 26. f. 12.] *Ab Heraclea*, inquit, *Cherroneso Parthenium promontorium.* Erit igitur fenfus Pomponii, duo ibi effe promontoria, alterum *Criu metopon*, alterum *Parthenion*, cui oppidum adiacet *Cherronefus*. BARBARVS. Notum eft, hanc Tauricae civitatem Χέρσωνα dictam fuiffe a pofterioris aevi Graeculis. Antiquiores tamen tam Graeci, quam Latini conftanter Cherfonefum vocant. In actis S. Clementis Papae Cherfon fimiliter vocatur urbs ifta. Verum, ut detur, acta illa effe vetuftiffima, non tamen priora funt aevo Diocletiani; meras enim continent fabellas. Nam quod illic dicitur S. Clemens in exilium effe miffus a Traiano Imperatore, id falliffimum eft, cum primo Titi Imperatoris anno illuc relegatus fit, ut nos alibi oftendimus. VOSSIVS. *Cherrone* denique edidi, non *Cherronefus*, quum et Voffius vel id teftaretur de antiquis plerisque, quos vidit, Codicibus, vel *Cherfone*, et Holftenius p. 49. eandem fidem fignaret, nifi quod *Cerone*, nec aliud mihi dictaretur a tribus MSS. in quibus Mediol. *Cerrhone*. Ita alludunt huc omnes. I. GRONOVIVS. Holftenius c. l. putat *Cerone* legi pro *Cherfon*. At nemo veterum auctorum vel *Cherronem* vel *Cherfonem* vocat, omnes *Cherronefum* vel *Cherfonefum*, de quo Vol. 2. Sic Plinius etiam 4, 26. f. 12. ubi hunc tractum perfequitur, femper fcribit *Cherronefus*, et contra Iornandes de rebus Get. c. 5. ubi aliquot urbes recenfet, *Cherfone*. Eundem autem locum intelligi fub utraque forma, docet comparatio Arriani in periplo Ponti p. 20. Hudf. et Anonymi in periplo Ponti p. 7. Hudf. Ille enim Cherronefum, hic Cherfonem 600 ftadiis a Cercinite diftare adfirmat. Pofteriores nempe *Cherfonem* vocant, non *Cherronefum* aut *Cherfonefum*. Librarii igitur prifcam formam, ut ipforum aetati accommodarent, immutarunt, aut ultima fyllaba excidit, nifi etiam hic recte poteft adhiberi, quod Salmafius ad

Solin. c. 19. f. 22. p. m. 152. obfervat, τὸ Χεῤῥὸν amputatum faepe apud Graecos, etfi exempla defidero, pro Χεῤῥόνησος occurrere, unde etiam emendare tentat Ptolemaeum 3, 11. nefcio, quam vere. Equidem, omnibus penfitatis, *Cherrone*, quod inveni, movere, inferta tamen adfpiratione, nolui, eam tamen formam notandam arbitror.

fi creditur) Ita omnes codices, praeter Prag. in quo legi *fic creditur*, et Vaticanos excepto tertio, qui adtuliffe videntur *fi credatur.* Hic enim vulgatam adhuc lectionem exhibet *fi creditur.* Edd. omnes ad Voffium usque pofuerunt *fi credatur.* Voffius revocavit ex libris *fi creditur*, fecutique reliqui. Sed utrumque languet, etfi pofterius, *fi credatur*, minus offendit. Dudum igitur conieceram *fic creditur*, ut τὸ *c* fequens abforpferit praecedens, quod faepe ufu venit. Sic *qua munimenta* apud Curt. 7, 6, 26. ubi multi Codd. melius *quam munimenta.* Ita *fi* et *fic* apud eum paffim variantur, ut 6, 10, 35. 7, 2, 16. et alibi. Vid. Burmann. ad Phaedrum 2. proleg. 12. Oudendorp. ad Lucan. 3, 334. Burmann. Secundus ad Propert. 2, 2. f. Gronovius in diatribe in Statii filvas c. 5. p. 28. Drakenb. ad Liv. 21, 13, 5. Bentlei. ad Horat. 3, 24, 5. qui contra *fi* pro *fic* emendat 1, 16, 8. Heyne ad Tibull. 4, 3, 15. ubi etiam *fic* pro *fi* repofitum eft. Poft non folum vidi, idem placuiffe Drakenborchio ad Sil. Ital. 6, 631. fed et notatum fuiffe ab A. Gronovio. Nempe tales formulae in rebus miris et fabulofis inferi folent. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 8, 191. Et fic nofter eas amat, in quibus, *ut aiunt, ut praedicant, fic vocant, ut tradidere, nomen famae adnuit, ut ferunt, ut fabulis traditur*, vel adpendit eodem fenfu *ferunt* et fimilia. Obftare quidem videtur, quod 1, 6, 2. exftat *fi fidem res capit.* At id non tam ad narrationem rei pertinet, quam ad rei iudicium, quod ufu et cognitione facile effici poteft. Accedit

hic Cod. Pragenſis auctoritas, et, cum parum huic deferendum putem, quod tamen eſt gravius, ipſe loci ſenſus iuſtior. Antea pro *a Diana* Cibin. *athana*. Ed. 2. *a dyana*. Poſt Rehdig. *nimpheo*, ut quaedam editiones.

ei et Nymphis) Arundelianus et alii melioris notae libri, teſte Voſſio in appendice ad h. l. *eis ſacratum eſt*. Alius, quod idem addit, *ſcilicet Nymphis*, verbis ſupraſcriptis; quidam ex correctione *eius Nymphis*; I. Gronov. ex Chiſiano notat *eis Ramphis*. De meis ſic: Cibin. *eius Nymphis*, uti et in Vatic. 1. fuiſſe videtur; Venet. Prag. Pariſ. 2. Vatic. 3. *quod in arce eis ſacratum eſt*; Pariſ. 1. Vindobon. Gud. Lipſ. *eis nymphis*; Rehdiger. *eis ramphis*; Prag. *quod in arce eſt maxime illuſtre*. Poſt etiam Pariſ. 2. Gud. Rehdiger. Vindob. *illuſtres*; Pariſ. 3. cum Voſſio conſenſiſſe videtur. Edd. 1. 2. 9. *eis nymphis*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. reliquae *eius Nymphis*; Voſſius et cum eo ed. 40. *ei ſacratum eſt*; inde ab ed. 41. ceterae *ei et Nymphis ſacratum eſt*; tantum Reinoldianae *eius Nymphis*. TZSCHVCKE. *Ei ſacratum eſt*. Ita emendavimus. In veteribus enim libris legebatur *eis nymphis*, in quibusdam vero etiam plane aberat τὸ *nymphis*. VOSSIVS. Sic profitetur ſe emendaſſe Voſſius, quum in veteribus libris legeretur, *eis nymphis*. — Quinam illi fuerint, aut ſint, et quanta eis tribuenda ſit auctoritas, in quibus ea vox non exſtat, neſcio; in uno certe [Gud.] vocem illam ipſe novi exſtare; in Chiſiano legitur *eis Ramphis*. Melius tutiusque facturos nos puto ſi, quod in plurimis eſſe ſcimus, leniſſima ratione adiuvare maluerimus. Certe enim ſcribo: *quod in arce ei et Nymphis ſacr*. Quod, opinor, unusquisque approbabit. Nam locum Dianae antiquitus ſacratum item alterum Nymphis docemur clare ab Anonymo Ravennate, quem Voſſius tunc ſupprimebat, lib. 5. c. 11. *iterum civitates Patuas, Nimphae* [*Nimfoe*] *Dina*. Quin etiam conſtat Nymphas ſolere tres ſtatui

(unde etiam Apollon. Rhod. 4, 1430. [f. 1427. f.] tres nominat) ad fontes inque antris, et plerumque illis vel Deum addi ex agreftium numero, vel aliquam ex deabus et maxime in iis Dianam. I. GRONOVIVS. *Ei facratum eft* repofui, cum in Arundelliano et in aliis melioris notae libris invenerim *eis facratum eft*. Ex gloffemate alterum acceffiffe facile colligas ex fcripto, quem poffum oftendere, libro, in quo verbis iftis fuprafcriptum, *fcilicet nymphis*. In quibusdam correctum *eius Nymphis*, quod aeque ineptum ac fit illud, quod adftruere conatur infelicis iudicii iuvenis, *ei et Nymphis*. Si conieciffet *ei a Nymphis*, aliquid dixiffet. Profecto dea ifta zelotypa, ipfa nimirum Nemefis, non, ut puto, admififfet delubrum aliquod fibi et fuo fimul confecratum famulitio. In tot millibus infcriptionum factis in honorem Dianae nihil tale invenias. Mirificum tamen, quod addit, in fontibus et antris moris fuiffe, ut tres ftatuerentur Nymphae *et plerumque illis vel deum addi ex agreftium numero, vel aliquam ex deabus et maxime in iis Dianam*. Vndenam, rogo, tam bellam haufit Nymphaei defcriptionem, ubi Diana trium Nympharum appendix, et Fauni vel Satyri lavantis fefe Dianae fiant fpectatores. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ecce tibi ipfos lapides [quos aeri incifos reddidit] per hominem, mihi illaudabilem, [Fabrettum; v. Fabricii bibl. antiqu. p. m. 546.] publicatos. Quid enim huc refert, addi numifma Thermitanorum in Sicilia ex Thefauro Palatino, quo Hercules illis additur? I. GRONOVIVS *in nota pofteriori*. De Thermitanorum numo vid. Diodor. 4, 23. et, qui hunc adlegat, Eckhel de doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 214. Ceterum nolo me in has disputationes, ne nimium evager, coniicere. Sufficiat, haec adtuliffe. Cum Mela caufam ipfe adferat, cur Nymphaeum fpecus dictum fuerit, non bene τὸ *Nymphis* a Voffio omiffum videtur. De Codicibus I. Gronovii dubitationem dirimere poterat, immo debebat, Abramus. Solet quidem eiusmodi gloffa adiici, fed tunc, cum fupe-

riora inluſtrantur. Sic 1, 9, 6. *illis mulieribus ſcilicet.* Infra §. 11. *ut illa pecorum durant.* Proxime ad Codices et loci commodum ſenſum accedit lectio antiqua *eius Nymphis*, quam ex iis optimi etiam tuentur. Tum ſunt alia etiam Νυμφαῖα σπήλαια Nymphis ſuis conſecrata. Revocavi igitur cum Reinoldio lectionem illam antiquam.

§. 4. *Subit)* Prag. *Subiit, dum ripa manet, et.* Ante *donec* τὸ *et* omittunt Cibin. et Gud. Ab hac voce cap. 3. incipit Vinetus.

quinque milium ſpatio) Haec verba varie effinguntur in meis Codicibus. Rehdiger. Gud. et Abr. Gronovii aliqui *millium ſpatio paſſuum;* Vind. *m. ſpacio paſſuum;* Cibin. Havn. *m. paſſuum ſpatio;* Vatic. 3. Prag. *m. ſpacium ſpacio;* Lipſ. *milia paſſuum ſpatio;* Pariſ. 1. 2. 3. cum Voſſio *millia paſſuum abſit;* Vatic. 1. Venet. *millium ſpatio abſit.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et reliquae ad 42. legunt *q. millia* ſ. *milia paſſuum abſit*, quod et retinuerunt Reinoldianae. *Millia* etiam dedit Vinetus. A. Gronovius in ed. 44. *milium paſſuum ſpatio;* in ed. 45. *milium ſpatio*, quod propagavit Kappius, excepit etiam Norimbergenſis. TZSCHUCKE. MSStorum quorundam indicio vocem *paſſuum* redundare exiſtimo, eamque etiam omiſit Auctor infra h. l. cap. 3. *qui quatuor milium ſpatio Aegaeum mare ab Ionio ſummovens* etc. Ita MSS. et cap. 7. de Euboea, *et nusquam lata, duum milium* [*paſſuum* quidam et hic addunt] *ſpatium habet, ubi arctiſſima eſt.* Livius lib. 37. c. 16. *praetervecti moenia portum Phoenicunta, minus duum millium ſpatio inde diſtantem, petiere;* et Rutilius itinerario v. 317. de monte Argentario: *Transverſos colles bis ternis millibus artat Circuitu ponti ter duodena patet.* Oudendorpio vox *paſſuum* etiam excludenda videbatur. Adde, quae vir eruditiſſi-

mus notavit ad Caefarem lib. 1. de Bello Gallico cap. 15. et Dion. Voffius ad lib. 2. cap. 30. A. GRONOVIVS. Addi poffunt, quae notavit Drakenb. ad Liv. 6, 32, 9. et ego ad Eutrop. 8, 2. f. Verum quidem omnino eft, quod monet Gronovius, vocem *paffuum* omitti, at ufum id non habet perpetuum, quia in his auctores variare videntur, fic ut ex Codicibus fingula loca diiudicanda fint. Scilicet faepe etiam addi, docent alia loca. Sic Nepos in Miltiade 4, 2. *Is abeft ab oppido circiter milia paffuum decem.* Cf. in Hannib. 6, 3. Ita *fpatio* in hoc nexu modo abeft, modo additur, veluti in Frontino 2, 1, 4. *fpatio trium milium paffuum caftra a Punicis diftabant.* Cum in omnibus codicibus inveniatur *fpatio*, adparet, eam vocem dimitti non poffe, tum vero etiam *milium* requiri, in qua quidem forma vocis cum omittere plerumque foleant libri boni *paffuum*, idemque hic optimi quidam faciant, aufcultavi Gronovio omifique, etfi addunt plerique.

quoad) In omnibus antiquis codicibus, quibus ufus fum, ita legitur; *quod Satarchae et Taurici.* Vnde fecimus *quoad Satarchae et Taurici.* VOSSIVS. A. Gronovius ex fuis profert *quod* vel *qui*, ex Voff. 1. *quae.* Parif. 1. 3. Venet. Rehdig. Lipf. Gud. Prag. *quod*, aliqui facto compendio *qd'*, *q'd*, *q̃*; Vaticani videntur dediffe *quae*, uti certe dant Cibin. Zalufc. Cum Voffio facit Parif. 2. ex filentio conlatoris. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. (*q̃*) 12. 13. (*q̄*) 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *quae;* 6. 7. 8. *qua;* Voffius cum reliquis *quoad.* De commutatione utriusque vocis, quam facile fcribendi notae inferunt. vid. ad 1, 2, 3. et 1, 8, 3. Hic cum Voffio *quoad* praeferendum puto, quod boni libri, qui magis cogitate loqui folent, commodius ad *litora* referendum et ideo in *quae* mutandum putarunt. At rectius terminum notat Mela, ad quem recedant illa

litora, cum iam ſupra ſedem Satarcharum ſimpliciter indicaverit.

Satarchae) Cibin. *Sarthache*; Gud. *Satharche*; Vindobon. *ſatarce*; Prag. *ſatharce*; Venet. *Sarmatae*. Edd. multae veteres *Satharchae*, aliae *Satarchae*, uti nunc, recte, cum quibusdam MSS. Cf. ſupra §. 3. Poſt Vatic. 3. *Tauricii*; Prag. *Thauricii*.

tenent) Omittit Prag. forte etiam Pariſ. 2. cum Voſſio 40. 41. 42. Habent ex meis reliqui, etiam Zaluſc. ut diſerte notatum erat, tres I. Gronovii, (v. ad. 1, 2, 3.) ſex A. Gronovii, quare minus bene eiecit Voſſius, uti iam monuit I. Gronovius ad c. l. Tum Rehdiger. Zaluſc. Lipſ. Cibin. Gud. Prag. ed. 9. *pene inſulam*, uti hodie cum Reinoldio 43. 44. et reliquae ſcribunt. Norimberg. 1790. *paene inſulam*. Vinetus *paeninſulam*, pleraeque *peninſulam*. Sed de hoc paſſim iam dictum eſt. Poſt Vindob. *redidit*. Idem *ſinus*; Prag. *intereſt* pro *eſt*.

Taphrae) Pariſ. 1. 3. Vatic. 1. 3. Lipſ. Cibin. Venet. Rehdig. Havn. Vindob. *thatere* vel — *ae*; Gud. *taterae*; Prag. *Thacere*; Pariſ. 2. *Ehaterae*. Ed. 1. verba a *Taphrae* — *in eo* omittit; 2. 3. 4. 5. 9. 11. *chatere*; reliquae *Taphrae*, inde a 6. 7. 8. 10. 12. Quid Boccatius legerit, docet locus de maribus, ubi *Carſinites ſinus* — *habens a tateris inicium*. TZSCHVCKE. Scribendum non *Chatere*, ſed *Taphrae*. Plinius, [4, 26. ſ. 12.] Strabo, [ubi Taphii vulgo legitur] Ptolemaeus, [3, 6. ubi Τάφρος exſtat] Florus, [1, 11, 8.] etiamſi *Caprae* in eo ſcriptum eſt. BARBARVS. Herodotus in quarto [c. 3.] Τάφρος cum Ptolemaeo. Cum ſit igitur Mela tam conſtans Herodoti affectator, ut nihil, quod poſſit, non ab illo deſumat, mallem hic legeretur *Taphros*, quam alio modo. PINTIANVS. Vere ſine dubio emendavit Barbarus. Terminationem tuentur Codices hic et deinceps, ipſum verbum ſitus Geographicus.

nominatur) Cibin. Gud. Rehdiger. Prag. *nominantur.* Nempe ad *Taphrae* propius retulerunt.

Carcinites) Cibin. *carcynites*; Venet. *carnicites.* Edd. 2. 3. 4. 5. 11. *Carcynites,* uti poſt 1. 9. 11. *carcyne*; 9. *cartynites.* Alii Codd. *Carcinites,* uti et poſt Cibin. *Carcine.* Boccatius de maribus adfert *Carſinites ſinus.* TZSCHVCKE. Forte *ſinus Carcinitis.* Strabo lib. 7. [p. m. 213. ſ. 311.] Sed mendoſe, ut opinor. Herodoto *Cyrcinitis* in Melpomene. [4, 55. et 99.] CIACCONIVS. Non opus eſt emendatione. Καρκινίτης κόλπος legitur in Strabone 7. p. m. 213. ſ. 311. Ptolemaeo 3, 5. *Carcinites ſinus* in Plinio 4, 26. ſ. 12. Occurrit quidem Καρκινῖτις, at de urbe, non de portu, uti apud Herodotum 4, 55. 99. Stephanum h. v. Contra Κερκινίτην et paullo poſt Κερκινίτιδος in eodem nexu et ſenſu duplici ſcriptura legitur in Anonymi periplo Ponti Euxini p. 7. Hudſ. ubi poſterior forma docet, antea Κερκινῖτιν ſcribendum, ni malis Καρκινῖτιν, ut in Herodoto. Ita Κερκινῆτιν ſcribit Arrianus in periplo Ponti p. 20. Hudſ. At prima illa forma praeferenda eſt, certe in Mela, quod et docent *Carcine* urbs, Καρκινίτης fluvius.

Gerrhos) Vatic. 3. Pariſ. 2. Venet. Prag. Havn. *Gerthos*; Lipſ. *Gorthos*; Pariſ. 1. *Garchos*; Gud. Rehdiger. *Gethos*; Vindob. *Zerchos*; alii, ut Vatic. 1. Cibin. Pariſ. 3. Mediol. Leid. Perizon. Voſſ. 4. *Gerrhos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. et tantum non omnes reliquae *Gerros,* uti etiam ex h. l. refert Boccatius de fluminibus h. v. Reinoldius inſeruit adſpirationem *Gerrhos,* quam retinent edd. 44. 45. et poſteriores. Ita tamen iam exhibuit vocem ed. 15. et Vinetus, quod ex conlatoris ſilentio intellexi. *Gerrhus* etiam in Plinio 4, 26. ſ. 12. editur. Nempe Graecis eſt Γέῤῥος, uti Herodoto 4, 20. 56. Ptolem. 3, 5. Stephano h. v. De alia ſcripturae diverſitate alibi.

Hypacaris) Cibin. Lipſ. *ypacares*; Gud. *hipacares*; Rehdiger. *hypacaros*; Vatic. 3. *hypagares*; Pariſ. 1. *hippacares*; Pariſ. 2. *hipazares*; Vindob. *ypachares*; Prag. *ypaſares*; Pariſ. 3. *hipacaris*. Ed. 1. *hipacares*; 2. 9. 11. *ypacares*; 3. 4. 5. *hypacares*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23 [et cum ea, puto, Vatic. 1.] 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Hypacyris*; Vinetus, Voſſius, reliqui *Hypacaris*. Boccatius, ubi h. l. repetiit de fluminibus ſ. v. *Gerros*, ſcribit *hyppacares*, et ſ. v. Carſinites ſinus, *ypacares*, denique de fluminibus *Ipachares*. TZSCHVCKE. Scribendum *Hypacyris*, non *Hypacares*. Herodotus [4, 55.] *Sextum*, inquit, *flumen eſt Hypacyris e lacu profluens, qui per Nomadas iuxta Carcinen in mare evolvitur*. Ptolemaeus videtur *Pagyrin* urbem [Πασιρὶς eſt vel *Paſyris*, in meis edd.] et *Pagyritas* populos haud longe a Carcina poſuiſſe, quaſi non modo *Hypacyris*, ſed etiam *Pagyris* hic fluvius dici poſſit. Plinius lib. 4. [c. 26. ſ. 12.] *Sinus*, inquit, *Carcinites appellatur flumen Pacyris*, ubi nos, quia *Placiris* legebatur, correximus *Hypacyris* ex Herodoto, quod magis probamus; vel *Pagyris* ex Ptolemaeo. BARBARVS. Recte in veteribus *Hypacaris* vocatur. Sic quoque Herodotus flumen hoc appellat lib. 4. quamvis et apud illum ſemel [c. 47.] Ὑπάκυρις perperam appelletur, cum alibi [c. 55. ubi tamen prior forma non ſine MSS. revocata nunc adparet.] Ὑπάκαριν recte dictum ſit. Itaque non ex Plinio Mela, ſed vero e Mela emendandus eſt Plinius, apud quem Paciris perperam legitur. VOSSIVS. *Hypacaris* ex Herodoto hodie porro defendi nequit, cum et in altero loco Codices priorem illam formam reddant, quam antea reponi maluerat Gronovius, poſt repoſuit Weſſelingius, ſervaruntque alii. Suſpicatus iam olim erat illud mendum et in nota proxima indicaverat Pintianus. Huc etiam amputato capite Plinii *Pacyris* pertinet. Ptolemaeus diſertam huius fluvii mentionem non fecit, ubi poterat,

et ſolum Carciniten fluvium iuxta Carcinen urbem in Pontum emittit. Quod ad *Tamyraca* in margine theſauri Bertiani notatur *Hypacyris* Herodoti, illa urbs fuit, hic fluvius. Scribendum igitur utique videatur *Hypacyris*, ſcripſiſſemque ſine haeſitatione, ſi ita legiſſe Vatic. 1. certo conſtaret. At cum dubium ſit conlatoris ſilentium et anceps, et in *a* conſentiant omnes libri in iisque optimi, intactum illud abeat, ſed et terminationem librorum in *es* ſecum auferat.

delapſi) Cibin. *dilapſi*; reliqui *delapſi*, ut editiones; 56. tamen vitioſe *dilapſi*. Solus Lipſ. *delapſa*, et ex correctione exemplar, quo uſus ſum, ed. 3. TZSCHUCKE. Nempe ipſi *Gerros* et *Hypacaris*, de quibus aliquid dicendum habebat, et idcirco etiam nominare deberet, ut ideo noluerit rationem habere generis neutrius, quod requirebat vox *flumina*. I. GRONOVIUS *MS*. 2. At durum eſt in hoc maxime nexu, ubi praecedit non ſolum *flumina*, ſed et *effluentia*, in quo eadem ratio valeat. Sic infra c. 4, 8. *Paulo et Varum flumina, utraque ab Alpibus delapſa.* Repoſui igitur adiutus praeterea Cod. Lipſ. *delapſa*.

Gerrhos) Codices, ut ſupra. Tantum hic Gud. *gerrhos*; Vindobon. *zertos*. Tum Cibin. Gud. Vatic. 3. Pariſ. 2. Auguſtin. *baſitidas*; Lipſ. Rehdig. *baſithidas*; Vindob. *baſſitidas*; Prag. *baſiridas*; alii *Baſilidas*, uti Pariſ. 1. 3. puto etiam Vatic. 1. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Baſitidas*; reliquae *Baſilidas*, tantum in altera Kappius *Baſilides*. TZSCHUCKE. Lege *Baſilidas* ex Plinio, [4, 26. ſ. 12.] Strabone [7. p. m. 212. ſ. 306.] ceteris, ac ipſo infra Pomponio. BARBARUS. Straboni ſunt Βασίλειοι, Herodoto 4, 56. 57. Βασιλήϊοι, quod ad idem redit, mutata tantum forma.

Hypacares per Nomadas) Haec verba abſunt ab omnibus libris, quos conſului conſultosque novi.

Tantum post Rehdiger. *involvitur evolvitur.* Primus illa verba excepit Vossius, quem secuti sunt reliqui, ita ut praeter Reinoldium minutis literis distinguerent. TZSCHVCKE. Duos promisit, alterum tantum fluvium reddidit. Apparet igitur locum esse truncatum, et verba omissa librarii indiligentia. Resarcietur tamen ex Herodoto in lib. 4. [c. 55.] et Plinio item in libro 4. [c. 26. s. 12.] cuius verba subieci: *Nam Gerrhos Basilidas et Nomadas separat. Hypacyris per Nomadas et Hylaeos fluit. Hypacyris* enim in Plinio legendum, non *Hypanis*, quod Hermolaus non vidit. [Nec Harduinus voluit, qui de alio Hypani interpretatur.] Constabit hoc aperte conferenti Herodotum cum Plinio et Pomponio. Illud addo *Gerron* cum duplici *rr* scribi Stephano, Herodoto, Plinio [cc. ll.] Melae; cum uno tantum Ptolemaeo [3, 5. nempe sic olim, et in Latinis] et Valerio Flacco [innuit 6, 67.] *Hypacyrin* autem *Hypacarin* aliquando Herodotus nominat, si mendum non est in exemplari. [Vid. antea.] PINTIANVS. Herodotus lib. 4. [c. 55.] *Sextus est Hypacyris, qui ex palude manans mediosque Scythas pecuarios perfluens in mare evolvitur iuxta Carcinitin.* Legendum itaque: *Hypacyris per ipsos Nomadas.* Nam post etiam inter Nomadas Georgosque dicit fluere Panticapen. Adde Plinium lib. 4. c. 12. [s. 26.] CIACCONIVS. Alias *Hypaciris post ipsos Nomadas evolvitur.* Plinius lib. 4. c. 12. IDEM. Merito hic lectorem offendere possit, quod, cum dicat haec flumina diversis fontibus et aliunde delabi, statim subdat: *Nam Gerros inter Basilidas et Nomadas evolvitur.* Quid enim opus est dicere, ubi Gerros evolvatur, cum iam antea monuerit, Gerrum eodem, atque Hypacaris, ostio exire? Fontes horum fluminum, non ostia, ostendere debuerat. Rectius itaque hic legetur *devolvitur*, non *evolvitur.* Montibus enim fontibusque devolvuntur fluvii, evolvuntur vero, cum in mare exeunt. Sed hoc leve, illud vero maioris momenti, quod, cum duorum fluminum fontes

promittat, unum tantum reddat. Vidit hoc etiam magni vir iudicii Ferdinandus Pintianus. Viderunt etiam illi, qui ante aliquot fecula Melam tranfcripferunt. Quapropter extrito proxime fequentis fluminis Panticapes nomine, Hypacarin repofuere, totumque locum ita digesferunt: *Nam Gerros inter Bafilidas et Nomadas evolvitur, et Hypacaris Nomadas Georgosque difterminat. Silvae deinde funt, quas maximas hac terrae ferunt. Terra tum longe diftenta excedens tenui radice litori adnectitur.* [Vid. poft ad nomen *Panticapes.*] Sed praeter ordinem Geographicum, qui totus hic turbatus eft, quem non offendat intempeftiva illa repetitio vocabuli *terrae?* Omnino aliter fcripfit Mela. Sic itaque exiftimo. Quae omnium fere hiatuum in antiquis fcriptoribus caufa eft, eandem quoque hic fuiffe, occurfum nempe duarum vocum fimilium. Cum itaque Nomadas bis hic nominaret, factum eft, ut et hoc vocabulum, et praeterea nomen amnis hic exciderit. Ita enim prius legebatur: *Nam Gerros inter Bafilidas et Nomadas, Hypacaris per Nomadas devolvitur.* Quam lectionem ut veram non dubitavi inferere. Adeo autem vetuftum in Mela eft iftud mendum, ut iam feculo Plinii obtinuiffe putem. Quum enim alterius fluminis nomen hoc loco deeffe videret, Hypanim fubftituit, infigni errore, cum Hypanis non illo, quo Gerrus, fed vero ifto, quo Boryfthenes, oftio in Pontum effluat. Qui vero in Plinio hoc loco Hypacarin pro Hypani fubftituunt, etiam illi errant, huius enim iam mentionem fecit, cum *Pacyrin* nominat, quem in *Hypacarin* mutandum effe, fupra docuimus. VOSSIVS. Haec verba a viris doctis addita, fed ignota codicibus antiquis, videtur noluiffe auctor addere, dum lectorem fponte cogitare vult, cum Gerri unius longum curfum defcribit, *Hypacarin* et oriri et defluere ex eo loco, qui recta eum deferebat ad locum, ubi incidit in Gerrum, ut non indicaverit neceffum effe, de eius curfu aliquid particulatim dicere. Simile exemplum eft lib. 3. c. 5. ubi

quum incepiſſet etiam loqui de duobus fluviis, *Iaxarte* et *Oxo*, mox illum primum penitus deſerit, quum poſterioris curſum latiſſime deſcribat. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Nolui huic ſcripto aut potius editioni invidere has voces, quas illi ex Plinio reſtituendas cenſuit Pintianus; cui ſic obſequitur Voſſius, ut quaſi vera Melae verba adſciverit, et ut ſolet ea res fluere, ſic citaverit ad Plinium [c. l.] Harduinus, quum tamen non ita ſit hoc manifeſtum. Illud igitur, ut ſcires Lector, hactenus retinenda putavimus, ut tamen diverſo charactere exprimerentur. Nam certe etiam videri Mela poteſt non ſic ſcripſiſſe. Quippe Plinius eadem fere habens, quae Mela, non modo per Nomadas, ſed etiam per Hylaeos fluere eum ſcribit. Licet enim vocet Hypanim, nequit tamen alium, quam Hypacyrin intellexiſſe, ut etiam corrigit Pintianus, non ſine magna probabilitate, certe me applaudente, quum nugatoria ſit cogitatio Voſſii de inſigni errore Plinii, quia viderit in hoc loco Melae deeſſe fluvium, ſupponentis eum. Quid facilius, quum Hypacyrin vocaverint interdum hunc amnem, inde corrumpi in Hypanim? Herodotus vero quum illum tradat ἐς δεξιὴν ἀπέργειν τὴν Ὑλαίην, quidni veriſimile eſt Hylaeorum quoque mentionem factum ab Mela? Animadvertas Lector, id aſtute praeteriri ab Voſſio, verba Herodoti arripiente. Sed neque certi eſſe poſſumus, utrum Mela ſcripſerit *per Nomadas*, an vero *iuxta* vel *ſecundum*, ut alibi loquitur, quod ſane ex Herodoto videtur colligi; cuius verba ſunt: Διὰ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν ἐς δεξιὴν ἀπέργων τὴν Ὑλαίην. Qui fluvius per medios Nomadas Scythas fluit, is certe ad utrumque latus habet hos Scythas. Quomodo igitur ille ad dextram coercet Hylaean. Dubites etiam, an τὸ *inter* repetierit, ut lib. 2. c. 5. de Axio et Peneo repetit τὸ *per*, vel etiam variaverit alio modo phraſin, ut fa it lib. 3. c. 8. de Sabi et Coro. I. GRONOVIVS. Et hic quoque bonus iuvenis mavult nugari, quam tacere. Dicit

Plinium ſcribere, non tantum per Nomadas, ſed etiam per Hylaeos fluere Hypacarin. Nusquam hoc de Hypacari dicit Plinius, ſed de Hypani, quem ſcribit per Nomadas et Hylaeos fluere. Pergit, non conſtare, utrum Mela ſcripſerit *per Nomadas*, an vero *iuxta* vel *ſecundum*, quod ex Herodoto colligi poſſe affirmat; ſed et tum quoque nugatur. Herodotus Hypacarin διὰ μέσων τῶν Νομάδων fluere teſtatur. Διὰ vero non poteſt ſignificare *iuxta* vel *ſecundum*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quis legerit *poſt ipſos Nomadas*, et an ex Codice depromſerit Ciacconius, ignoro. Excidiſſe alterius fluvii mentionem, in aperto poſitum eſt, nec excuſatur aut probatur ſimili exemplo 3, 5, 6. ubi de utroque fluvio explicationem ſubiicit, etſi aliam alia uberiorem. Primus hunc defectum ſagaciter odoratus eſt Pintianus, et, quatenus in talibus licet, reſarſit, de quo minus aeque et magis argute lites movit Gronovius. Immo Hylaei commode abeſſe poſſunt, cum eos ſuo more vocabulo *ſilvae* deſignare potuerit. Nec negligentiae hic Melam aliquis incuſet, cuius exemplum obſervatur in Appiano Illyr. c. 30. in. ubi ſex urbes inferuntur, quatuor vel quinque tantum nominantur; de quo Schweighaeuſer. ad c. l. Vol. 3. p. 677. At in duobus ſic offendere, oſcitantis ſit, vel inludentis. Videtur lacunam ſenſiſſe librarius, qui notante Voſſio poſt pro *Panticapes* ſubſtituit *Hypacaris*, de quo ad illud verbum dicetur. Ceterum *devolvitur* pro *evolvitur* acute tuitus eſt Voſſius, etſi etiam librorum conſentiens lectio ſtare poteſt, qua reſpicitur forte locus Herodoti 4, 56. ubi de Gerrho: ἐκδιδοῖ δὲ εἰς τὸν Ὑπάκυριν, ex quo ſimul illud verbum ad Hypacaren tranſtulit.

§. 5. *et Panticapes)* Rehdiger. *pantithapes*; Prag. *panthicopes*; Vindob. *panthiacapes*; alii cum edd. *Panticapes*. Tantum Zaluſc. *et quae Panticapes Nomadas*, ſed, quod gravius eſt, Cibin. *et ypaca-*

res Nomadas, qui cum Vossiani 1. lectiones referat, intelligitur, quos antea librarios innuerit Vossius. Quomodo inde locum hunc Vossius refinxerit, prostat. Aliter tamen inde hunc locum constituendum putat I. A. Muellerus, Scholae Electoralis Misnensis Rector meritissimus, in prolusione scholastica an. 1798. *Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas evolvitur; silvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt; et Hypacaris Nomadas Georgosque disterminat.* At moleste, si cum bona Ipsius venia aperte sensus meos fateri licet, interiecta seriem interpellant et luxant. Videtur potius librarius illam vocem, quam desideraret, huc reiecisse, sed incommodo loco servasse. Receptam aliorum lectionem manifesta repetitione tuetur etiam Plinius 4, 26. s. 12.

disterminat) Venet. Zalusc. Rehdiger. Vindob. et quidam Vossiani *disterminant*, quod et ex suo Ciacconius, ex Gud. aliisque notat A. Gronovius. Quam vere de Gudiano, non dixerim. Reddiderunt edd. 15. 17. 20. 23. ed. 1. *desterminat;* Vossius cum edd. 40. 41. 42. eiecto *qui* posuit *disterminans*, post prisca lectio instaurata est. TZSCHVCKE. *Disterminant* in veteribus quibusdam reperi abestque praepositio. Facile itaque fuit veram lectionem reddere Pomponio. Nam vulgata hactenus non satis cohaerebat. VOSSIVS. Immo satis, opinor, cohaeret. *Disterminant* videntur dedisse librarii, quod *Panticapes* populum crederent. Tò *qui* est in omnibus meis, et sic Melam plane reddidit Plinius 4, 26. s. 12. *Vltra Panticapes amnis, qui Nomadas et Georgos disterminat*, at vitiose Boccatius de fluminibus: *Campicapes Nomadas disterminans et georges.*

Terra tum) Venet. *terra tamen*; Vindob. *tum terra longe.* Christi. Daumius edit. Venetae 1518. adscripserat: Alii uno verbo *Terratum*, nomen proprium. Vox nihili. Alias in illo exemplari, quod cum aliis eius

libris bibliothecae Zuiccavienſi inſertum ſervatur, discrepantes Vadiani lectiones notatas reperi; ſed hic, quos innuat, neſcio.

excedens) Ed. 23. *cedens*, a qua Vatic. 1. non discrepaſſe videtur. TZSCHVCKE. Verbum *excedens* videtur eſſe ſupervacuum. PINTIANVS. Verbum *excedens*, ut dixi in Scholiis meis, viſum fuit ſuperfluere; ut autem nunc ampliem iudicium, faciunt verba illa Pomponii in Italia [2, 4. in.] *Ab Alpibus incipit in altum excedere.* Puto nihilominus verba hic aliquot omiſſa vel *in altum*, vel *in pontum excedens*, vel aliquid ſimile. IDEM. Verbum *excedens* ſupervacuum a Pintiano cenſetur. Sed ipſe Mela lib. 3. c. 2. *Mox tantundem pene in pelagus excedens.* Et in Italia hoc libro c. 4. *Ab Alpibus incipit in altum excedere.* Hic itaque ſede ſua movendum non cenſeo. Videtur tamen, inquit idem in Retract. deeſſe *in altum*, vel *in pontum excedens*, vel ſimile aliquid. CIACCONIVS. Solet quidem ſic alias Noſter maris notationem addere, uti praeter ſuperiora loca declarat etiam 1, 2, 5. *ubi in noſtra maria tractus excedit.* Sed, credo, facile ex nexu hic ſubpleri poteſt, ut neminem deſtituere ratio poſſit. Poſt Cibin. et antiquiſſimae edd. it. 12. 14. et forte plures, ut dedi, *adnectitur.*

faſtigat) Lipſ. (ex more) Vindob. *caſtigat*; plerique *faſtigiat*, uti edd. inde ab primis ad 38. cum Vineto. Tantum antea Schottus (35.) *faſtigat*, hinc Voſſius et reliqui. Et ſic habent Cibin. Rehdiger. TZSCHVCKE. *Faſtigiat* pro *faſtigat* quidam legunt. Non ſequor; tametſi Caeſar et Livius *faſtigiatus* hodieque praeferunt. Poetae enim *faſtigatus* rectius. Vtitur infra lib. 3. c. 1. SCHOTTVS infra §. 8. ad vocem *immania.* Vid. ad 1, 4, 1. notata.

allecta) Havn. Rehdiger. *electa*; reliqui *allecta*, tantum Gud. *alecta*, et rectius Cibin. *adlecta.* Editiones

omnes *allecta.* TZSCHVCKE. Plinius 4, 12. [ſ. 26.] *Et peninſula ad formam gladii in transverſum porrecta;* ut non abſurde *porrecta eſt* hic legi poſſit, aut *porrecti enſis.* CIACCONIVS. Quidam hic legunt *porrecti,* non *poſiti.* Nempe quia Plinius hanc peninſulam dicit *ad formam gladii in transverſum porrectam.* Scio quidem, quoad ſitum differre enſem poſitum a porrecto, ſed nonne eadem manet forma et figura? Porro de ſitu huius inſulae plura alibi diximus, quae nunc non eſt animus repetere. Vide tamen, quae infra de Leuce dicemus, quam multi cum hac peninſula confundunt. VOSSIVS. Vir doctus in ed. Veneta 1478. ſupra ſcripſerat: *conſtricta.* Sed nec ſenſu probatur et a Codicibus nimis recedit. Contra leniori emendatione Geſnerus in theſauro L. L. ſub v. *Achilles* coniecit *arrecta eſt.* At parum haec vox convenire videtur *poſito enſi*, per terramque porrecto. Magis conveniat *porrecta*, quod et Ciacconius malit ex Plinio; at ſic longius aberraſſe codices volueris. Quid ſubſtituendum ſit, non video, etſi potius ab *adligo, ere,* quam ab *adlicio* derivem. Nec obſtat, quod illud verbum plane eſt noſtris auctoribus incognitum, cum nec analogia repugnet, et plura perierint cum ipſis auctoribus. De ſimilibus comparationibus Vol. 2.

mare Ponticum) Ciacconius malit cum codice ſuo *Pontum.* At ita etiam Salluſtius apud Macrobium Saturnal. 7, 12. Tacit. Ann. 13, 39. de Germ. c. 1. Eutrop. 5, 5. ſ. 3. Ampelius c. 7. olim in Horatio 3. od. 24, 4. Praeiverunt Graeci, ut Strabo 1. p. m. 14. ſ. 21. lib. 12. p. m. 370. ſ. 538. Plutarchus in Pompeio c. 52 m. in Eumene c. 5. Ποντικὸν πέλαγος, Ptolemaeus lib. 8. in Aſiae tab. 1. Ποντικὴ θάλασσα. Minime igitur, cum et alii codices adverſentur, ſollicitari debet lectio recepta. A voce Achilles cap. 4. initium ſtatuit Vinetus.

ludicro) Cibin. Rehdiger. *lubrico.* Ante Gud. *ubi.* Poſt Prag. *et ſuos*; Cibin. et Bonon. omittunt *curſu*; Vatic. 5. *excitaviſſe*, quod et habet ed. 21. at cognata 28. cum aliis *exercitaviſſe.*

δρόμος Ἀχίλλειος) Codd. et antiquae edd. latinis literis *dromos Achilleos*; tantum Cibin. *achylleos*; Rehdiger. ut antea *acchylleos*; Vindob. *achileos.* Graece 15. 17. 20. 23. δρόμος Ἀχιλλέως· 16. 22. Vadianae, Vinetus δρόμος Ἀχιλλεῖος· 18. δρ. Ἀχιλλέος· reliquae δρ. Ἀχίλλειος.

§. 6. *Tum Boryſthenes)* Exiguum hic intervallum ponit ed. 15. Cibin. Gud. Prag. *boriſtenes*; Rehdiger. Vindob. *boriſthenes*; ſed haec uſu trita.

alluit) Sic Zaluſc. Havn. Prag. Supra ad 1, 4, 4. Oudendorpius ex Voſſ. duobus optimis, Vatic. et Dorvill. notavit *adluit* vel *alluit*; illud legi in Cibin. Alii *abluit*, ut editiones tantum non omnes inde a primis. Tandem Reinoldius intulit *alluit*, quod excepit A. Gronovius in poſtrema editione et inde alii. Confuſio orta eſt ex mutatione τοῦ *d* in *b* et hinc ex recentiori ſcriptura in *l.* Cf. ſupra ad 1, 4, 4.

placidior quam) Voſſius obſequentibus edd. 40. 41. 42. dedit *placidior quoque quam*, invitis omnibus libris, quos inſpexerunt I. et A. Gronovius et ego adhibui; ſolus inſeruiſſe videtur τὸ *quoque* Pariſ. 2. Rehdiger. pro *placidior* adfert *facilior.* Reinoldianae *placidiorque* cum ed. 44. TZSCHVCKE. Vox *quoque* debetur uni Voſſio, quam non antea editi agnoſcunt, MSSti nulli ex iis, quos novi, probant; ipſe vocem unam edere ad veniam huius interpoſitionis dedignatus fuit. Itaque diverſus ſaltem character eius originem ſignificet, ſi expellere non placet, quod mihi quidem maxime faciendum videtur, et mitti ad Auctoris cadaver. I. GRONOVIVS.

Recte monet de expellenda hac particula, quae et languidam reddit orationem. Antea Lipſ. *intus Sithie amne amoeniſſimus.*

potarique pulcherrimus) *Potarique dulciſſimus* Melam ſcripſiſſe, ut credam, adducor Herodoti auctoritate. Sic enim ille: [4, 53.] *πίνεσθαι τε ἥδιστός ἐστι.* SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti* p. 349. *in ed. Abr. Gronovii* 1748. Nihil invitis omnibus libris mutandum nec ipſo loci ſenſu exigente. Latius enim ſic Herodotum reddidit.

laetiſſima) Ciacconius adſcripſerat; alias *laetiſſime,* ex codice ſuo *laetiſſima.* Illud etiam notatum vidi in ed. 23. habent etiam Venet. Gud. Havn. Prag. et pro eo Vindob. *latiſſime.* At vulgata aliorum bene habet. Tum Vindob. *ſunt oſſa.*

e fontibus) Tò *e* omittit Cibin. Poſt Cibin. *inter*; Gud. *iterum*; Pariſ. 1. *alveo adſtringitur*; Vindobon. *ſecunda.*

Boryſthenida) Cibin. Lipſ. *boriſtenidam* et ſic Boccatius de fluminibus ſ. v. *Boriſteus*, ubi hunc Melae locum totidem fere verbis repetit; Rehdiger. *boriſthenidam*; Venet. *boryſthenidam*; Vatic. 3. *boryſteniani*; Prag. *boriſteniam*; Gud. *boriſchenidam*; Vind. *boriſthenida.* Editiones vel *Boryſtenida*, ut vetuſtiores, vel *Boryſthenida*; tantum 15. 17. 20. 23. *Boryſtenidam,* atque ſic, puto, Vatic. 1. cum ed. 23. TZSCHVCKE. Strabo, [7. p. m. 212. ſ. 306.] Stephanus, Plinius [4, 26. ſ. 12.] *Boryſtenem* urbem, non *Boryſthenida* appellant, quae et *Olbia* dicta ſit et *Olbiopolis*, condita a *Mileſiis*, ideoque *Miletopolis* etiam appellata. Hermolaus mendoſa haec Melae verba pro ſinceris citat in Plinianis caſtigationibus. [ad c. l.] PINTIANVS. Graeci, quos

confului, omnes Βορυσθένης, quidam fubpreffo nomine fluvio certe cognominem dicunt, ut Strabo 7. p. m. 212. f. 306. et de utroque Stephanus h. v. Ptolem. 3, 5. idem diferte adfirmant. Nulla igitur alius auctoritate fuffultus in anonymi periplo Ponti Euxini p. 8. Hudf. emendat Cellarius in Geogr. ant. 2, 6, 11. Βορυσθενὶς pro Βορυσθένης, forte quia fubfequitur κληθεῖσα· at refertur ad prius κτισθεῖσα πόλις. An igitur in noftro mutanda eft terminatio? Immo, cum aliter nolint libri, fuum auctorem fecutus effe videtur, et forte apud Latinos auctores ufum obtinuit illa forma, qua certe invenitur etiam in Iornande de rebus Geticis cap. 5. Plinius nomen ipfum non adpofuit.

Olbian) Ciaccon. Rehdiger. Venet. Vindobon. Prag. varr. in edit. 29. *Olbiam*, quod et habet Boccatius c. l. Parif. 3. *Olbida*; Gud. *olbidam*; Cibin. Lipf. Vaticani 1. 3. et plerique A. Gronovii *Olbian*, quod et in fuo Codice legit Holftenius, qui cf. ad Ortelium p. 135. alii codices cum editis libris. Edd. 1. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. omninoque omnes cum Schotto dederunt *Olbida*; Vinetus, (falfo Iuntinas adfert A. Gronov.) poft Voffius 40. 41. 42. *Olbiam*; Reinoldianae 44. 45. proximae *Olbian*, quam Graecam terminationem amat Mela et hic codices etiam optimi confirmant. *Olbida* effictum videtur ad praecedens vocabulum. In Graecis enim femper Ὀλβία, vel etiam Ὀλβιόπολις, quod tamen ad ipfam lectionem non valet.

Graeca oppida) Lego: *Secundum Boryfthenida, Olbiam, Graecum oppidum egreditur* ex Ptolemaeo, [3, 5.] cui Boryfthenis et Olbia idem oppidum eft. Coniungit autem Mela duo eiusdem oppidi nomina, nulla interiecta aut copula, aut disiunctione, peculiari quodam more, quem nonnunquam ab eo fervari obfervavi, (ut cap. fequ. de *Grunoe* et in fine eiusd. capit. infra)

notabiturque, cum usus poscet. PINTIANVS. Violenta et haec est emendatio, nec satis certa exempla, quibus inlustrat. Immo prostant exempla non pauca, quae docent, antiquas urbium sedes casibus mutatas cessisse, et utrique loco nomen suum servatum varie esse. Ita etiam Iornandes c. l. utrumque oppidum separatim ponit. At si etiam Melam errasse velis, levior tamen sit error, si cum codicibus erraveris, quam si lubrico pede titubaris.

§. 7. *Callipidas)* Gud. Vindobon. *calipidas*; Lips. *calippidas*; Rehdiger. *calypidas*; Prag. *calipeas*. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *calippidas*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *calippidas*; aliae recte *Callipidas*. Καλλιπίδαι in Herodoto 4, 17. Attamen et fluminis (*Hypanis*) et gentis Herodotum meminisse negat Ciacconius, quod et de flumine falsum est. Ab hac voce Vinetus incipit cap. 5.

Hypanis) Vindob. *hipanis*; Gud. *ipanis*; Prag. *yppanis*. Edd. 13. *hipanis*; 16. 22. et Vadianae *Hypanis*; 18. *Hyppanis*. Graecis, uti Herodoto 4, 52. Ὕπανις. Secundum Schottum Pintianus reponit *Hypacaris*, quod equidem in eius notis non inveni. Nec certe locum habeat, cum et supra iam ille fluvius adfuerit, et de Hypani eadem narret Herodotus 4, 52. quem ducem hic etiam secutus est noster. Pro *includit* Prag. *includitur*, ut passim alibi.

eius) Ita legendum, ut verbum *eius* superioribus adiungatur, non inferioribus, intelligasque paludem matrem Hypanis vocari ex Herodoto in Melpomene. [4, 52.] PINTIANVS. Ceterum Boccatius de fluminibus s. v. Ippanis aut hic legit aut effinxit *ex ganoi palude* pro *ex grandi palude*.

natus) Deest in Prag. Pro *diu* Paris. 1. habet *qui*. Eandem vocem *qui* subiicit τῷ *defluit* Prag.

Tandem) Codices quidam, uti Cibin. Parif. 3. Rehdiger. *tantum*. Sic et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. et cum hac forte Vaticani; probabat etiam Ciacconius. At *tandem* ad loci nexum et fenfum unice valet, et ab aliis Codicibus confirmatur.

ex parvo fonte) Cibin. *fronte*, de qua commutatione ad 1, 13, 3. Venet. Parif. 2. Vatic. 3. *ex puro fonte*. TZSCHVCKE. In quibusdam codicibus legitur *ex puro fonte*. Sed alteram lectionem confirmat Herodotus [c. l.] et Iornandes, qui hunc Melae locum defcripfit cap. 5. VOSSIVS.

Exampeo) Cibin. Gud. Lipf. Rehdiger. Prag. *Exampheo*; Vindob. *ex anpheo*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. (fic igitur etiam Vaticani) modo coniuncte, modo divife *Exampheo*, uti Iornandes c. l. Vadianus (16.) pofuit *Exampeo*, et fic reliquae edd. tantum Vinetus *Exampoeo*. TZSCHVCKE. Ita repofuimus confentientibus libris. Verum enim huius fontis nomen eft Ἐξάμπεος, quemadmodum utrobique apud Herodotum [4, 52. et 81.] refcribendum. VOSSIVS. Refragatur I. Gronovius ad priorem Herodoti locum, et ex Cod. Mediceo optimo in utroque probat Ἐξαμπαῖος, quam formam et pofteri editores praetulerunt. Solinus c. 20. f. 14. *Exampeus*, quod et retinuit Salmafius. Boccatius modo *Exampeus*, modo *Exampheus*; vid. de fontibus h. v. et de flumin. f. v. *Ippanis*. Praeftat fequi Graeca optimorum codicum. Ortelius etiam in thefauro Geogr. una hac forma, nefcio, quo duce, profert *Exampaeus*, Ἐξαμπαῖος. Pofterioris forte aetatis fcriptores, in quibus *ae* et *e* nullo habito discrimine ponitur, commutarunt. Inde intelligitur, quomodo Licentius (quem Voffius in nota teftem adducit) ad Auguftinum in ei. epiftol. 26. f. 40. fcribere poffit:

Xampaeosque (Voffius contra metrum: *Exampeosque*) *lacus fugiens Hypaneius amnis Callipidum Scythicas refonat fpumofus ad undas.* Mox τὸ *eft* non male omittunt Vatic. 3. Parif. 2. Prag. et poft pro *accipit* Vindob. et Prag. *recipit.* Gud. pro *disfimilis* habet *disilis*, ut fupra.

Axiaces) Vatic. Lipf. Cibin. Gud. Vindobon. *Afiaces* ex molliori pronuntiatione, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. Rehdiger. *Afyaces*; Prag. *Afiates. Afiaces* etiam habet Boccatius h. v. Ita poft Cibin. Gud. Prag. Vatic. cum iisdem edd. *Afiacasque* fcribunt; Lipf. *Affiacasque*; Rehdiger. *afyacasque*; Vindobon. *afiatasque.* TZSCHVCKE. Scribendum per *x*, *Axiaces* et *Axiacae.* BARBARVS. Ita Ἀξιάκης Ptolemaeus 3, 5. et 10. et Plinius 4, 26. f. 12. *Axiacae cognomines flumini.* Altius enim, cum primus hoc flumen Mela commemoret, auctoritas fcripturae repeti non poteft. Per *x* etiam hic fcripferunt editiones praeter memoratas. Quod autem pro *Axiacae* Holftenius ad Stephanum p. 40. emendat *Apafiacae* vel *Afpafiacae*, itemque Salmafius notante ad Stephanum p. 144. Berkelio *Apafiacae* hic et infra, errarunt, parum memores, fitu plane diverfo hos populos in Afia poni inter Iaxartem et Oxum; uti praeter Stephanum docet Polybius 10, 48. f. excerptor. c. 45. Nempe Tanais ibi eft Iaxartes, ut alibi, Macedonum commento. Vid. ibi Schweighaeuferus, et infra §. 11. I. Gronovius.

intra) Venet. Lipf. et codex Ciacconii et I. Gronovii *inter*, uti et adfcriptum, nefcio an ex Codice, inveni in ed. 23. Alii Codd. cum edd. *intra*; tantum Vinetus *inter.* TZSCHVCKE. Rectius legeretur *inter Callipidas.* PINTIANVS. Poteft fluvius intra duos populos defcendere, fi ab fonte ad exitum per eorum fines labatur, atque in iis contineatur. Sic loquitur Auctor infra lib. 2. c. 7. *Corfica intra latera tenuis et longa.* Quod

ubi ſit, alter populus debet ſtatui interior et mediterraneus eſſe, alter, qui inde excipit, litoralis. Id hoc loco ſupponi nequit, quum tam Callipides, quam Axiacae ponantur in ora Ponti Euxini inter Boryſthenen et Tyran amnes. I. GRONOVIVS. Recta eſt haec lectio, [*intra*] quam et Vaticanum et meliora confirmant exemplaria. Vtrumque enim hunc populum medium ſecat iſte fluvius. De Axiacis quidem, qui propiores ſunt mari, res clara eſt, cum abſurdum ſit exiſtimare, gentem fluvio cognominem, alteram tantum tenuiſſe ripam. Callipidas vero gentem mediterraneam, et illos quoque utramque ripam inſediſſe, conſtat ex omnibus et ex ipſo, quem paſſim ſequitur, Herodoto, qui eos ſupra Olbiam longe a mari remotos deſcribit. Cum vero Callipidae tenuerint totum illum tractum, qui eſt a Tyra fluvio ad Hypanim, manifeſtum eſt, Axiacen fluvium medias Callipidum terras ſecuiſſe, et Melam ambiguitatis vitandae gratia maluiſſe ſcribere *intra*, quam *inter*. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Miror, quemadmodum haec coeant. Olbiam Herodotus non nominat, ſed Olbiopolitas. Praeterea ſcribit: [4, 17.] *ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται.* Ea eſt deſcriptio Olbiae vel Boryſthenidos. Quam procul quaeſo vel id ipſum oppidum (quod utrumque Mela ponit ad egreſſum Boryſthenis in Pontum) a mari? aut quam procul iſte populus, qui primus ab eo ſequitur? Tu iudica, Lector. Sed etiam id iudica, quod addit Voſſius, abſurdum eſſe exiſtimare gentem fluvio cognominem alteram tantum tenuiſſe ripam. At quid illic in lib. 4. c. 18. ſcribit Herodotus? *Διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοὶ, τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας.* Nimis clara ſunt, quam ut vel interpretemur, vel plura dicamus. Poſſem enim citare alios. Sed et ipſe vidi in MS. codice *inter*, ut ſupra dicitur *Gerrhos inter Baſilidas et Nomadas evolvi.* Infra

[2, 5, 5.] *Rhodanus ſubinde grandior inter Volcas et Cavaras emittitur.* Lib. 2. c. 3. *Nar inter Pyraeos et Liburnos emittitur.* Etiam Pintianus id vidit, et audiri debuit, etſi nec ipſe mutaverim. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Nec ego muto propter verbum *deſcendit,* quo ſimul ad originem fluvii reſpicit noſter, cuius curſum in utriusque populi tractu agit. Sic enim *deſcendere* et adfinia verba ut ante *defluere* uſurpat, et loca, quae adtulit Gronovius ad exitum fluviorum pertinent. Sic vero etiam vult Mela, ni fallor, illum fluvium non alios populos adluere, quod et eius brevitas patitur. Quodſi Voſſii explicatio admittatur, non plane eam confutavit Gronovius. Idem enim locus Herodoti 4, 17. in quo primi a Boryſthenitarum emporio i. e. Olbia ponuntur Callipidae, quia Olbia 200 paſſibus, (ut fere narrant,) a mari remota fuit, interius etiam Callipidas habitaſſe innuit. Sic Strabo 12. p. m. 379. ſ. 550. ὑπὲρ τὸν Βορυσθένη ex Herodoto et aliis conlocat. Nec renuunt alia. Herodotus enim 4, 17. ſuper Callipidas conſtituit Alazones, et in horum finibus Exampaeum fontem, hunc quidem 4 a mari dierum navigatione remotum. Igitur ſat ſpatii inde ab ora relictum fuit Callipidis. Sed et optimi Codices hic praeferunt *intra,* quae particula etiam alibi cum *inter* commutatur, uti docent Gronov. et Drakenb. ad Liv. 25, 24. f. hic etiam ad Sil. Ital. 14, 465. et ad Liv. 5, 27, 2. N. Heinſ. ad Claudian. in Rufin. 1, 83. ad 6. Conſul. Honor. v. 80. Schwartz. ad Plinii Panegyr. 50, 4. et quae notavi ad Melam 2, 7, 19. Pro *deſcendit* Prag. male *aſcendit.*

Iſtricis) Cibin. Lipſ. Rehdiger. *hyſtricis*; Vind. Gud. Prag. *hiſtricis*; Pariſ. 2. *hiſtris.* Edd. *Iſtricis,* tantum Vinetus *Iſtris.* TZSCHVCKE. Lego *ab Iſtriis.* Nam ab Iſtro urbe Thraciae, quae ab aliis *Iſtropolis* ab Arriano in periplo [p. 24. Hudſ.] *Iſtria* dicitur, *Iſtrius* gentile nomen deducitur, auctore Stephano. Ab *Iſtria*

autem *Iſtrianus*. Eſt et in Ionio gens *Iſtri*, a qua poſſeſſivum nomen fit *Iſtricus* eidem. PINTIANVS. Adſpiratio etiam in aliis auctoribus praemittitur, de quo paulo poſt. *Iſtros* autem vocat et infra noſter 2, 5. f. cum Strabone et aliis, et diſerte Iuſtinus 32, 3, 15. *Iſtrique ex vocabulo amnis appellati.* Sed et Ἰστρικὸς gentile ab Ἴστροι ducit Stephanus h. v. Quare ſubintellecta voce populis movendum non eſt. Sic ſupra *Cercetici*.

Tyra) A. Gronov. ex MSS. notat *Pyra*, *Pina*, *Pira*, *Tira*, *Pyrrha*. Vaticani, Pariſienſes, Lipſ. Gud. Prag. Vindob. et Boccat. de flumin. h. v. *Pira*; Venet. *pirra*; Cibin. Rehdiger. Havn. *Pyra*; Bonon. *Pyrra*. Edd. 1. 2. 9. *Pira*; ceterae *Tyra* ad Voſſium, qui dedit *Tyras* ſequentibus 40. 41. 42. unde, Reinoldio praeeunte rediit *Tyra*. Vitioſe *Syra* alterum exemplar ed. 25. *Tyras* utique praeferendum videtur, cum facile τὸ *s* a proximo vocabulo abſorberi potuerit, et Graeci magno conſenſu Τύρας ſcribant, veluti Stephanus h. v. Scymnus Chius in fragm. v. 51. et ex eo Anonymus in Periplo Ponti Euxini p. 9. Hudſ. Strabo 2. p. m. 73. ſ. 107. Ptolem. 3, 5. (ex quo non recte *Tyra* notat auctor libri: *Handbuch der alten Erdbeſchreibung* Norimb. 1784. Vol. 1. p. 282.) Τύρης ſuo more Herodotus 4, 51. Attamen Plinius 4, 26. ſ. 12. *clarus amnis Tyra oppido nomen imponens*, et Valer. Flaccus 6, 84. *Linquitur abruptus pelago Tyra; linquitur* — In illo vel excidit τὸ *s*, vel ipſe iam expulſum in Melae codicibus invenerat, quod iudicarunt aliquoties viri docti in aliis locis factum eſſe; in hoc metri cauſa ita dictum videtur, cum *Tyras*, ubi hoc non obſtabat, legatur apud Ovid. ex Ponto 4, 10, 50. Niſi dixeris *Tyras* pro *Tyra* dictum eſſe, ut *Hermagora*, *Marſya*, *Soſia* et alia. Vid. Quinctil. inſtit. orat. 1, 5. et ibi Burmann. p. 67. idemque ad Valer. Flacc. c. l. et quem ibi laudat Bentlei. in epiſt. ad Millium p. 81. Cf. etiam Stephanus de abuſu

Gr. L. p. m. 75 ſqq. Solent quidem Graeci genitivum terminare in α, τοῦ Τύρα, ut Strabo aliique, quaſi ſit indeclinabile; at iidem habent τὸν Τύραν, ut ille genitivus ſit Doricus, quod notat Euſtathius ad Il. 1, 1. Cf. Fiſcher. in animadverſ. ad Welleri Gr. P. 1. p. 337. ubi addi poteſt Euſtath. ad Odyſſ. 1, 105. p. 27, 17. Baſ. Sic τοῦ Μίδα, Γέτα, Αἰνεία. Quiquid eſt, in Latinis formae *as* et *a* promiſcui uſus fuiſſe videntur, quod evincunt Plinius et Valerius Flaccus.

ſurgit in Neuris) Cibin. *quae ſurgit*; Vinetus dedit *qui ſurgit*. Tum Venet. Gud. Vindobon. *in euris*; Vatic. 3. *in eunuris*; Prag. *in Cunuris*. Graecis Νεῦροι vel Νευροί. At *ſurgit* magis ſic conciſe ponitur. Librarius Cibin. *Tyra* femininum putavit.

§. 8. *At ille)* Lege meo periculo: *At Iſter, qui Scythiae.* SCHOTTVS. At longe melius *ille*, cum diverſa nomina ſubiiciat deſcriptioni praemiſſae. Poſt Cibin. *ſcicie*; Vindob. *Scithie*. Edd. aliquae male diſtractis vocibus *quis cythiae*, ut 7, 8, 9.

in Germania fontibus) Edd. 12. 14. 19. *in Germaniam*, praeter rem et invitis libris. TZSCHVCKE. Diſpiciendum an legi potius debeat: *Abnoba Germaniae monte, alio, quam deſinit* etc. ex Plinio lib. 4. [c. 24. ſ. 12.] Ruffus Feſtus in tralatione Dionyſii: [Avien. in deſcr. orbis terr. v. 437.] *Abnoba mons Iſtro pater eſt; cadit Abnobae hiatu Flumen; in Aeoos* [*eoos*] *autem convertitur axes.* Meminit quoque Ptolemaeus [2, 11.] *Abnobae*, quem ipſe *Aunobam* nominat. PINTIANVS. Ad violentas et arbitrarias Pintiani correctiones et haec reiicienda eſt. Poſt pro *deſinit* edd. 1. 2. 9. *deſinunt* facili ſcripturae lapſu.

immania) Hic codices multi inferunt *ſpatia*, uti iam de quibusdam notarunt Stephanus in praefatione, et

Schottus. At, quos ego novi, parum ſibi conſtant in adſignanda illi vocabulo ſede. Sic Voſſ. 1. Cibin. Varr. in edd. 27. 29. *immania magnarum gentium ſpatia;* Venet. Pariſ. 2. Voſſ. 5. Havn. Prag. cum edd. 15. 17. 20. 23. 31. (Vineti) in qua etiam vox *gentium* minusculis literis expreſſa eſt, *per immania ſpatia magnarum gentium;* at alii numeroque plures codices, nec in iis auctoritate quidam inferiores ignorant cum reliquis editionibus. TZSCHVCKE. *Spatia* interponendum. CIACCONIVS. *Spatia* addunt quidam codices. Sed hic gloſſematis foedarunt vel ludimagiſtri vel librarii optimos quosque auctores, nulla habita ratione conciſe loquendi conſuetudinis Melae, cum Criſpo Salluſtio communis; nam et hic mire hodieque harpyiarum unguibus contaminatus circumfertur. SCHOTTVS. Recte improbat Schottus, cum gloſſam incerta etiam ſedes coarguat. Quod optimi quidam adiiciunt, quia cogitate magis eorum auctores ſcripſerunt, factum eſſe puto. Tum vero illi ſubplendam hanc vocem putarunt. Sic aliqui poſt *gentium* inferunt *diffuſus*, uti Vatic. 5. Pariſ. 2. Voſſ. 5. Venet.

eum) Codices alii omittunt, addunt alii. Invenit in duobus I. Gronovius, in Leidenſ. Voſſ. 4. Perizon. filius, ego in plerisque; tantum mutato ordine Vatic. 1. Gud. *appellantibus eum;* Vatic. 5. Pariſ. 2. 5. aliique omittunt cum omnibus editionibus, dum primus interpoſuit Reinoldius, quem ſecutus eſt in poſtrema editione A. Gronovius cum reliquis. Videtur utique in brevitate Melae ſalvo etiam ſenſu abeſſe poſſe. Cum tamen adferant codices optimi, omnes fere, reliqui. Deſideraverat etiam olim Ciacconius.

ſit Iſter) Vindob. Gud. Prag. *hiſter ſit*, et ſic, tantum *Iſter ſit*, vel, rarius tamen, ut Vinetus, *Hiſter ſit*, editiones inde ab antiquiſſimis omnes ad Voſſium, qui

dedit *ſit Iſter*, quod manſit. Tenent etiam eundem ordinem plerique alii Codices, tantum aliqui, ut Cibin. *hiſter*, vel ut Lipſ. Rehdiger. *hyſter*. Graeci, quod notiſſimum, Ἴστρος. At de adſpiratione in Latinis non conſtant eruditorum ſententiae, quippe quam multi praefigunt, addicentibus hic promto ſtudio codicibus. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 2, 50. 3, 202. Staveren. ad Nepot. Miltiad. c. 3. in. A. Gronov. ad Iuſtin. 2, 5, 10. Berneccer. ad 32, 3, 15 aliique. Sic *Hiſtrum* urbem plerique codices tuentur in Eutropio 6, 10. ſ. 8. Poſt Gud. omittit *qui;* Vindob. *mare*, et ed. 11. *iam*. Pro *tantum* ex Vadiano, qui dedit *tm̄*, edd. 30. 32. 37. *tamen*. Tum Prag. Vatic. 3. *decidunt maximus*. Quidam, ut ſolet, *hoſtiis*. Denique hic pro *navigabilibus* ex codice vetere ſuo Ciacconius notat *navigabilis*.

§. 9. *Eſſedones)* Rehdiger. Prag. *Eſedones;* Vindob. *eſſedones;* Cibin. *Ceſſedones*. Vid. ſupra. A voce *Ingenia* c. 6. incipit Vinetus.

parentium) Cibin. Lipſ. Gud. Vindobon. Prag. Rehdiger. aliique, quos adhibui cum edd. omnibus etiam Reinoldianis ad Gronovianam 44. *parentum;* inde ab ea enim invectum eſt *parentium* ex Mediol. Voſſ. 4. Vid. de hac forma ad 1, 8, 7. Sic infra 5 MSS. habere obſervavit A. Gronovius. Equidem cum plerisque et hic et alibi dedi *parentum*.

coitu familiarium) Pro coitu ex antiquo codice Ciacconius notat *coetu;* Cibin. *coytu*. Hinc idem, Lipſ. Gud. Pariſ. 1. 2. 3. Bonon. Rehdiger. Prag Vindobon. aliique, notante hic Oudendorpio, *familiarum*. Editiones omnes *familiarium*, quod et habuiſſe puto alios aliorum codices et ex meis reliquos cum edd. conlatos. Videtur etiam hic praeferendum non ex nexu ſolum, ſed quod reddit Herodotum 4, 26. οἱ προσήκοντες.

In priori verbo poſſit haerere, qui vulgari illa ſignificatione intellexerit, cum de coitu nihil eiusmodi inferat Herodotus, nec, qui Melam reddit Solinus c. 20. ſ. 15. eius mentionem faciat; immo *coetus* commemoret, et Herodotus δαῖτα, ad quam vocem *coetus* refert etiam Servius in Virgil. Aen. 1, 735. Poſſis igitur ex Ciacc. Codice ſubſtituere *coetu*, ni Melam aliunde aliquid Herodoteis et hic adiecisse malis, aut potius nativo et proprio ſenſu vocem de *coetu* explices promiſcua ſcriptura editam. Sic infra c. 2, 2. ubi alii habent *coetu Maenadum*, Voſſ. 1. et Cibin. adferunt *coitu Maenadum*. Cf. ad Livii epitom. 61. Ita vero priſca ſcriptura *oi* pro *oe* editum eſt.

immixta) Sic MSS. A. Gronovii et ex meis, quantum novi, Lipſ. Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. cum antiquis editionibus. Poſt 15. 17. 20. 25. Olivarianae aliquae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii ad 42. *immiſta*. Inde cum Reinoldio ab ed. 44. *immixta*. Variatio in libris obvia, de qua cf. Cellarius in Orthogr. Lat. T. 1. p. 290. et quae ibi adiecit Harleſius. Tò *x*, etſi alterum magis reſpondeat analogiae, praeferunt tamen Codices cum lapidibus, praeferunt etiam viri docti multi, veluti Pierius, Burmannus, Drakenborchius. Vid. Garaton. ad Cic. pro Sext. c. 56. Schwartz. ad Plinii panegyr. c. 32. p. 120. qui nunquam *mixtura*, *mixtio* ſcribi, ſed contra, obſervat.

vincta) Sic Voſſiani, Ciaccon. Prag. Vaticani, puto et Pariſienſes. Codex etiam Palatinus teſte Salmaſio ad Lampridii Heliogabal. c. 6. f. exhibuit *vincta*. At Cibin. Gud. Rehdig. et ex ſilentio, Venet. Havn. *iuncta*, etſi in quibusdam difficulter ſecerni utrumque poteſt, velut in Rehdigerano. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. *iuncta;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *cincta;* 15. 17.

20. 23. Vinetus, Vossius, Gronovii cum ceteris *vincta.* TZSCHVCKE. Antiqua exemplaria *iuncta;* forte *vincta;* et sic legit Aldus, V. C. Solinus c. 15. [s. 20.] *incincta.* CIACCONIVS. Variatio non infrequens ex literarum *u* et *v* similitudine in antiqua scriptura. Sic *coniuncta* et *convincta* se vix in Codd. suis discernere potuisse adfirmat Gruterus ad Cicer. pro Cluentio c. 5. quare et ibi variatur. Cf. Heinsius ad Virgil. Aen. 5, 26. Corte ad Sallust. de B. C. c. 55, 4. Dukerus ad Florum 4, 12, 18. Drakenb. ad Sil. Ital. 8, 487. Burmann. ad Rutil. itin. 1, 489. viri docti ad Tibull. 2, 1, 64. et 4, 1, 57. Oros. 2, 10. p. 114. (Haverc.) Cicer. orat. c. 19. et quos illi commemorant. Sic pro *iunctos* emendant *vinctos* in Hygino fab. 120. p. 213. ed. Staveren. Hinc *ima* et *una*, quia vix dignosci possunt, commutantur, de quo Torren. ad Valer. Max. 1, 6, 4. Oudendorp. ad Lucan. 4, 106. 3, 202. sed et supra 1, 5, 3. pro *iunctos* Cod. Havn. dat *vinctos. Vincta* unice probat Salmasius c. l. et ita reponendum vel caeco adparere pronuntiat. Graecis esse Χρυσένδετα adiicit, posterioribus etiam Χρυσένδυτα. Sic *lapides auro vincti* in regio domo apud Ampel. c. 8. et Hygin. fab. 223. Sed plura Vol. 2.

pro poculis) Legendum videtur *pro iconculis* ex Herodoto in Melpomene. [4, 26.] PINTIANVS. Male haec reformat Pintianus. Neque enim unum secutus est Herodotum auctor noster; habet enim multa ab Ephoro, multa quoque ex Hecataeo et Hellanico. Vt ut vero detur, haec illum ex Herodoto transtulisse, non tamen ideo existimandum, Melam hic abire a mente Herodoti. Verba eius haec sunt: τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες καταχρυσοῦσι· καὶ ἔπειτα ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες. Ἀγάλματα vero Graeci vocarunt non simulacra tantum et icones, verum etiam pocula et vasa rariora et vestes et quascunque alias res. Grammaticus anony-

mus, qui penes me exftat, vocabulum iftud interpretatur: πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει, κἄντε ἱμάτιον ᾖ, κἄντε εἰκών. Licet vero ita accipi poffint verba Herodoti, aliter tamen arbitror effe capienda; nempe Effedones capita parentum fuorum deaurata in facello aut larario collocaffe, iisque tamquam fimulacris honores annuos exhibuiffe. Hoc ipfum Panebis, Libyae populo, tribuit Damafcenus [fub h. v.] Πάνηβοι Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύττουσι, τήντε κεφαλὴν ἀποκόψαντες καὶ χρυσώσαντες ἀνατιθέασιν ἐν ἱερῷ. VOSSIVS. Immodice doctum fe hic oftentare conatur Voffius, dum illuftrat vocem ἄγαλμα, et quidem ex fuo Grammatico anonymo, qui nihil dicit, quod non tunc fatis erat notum. Et interim in hac lectione maculandum erat nomen Pintiani, quia in Salmafio iam nulla erat aura, quum tamen Salmafius primus hunc locum ftabiliverit ad hunc modum in notis ad Lampridium p. 179. [ad Lampridii Heliogabal. c. 6. extr.] I. GRONOVIVS. Diligentius idem Salmafius ad Solin. c. 15. f. 29. p. m. 135. de voce hac Herodotea ἄγαλμα disferuit, ubi hunc Melae locum excuffit. Vid. etiam, quae poft de eius vocis poteftate contulit Ruhnkenius ad Timaei Lex. p. m. 3 fq. Si Herodotum reddidit nofter, latiffime eum fic interpretatus eft. Nihil tamen mutandum, clamant non folum Codices, fed et Solinus c. l. qui ex Mela fua haufit. Nicolai Damafceni locus de Panebis alium capitum ufum narrat. Videtur auctor nofter contracta ex fingulis locis componere. Nam Herodotus 4, 65. fcribit, Scythas divites poculis ufos fuiffe deauratis, quae ex inimiciffimorum capitibus adparaverint, quod de interioribus populis infra commemoratur.

eos ipfos) Melius: *haec funt apud eos ipfius pietatis ultima officia.* PINTIANVS. Particula *eos* redundare videtur. CIACCONIVS. Omiferunt etiam Voffius et I. Gronovius in ed. prima. At Codices conftanter

tuentur, etſi abeſſe alterutra vox poſſit, et vere abſit in Prag. *ipſos.* Vatic. 3. inverſo ordine *ipſos eos.* Venet. omittit *ſunt.*

§. 10. *Agathyrſi)* Cibin. Vindob. *agatirſi;* Gud. Prag. *agathirſi.* Edd. 2. 9. *Agatyrſi.*

ut quique — praeſtant) Mediolan. *quique;* Perizon. *quinque — praeſtant;* Chiſ. Voſſ. duo et Abr. Gronov. *quique — praeſtant;* ex meis Cibin. *quisque — praeſtat;* Lipſ. *quique — preſtat;* Gud. Prag. Rehdig. *praeſtatur.* Voſſius dedit *ut quisque — praeſtat,* eumque ſecutae edd. 40. 41. 42. Poſt revocata eſt plerorumque codicum et vetuſtarum editionum lectio, *ut quique — praeſtant,* quam retinui. In proximis haec obiiciuntur: Ed. 11. *maius;* Vatic. 1. Cibin. *aut minus;* Rehdiger. *ut minus;* Vindobon. *hiſdem;* Prag. *hiſdem omnibus;* Cibin. *ut albani nequeant.* TZSCHVCKE. Male hunc locum vexavit Salmaſius, [ad Solin. c. 15. f. 20. p. m. 133.] quia non intellexit. Ita enim accepit, ac ſi *maioribus* conſtruendum eſſet cum *notis.* Sed vero *maioribus praeſtare* hic eſt, *genere praeſtare.* Quis enim neſcit, maiores paſſim accipi pro parentibus? Vide tamen et mirere, quam magni ſaepe viri in leviſſimis haereant rebus? Idem porro, quod hic Mela, tradit etiam Solinus [c. l.] et ex eo Ammianus Marcellinus. [31, 2.] Sed quem interpres eius Salmaſius, eundem quoque errorem commiſit Solinus, cum ita male verba Melae accepit, ut putarit, Agathyrſos artus pingere iisdem omnes notis, ſed maioribus, ut quique praeſtant. Sed ſi maioribus, quomodo iisdem? Manifeſte ex Mela colligi poteſt, nullam fuiſſe differentiam inter notas plebeias et nobilium quoad magnitudinem. Sed vero differentia in eo erat, quod vulgus raras, generoſiores vero crebras ac magis fucatas notas haberent. VOSSIVS. Nempe Salmaſius ita hunc locum reformabat, uti fuiſſe Solini tem-

poribus verisimile putabat: *ut quippe praestant ita maioribus, ceterum iisdem omnes notis.* Verba *magis vel minus* ad glossam relegat. At recte vulgatam librorum omnium lectionem vindicavit Vossius, quam Solinus suo more aliter interpretatus reddidit. Ceterum non leve hic officium praestat Servii testimonium ad Virgil. Aeneid. 4, 146. ubi subpresso quidem Melae nomine ita in ed. Virgilii Burmanniana scribit: *Licet de illis* (Agathyrsis) *lectum sit: Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quique maioribus praestant, ita magis vel minus; ceterum omnes iisdem notis et sic, ut ablui nequeant.*

Satarchae) Paris. 1. 2. Lips. Cibin. Vindob. Gud. Prag. Rehdiger. *Sarthae*, vel uti solet *Sarthe;* Ciaccon. *Sarichae;* Bonon. *Sarmathae;* reliqui ex meis editionum suarum lectiones praetulisse videntur. Edd. 1. 2. 9. *Sartae* vel *Sarte;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Sarmatae;* Vinetus, Vossius reliqui *Satarchae.* TZSCHVCKE. Scribe *Satarchae*, non *Sarmatae*, ut ex Solino [c 1] castigavit Mariangelus. PINTIANVS. *Satarichae* alias. [nescio ubi] *Sarichae* V. C. *Sarmatas* autem post *Agathyrsos* Pomponius nominavit, post mores singulorum ordine reddit. Quare non omnino male haberet *Sarmatae*, si postea adderetur *Satarchae.* CIACCONIVS. Videtur omnino populi nomen, non gentis, quales sunt *Sarmatae*, requiri. Tum supra dixit *Sauromatae*, Scythicum populum, quem strictiori sensu cum Agathyrsis coniunxerat; etsi alias, quod et diserte Plinius 4, 25. s. 12. monet, Graecorum Sauromatae Latinis sunt Sarmatae. Attamen sic potius *Sauromatae* et hic in repetitione posuisset. Tum connexus cum Agathyrsis facit, illorumque et nomen et mores notiores, ut omittere potuerit. Sed et de moribus vitaeque modo Sarmatarum vel Sauromatarum, qui sunt in illo tractu, et apud Herodotum 4, 102. etiam

cum ceteris populis coniunguntur, iam fupra 1, 19, 19. 2, 1, 2. aliqua adtulit, de Satarchis nihil, quos tamen hic intactos dimittere non poterat. Immo hi non obfcure ex codicum veftigiis emicant. Denique accedit, quod Satarchis diferte eos mores tribuit Solinus non fine Melae aufpiciis. Quod Codices hic recedunt a fuperiori forma, neminem morabitur, qui loca fimilia mente revocarit. His momentis impulfus a recepta lectione difcedere dubitavi.

auri argentique) Sic Cdd. A. Gronovii meique praeter Gud. in quo fcribendi vitio legitur *arzentique.* Nec aliter editiones antiquiffimae; 5. omittit τὸ *que*, ut 12. 14. Poft 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius 40. 41. 42. *auri et argenti.* Hinc cum Reinoldio prima lectio vocata rediit.

maximarum peftium) Cibin. *maxima pefte;* Prag. lepide *pifcium* pro *peftium*, uti deinceps Vindob. *vifcerum comercia.* Tum pro *faeva* Vindob. *fceva*, et Cibin. cum Varr. in edd. 27. et 29. *fevam hiemem;* at *faeva hiemis* bene habet et ex ufu Melae, ut §. 8. *immania gentium.* Poft *affidue* Codd. quidam, in iis Cibin. cum edd. vetuftis ex fcribendi noto more, fed et poft Ald. Iunt. Vadianae, 30. 32. 37. quippe quibus forte fcrupulum iniecerat vox *admodum*, quae ad augendam non folum, fed et complendam primarii verbi notionem confert. Cf. ad Eutrop. 8, 1. Mox ante *humum* Prag. neglexit *in.* Pro *fuffoffa* Lipf. Rehdiger. Vindobon. *fuffofa*, uti edd. 1. 9. 13. Gud. Prag. *fubfoffa*, veriori fcripturae ratione.

braccati) Lipf. Vatic. 3. Gud. *brachati;* Prag. *bractati;* Cibin. Rehdiger. Vindob. *bracati.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. *brachati;*

reliquae, quas infpexi, *braccati;* Reinoldianae, meae quidem, *bracati* et *braccati.* Sed nec alibi certa fcripturae forma fedet in noftris adeo libris. Equidem praeferendum puto *bracati* certius Graecorum exemplum fecutus, qui fimplex κ tuentur. Vid. ad 2, 5, 1. Pro *vident* Prag. *videntur.*

§. 11. *Tauri)* Prag. *Thauri;* Lipf. *Yphigeniae;* Gud. Rehdiger. *hyphigeniae;* Prag. *hephigenie;* Vindob. *effigenia.* Edd. 1. 2. 9. *ephigeniae.* Poft Lipf. Prag. *Horeftis;* Rehdiger. *etiam Horeftis;* Vindob. *horreftis.* Tum Rehdiger. *memorati maxime;* Rehdiger. omittit *funt;* Gud. *famam;* Prag. fcribit *in maciemque famam.*

folere pro) Prior vox abeft a Vatic. 3. Parif. 2. Prag. pofterior a Vadianis et hinc 30. 32. 37. Vtraque male abeft.

99) *Bafilidis)* Cibin. Lipf. Gud. Vindobon. Parif. 1. *Bafilidiis;* Vatic. 3. *bafiricus;* Prag. *bufiricus;* Rehdiger. *Bafylidis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *Bafilidiis;* 12. 13. 14. reliquae recte *Bafilidis.* Cf. fupra.

Echidna) Parif. 1. *Echidona;* Cibin. *echydna;* Gud. *echidina;* Venet. *pectorum duri pabula;* Cibin. *fecuntur.* Ceterum a *Vagi* c. 7. inchoat Vinetus.

ut illa) Parif. 2. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. cum edd. 1. (2. nihil notatum) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Vadianae fubiiciunt *pecorum.* Edd. 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus *pecori;* Cibin. *pecora;* ex Vaticanis, cum ab ed. 23. diverfi nihil adfcriptum fuerit, iidem, quod mirum, habuiffe etiam videntur, *ut illa*

pecorum. Alii codices omittunt, expulitque Voſſius ſequentibus aliis. TZSCHVCKE. *Atque ut illa pecorum durant*) Legendum *pecori durant.* PINTIANVS. Cum paulo ante *pecorum* meminiſſet, non fuit neceſſe hic ſtatim iterum addere. Quare legendum puto: *atque ut illa perdurant, ita hi ſtatim* etc. Sic de Euphrate 3, 8. *Tum Arabas ingreſſus, non perdurat in pelagus, verum ingens modo et navigabilis, inde tenuis rivus deſpectus emoritur.* CIACCONIVS. *Pecorum durant, ita diu*) Forte, *ut illa perdurant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* SCHOTTVS. In quibusdam vetuſtis libris *pecori,* in aliis aliter legitur. Sed manifeſtum gloſſema eſt imperiti librarii, qui repetendam eam vocem exiſtimabat. VOSSIVS. Lubens accedo huic opinioni, cuius cauſa ſatis in aperto eſt expoſita. Sic ſupra 1, 9, 6. *illis mulieribus ſcilicet.* Recte igitur etiam illud vocabulum omiſerunt alii Codices.

ita diu — agunt) Nihil libri mutant, praeterquam quod edd. 30. 32. *ſtatim* pro *ſtatam* habent. Poſterius revocavit recte ed. 37. quae illas reddere alias ſolet. TZSCHVCKE. Diſpice, an ſit concinnior lectio: *atque ut illa pecori durant, ita hi ſtatam ſedem agunt,* ut adverbium adverbio, pronomen pronomini opponantur. PINTIANVS. Forte pro *ſtatam ſedem* leg. *ſtoreas.* Caeſar lib. 2. de B. G. c. 9. *ſtoreas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris latas 4 pedes fecerunt.* CIACCONIVS. Freden. coniectat *ita hi ſtatam ſedem agunt* ſcripſiſſe Melam. Mihi non probat. Particulam enim *diu* Melae in deliciis eſſe obſervabit non admodum in eius lectione hoſpes. SCHOTTVS. Non erat cur *ſtoreas* obſcuriorem vocem clarioribus codicum obtruderet. Pintiani emendatio concinniorem quidem orationem reddit, ſed cum iactura verbi, quod libri continent, nec ſemper in ſimili nexu hanc legem ſervat etiam Noſter. Sic 1, 8, 1. *atque ut illa* (nox) *procedit, ita* (hic ſc. fons) *calidior.* 1, 2, 2. *diu,*

ſicut illud (pelagus) *incedit, ita* (ora Aſiae) *ſua litora porrigit*. Pro *Georgi* Prag. *gregi;* ed. 20. *Georgii.*

Axiacae) Lipſ. Vatic. Cibin. Gud. Vindob. *Aſiacae* vel *Aſiace;* Rehdiger. *Aſyacc;* Prag. *Aſiatc.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Aſiacae.* TZSCHVCKE. Indigna eſt Holſteniano nomine ſententia, qua is hoc loco perperam ſic ſcribi notavit in marginibus Stephanianis [vid. notae in Stephan. p. 40.] pro *Apaſiacae* vel *Aſpaſiacae*, qui qualescunque ſint, utique ſunt inter Scythas Aſiaticos, quum hic de Europaeis ſit ſermo, et iam ante hi ipſi *Axiacae* praeceſſerunt cum fluvio cognomine non *Aſpaſiacae.* I. GRONOVIVS. Nempe, quod infra de *Auchetis* Voſſii ſubiicit, Mela mores populorum exponit, quorum nomina et ſitum ſupra indicaverat. *Aſiatae* autem etiam libri veteres apud Solinum c. 15. ſ. 20. notante ibi Salmaſio, atque ita legi in ed. Veneta 1401. *S* et *x* ſaepiſſime ex pronuntiationis modo commiſcentur. Sic contra quaedam edd. antiquae infra *Exedones.* De *Aſpaſiacis*, quos Mela ſub nomine *Pacſicae* 3, 5, 4. et 6. commemorare videtur, dictum eſt ad §. 7. Tum pro *furari quid* Prag. *funeri quid.*

mosque) Vindob. *mos;* Rehdig. *moxque.* Tum Vaticani et Lipſ. *cruore;* Cibin. *ex vulneribus.* Vindob. vocem *primum* omittit.

quisque) Lipſ. Cibin. Gud. Venet. *quisquis.* Poſt Vindob. *prope eos;* Gud. *habeatur;* Rehdig. *expertum.* Edd. 6. 7. 8. *expartem;* Cibin. Rehdiger. Prag. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *obprobria;* Gud. *obbrobria;* Vindob. *oprobria.*

vel maximum) Vadianus cum ſuis adiecit *eſt.* et hinc Muenſterus, Stephanus et aliae quaedam Olivarianae, Vinetus, Voſſius 40. 41. 42. Vadianum hic

etiam deseruit, 21. et post ed. 42. cum Reinoldio reliquae ad priscam lectionem redierunt. Ignorant etiam eam vocem A. Gronovii codices omnes aeque ac mei. Solus Paris. 2. habuisse videtur. Cum hic minime libri, certe omnes, de quibus constat, fluctuentur, melius abest. Post Venet. *Nec foedera* et Lips. *inter cruenta;* Gud. *cruenta.*

qui) Edd. 30. 32. 37. *quia;* post pro *exemtum,* uti rectius scribunt codices aliqui, Henischius dedit (in ed. 54.) *exceptumque.*

ubi permiscuere) Legendum, *ubi vino permiscuere.* Sallustius [de B. Catil. c. 18. s. 22.] ait Catilinam *humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse.* CIACCONIVS. *Ubi vino permiscuere* ex Herodoti Melpomene [4, 70.] leg. coniicio. SCHOTTVS. [qui idem repetit ad Geographica Herodoti.] Minuti quidam critici legunt hic, *ubi vino permiscuere.* Nempe, quia ita Herodotus; quasi vero non et multa alia illic habeat Herodotus, quae non habet Pomponius. Nihil hic mutandum. Scythae isti, de quibus hic agit auctor noster, mutuum sanguinem exemtum e vulneribus permiscebant, atque eum invicem sorbebant, cum societatem inirent. VOSSIVS. Quid exceperit ex Herodoto, quid reiecerit Mela, cum non nisi ex libris diiudicare liceat, melius omittitur, ne invitus excrescere auctor cogatur.

mansurae fidei) Cibin. *fidei mansure;* Paris. 1. *pignus mansurum.* Post Cibin. *quod.* Deinceps omittit cum Rehdiger. et codice in edd. 27. 29. memorato *referre.* Pro *laetissima* Lips. Vatic. 3. Prag. Havn. *certissima;* Venet. *et qui plurimos;* Prag. Vatic. 5. *ut plurimos.* Ed. 9. pro *retulere* adponit *retinere.*

perpotant. Is inter —) Locus varie agitatus et disiectus, ſic ut Salmaſius ad Solin. c. 15. ſ. 20. p. m. 136. pronuntiarit: De recta huius loci tum expoſitione, tum lectione aetas eſt, quum disputant docti. Potiora ſunt ex libris haec: Vatic. Lipſ. Bonon. Prag. Vindob. Auguſtinor. *perpotatis;* Gud. Rehdiger. *perpotantis;* Cibin. Pariſ. 1. *perpotantes.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *perpotatis;* Voſſius et reliqui *perpotant. Is.* Proxima ſic habent: In ed. 23. notatum erat, MS. *interloquentis;* Vatic. 1. 2. *inter locant. is;* Lipſ. *interlocatis;* Auguſtinor. Vindob. Gud. Pariſ. 1. *interlocantis;* Venet. Bonon. *interloquentis;* Prag *interloquentes;* Cibin. et quidam Voſſiani *inter iocantes;* Pariſ. 2. *perpotant. Is inter loquentes;* ex Pariſ. 3. nihil erat adnotatum, ſic ut conſenſiſſe cum Voſſiana editione videatur, de quo tamen valde dubito. Edd. haec: 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *interlocantis honos;* 6. 7. 8. 12. 13. 14. 19. cum Vineto *interlocantur honos;* 10. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *interlocantur, is honos;* 15. 17. 20. 23. *inter loquentes honos;* 27. 29. *interiocantur is honos;* Voſſius *Is inter Auchetas honos;* Gronovii cum ceteris *Is inter iocantes honos.* Poſt τὸ *eſt* non agnoſcit Cibin. quod paullo ante omnes ignorabant. Quid alii codices exhibuerint, ex ſubnexis notis adparebit. TZSCHVCKE. Scribendum fortaſſe *interlocantur*, non *interlocantis*, hoc eſt, interius vel medii honoris vel dignationis cauſa ponuntur, ut illud Ovidianum in Faſtis [5, 68.] *et medius iuvenum, non indignantibus ipſis, Ibat, et interior ſi comes unus erat.* Vt ſequatur: *Is*, inquit, *honos praecipuus eſt.* Syllaba enim *Is* cum verbo illo iuncta, conturbabat intellectum. Eſt autem Pomponiana multis locis acclamatio haec, ut in eo de Hyperboreis [2, 5, 2.] *Semet ipſi in pelagus ex certa rupe praecipiti dant; id eis funus eximium*

eſt. BARBARVS. Mariangelus pro *interlocantur* ſubſtituit *inter loquentis* aut *inter locantis.* Ego neutrum probo, ſed ſcribendum, ut reor, *binisque poculis, qui plurimos retulere perpotantes, interiungunt.* Eſt enim *interiungere* eandem rem interpoſito ſpatio repetere. PINTIANVS. Ante emendationem Hermolai legebatur *perpotatis interlocantis honos praecipuus eſt.* Herodotus lib. 4. [c. 62.] *Qui vero plures caedes fecere, ii duobus pariter, quos habent, calicibus potant.* Si coniecturis uti licet, hunc locum ſic legerem, ut cum Herodoto congruat, a quo haec omnia: *binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotant. Is honos* etc. Nam *interlocant* ex verbo praecedenti *perpotant* factum exiſtimo, cum librarii neſcirent, ut ſaepe uſu venit, eſſetne ſcriptum *perpotant,* an *ter locant*, aut, quod idem eſt, *perpotatis* aut *ter locatis.* Nam *eſt* adiunctum fuit ex ſuperiori clauſula. Alias *inter perpotantes, interlocantes honos.* CIACCONIVS. Libenter facio, ut vulgatam lectionem [*perpotatis interlocantur*] tuear, nec quid temere ſine libris immutem, coniecturam incertam rationi poſthabens. Nec enim aſſentior Accurſio Mariangelo, aut Freden. Pintiano, qui, quod locum non intelligerent, ſtatim, ut ſolet, aliam lectionem cuderunt. Ille pro *interlocantur inter loquentes* aut *inter iocantes;* libro diatribarum in Solinum: Hic *perpotantes interiungunt*, quae vox haud ſcio an in Linguae Latinae pomoeriis reperiatur; mihi ſane, fatendum enim quod res eſt, dure ferit aures, nimis forte delicatas. Equidem dum ſimile exemplum reperiam, ſic exponam, ut quemadmodum Duplicarii duplici ſtipendio merebant, ita hi inter bibones alternatis vicibus collocabantur, hauſtumque iterabant. Scytharum enim bibacitas (non dico *vinacitas* Hiſpano more) proverbio locum dedit. SCHOTTVS. [qui eandem emendationem repetiit ad Geographica Herodoti.] Locus inquinatiſſimus et qui mirifice viros doctos exercuit. Veterum codicum meliorum haec eſt ſcriptura: *inter locantes honos*

praecipuus est. Salmasius [c. l.] duas proponit coniecturas, quarum neutra placet. Sed et ipse priorem [*perpotatis, inter iocantes honos* —] repudiat, et alteram probat, quae talis est: *binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interiugatim honos praecipuus est.* Verum haec lectio neque Latina est, neque cohaeret, neque cum verbis Herodoti convenit. Vt multa omisit, ita quoque non pauca habet, quae frustra apud alterum quaeras. Si ad hoc adtendissent viri eruditi, longe facilius veram eruissent lectionem, quae haec est: *binisque poculis, qui plurimos retulere perpotant. Is inter Anchetas honor praecipuus est.* Recte vero Auchetas sive Auchatas coniungit Mela cum Androphagis et Gelonis. Namque hae gentes vicinae sibi invicem erant ad Hypanim, qui apud Auchetas oriebatur, teste Plinio [4, 26. s. 12.] et Solino. [c. 20. s. 14.] Coniungit quoque illos Herodotus. [4, 6.] Huius gentis meminit etiam Valerius Flaccus, [6, 132.] uti supra monuimus. VOSSIVS. Mela non videtur aliorum populorum mentionem fecisse, aut facere voluisse in describendis moribus, quam quorum meminit in ipsa Geographia et notitia regionis. Quod quum certissimum sit et manifestissimum, tum miror, viros eximios id agnoscere pigrari et contra tendere. Quis enim non Vossianos *Auchetas*, ne quid aliud, certe speciosiores, quam veriores existimet? Nuspiam eorum meminit Mela, nuspiam eis sedem aliquam attribuit; et id credo intererat ad perfectionem scripti huius Pomponiani, ut sciremus, quis inter eos praecipuus honos esset. Immo sunt alieni a Mela, alieni ab antiquis libris, non tantum melioribus, sed omnibus, in quibus legitur vel *interlocantes* vel *interlocantis*, ut ipse etiam vidi, et habet quoque Mediolanensis, sed tertiae syllabae superscripto *io.* Quis non censebit hanc scripturam nos ducere non ad *inter Auchetas*, sed *inter iocantes*, quod ut simplicissimum et ultro emicans reducere non fui veritus. I. GRONOVIVS. In Vaticanis duobus, quos olim

contuli, legitur *interlocantis* vel *interloquentes*, quomodo etiam in aliis nonnullis. In recentioribus quibusdam *inter iocantes*, quam lectionem quidem proponit Salmasius, sed mox reiicit, et merito, cum non consentiat cum iis, quae scribit Herodotus, [c. 1.] et in lite tam seria intempestivi sunt ioci. Istam tamen iocosam et ridiculam lectionem tamquam gemmulam aliquam exosculatur infelicis ingenii iuvenis. Dein Melam *nullam aliorum populorum mentionem fecisse aut facere voluisse in describendis moribus, quam quorum meminit in ipsa Geographia et notitia regionis.* Haec licet valde sint intricata, puto tamen hoc dicere voluisse, Melam non describere mores populorum, nisi quorum bis meminerit. Hoc autem quam verum sit, cum passim alibi, tum ex hoc ipso satis colligi possit capite. Pergit: *Nullibi Auchetarum meminit Mela, nullibi eis sedem aliquam tribuit.* Imo sedem iis tribuit inter Scythas interius habitantes, qui praecessere; quia vero alibi non meminit, ideo hic fuerunt reducendi, et quidem loco commodo et convenienti ipsorum nomini, cum αὐχηταὶ a Graecis iactabundi vocentur, quales sunt isti Scythae, quos hic describit Mela. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Atque etiamnum sedet haec sententia, etiamsi Vossius mihi obducat Salmasium, cuius satagentis denique inventum *interiugatim* numerum obtinet Vossiani *transiugare*, et utrumque illuc mittendum, ubi nunquam fuerunt Latina. Si Vossium audias, in perpotando iis seria agi debent, et intempestivi illic sunt ioci. Ille quoque Vossius est, qui gemmulas amabat exosculari. Scilicet inter interius habitantes nominavit Mela *Auchetas*, et quia alibi non meminit, ideo hic fuerunt reducendi. Qua in regionis istius parte eos inveniemus? Nimium patent illi interius habitantes, quam ut soli ex Graeca lingua *Auchetae* istic vestigari queant. Etiam *locatus* et *iocatus* miscentur apud Festum in *Rigido.* Si voluisset *Auchetas* nominare, id fecisset in relatione fontium Hypanis, ubi

locantur ab aliis, ſicut Neuros nominat in ortu Tyrae, quos mox iterum ideo citat. Et hic idem ratiocinandi fons vetat etiam aurem dare eidem Holſtenio lib. 1. c. 19. legenti *Budini Gelonon urbem ligneam habitant*, licet ad confirmationem huius lectionis obtendat MS. quem contulerit. Primo enim nihil dicit novi, quum omne id iam prolatum ſit ab Pintiano. Sed Gelonos omnino ſtabilit ipſe Mela lib. 2. c. 1. ſcribens, Gelonos velare ſe cutibus hoſtium, de quibus certe id non ſcripſiſſet, niſi ante de poſitione eorum meminiſſet. Quin etiam an MS. ille, quem citat, clare habuerit *Gelonon*, dubitare licet, quum ſint MSSti, in quibus non *Gelonon* legitur, ſed *Gelonion*, ut in Chiſiano et Mediolanenſi, ex qua ſcriptura, ut videtur, ſcribae curioſioris et duplicem referre volentis, (ut ſaepe factum novimus, maxime in Nazariano Floro, in Livio Puteanaeo) tam illud, quam hoc exoritur. Sed et quod ad hos Axiacas attinet, noverat Holſtenius utique hos ipſos Polybii et aliorum Ἀπασιάκας a Mela recenſeri ſub vocabulo Paeſicarum lib. 3. c. 5. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori*. *Auchetas* validis armis repulit Gronovius, nec ultra conatum repetitum eos adiuvit Voſſius, planeque deſtituunt Codices. Tentavit hunc locum adbitis tamen libris etiam Cannegieterus de mutata Rom. nominum ratione cap. 6. p. 234. et piſce ſaniorem eum cenſet, modo verbis recte disiunctis ita conſtituatur: *Inter epulas — mentio; biniſque — perpotant. Is inter locantes.* — *Locantes* autem, quod et adferunt MSSti, explicat arbitros et moderatores convivii, quos teſte Nonio *Modimperatores* Varro vocavit, eos nempe, qui cuique locum in convivio adſignabant. Quae quidem lectio ex uſu cultorum populorum, Romanorum maxime, ſenſum ſuum repetit, et vix in Scythas incultos cadere videtur. Optimum videtur, adquieſcere in verbo *iocantes*, quod et habent libri, et antea probaverat Salmaſius c. l. quippe loco et ſenſui accommodatiſſimum. De mutatione eius magno numero exempla protulit Drakenb.

ad Liv. 36, 14, 4. Sic *iocus* et *locus*, de quo Pierius ad Virgil. Georg. 1, 182. Heinſ. ad Ovid. Faſtor. 1, 299. 396. Triſt. 1, 8, 34. Poſt pro *honos* Pariſ. 2. Vatic. *honor*.

Eſſedones) Rehdig. Prag. *Eſedones;* Lipſ. ut edd. 1. 2. 9. *Excdones.* Poſt *parentium* Vaticani et tres MSS. A. Gronovii, in quibus pono Gudian. Plerique ut edd. etiam ex recentioribus Reinoldianae ad 44. *parentum*, unde *parentium* prodiit. Vid. ſupra. Cod. Venet. poſt *ita hi.* TZSCHVCKE. Lego: *Pocula inimiciſſimorum capitibus expoliunt;* reliqua invectitia ſunt. Neque enim Eſſedones pocula ex parentum capitibus expoliunt, ſed ſimulacra faciunt, ut ex Herodoto [4, 26.] dictum eſt, et ſupra in Tauricae mentione. PINTIANVS. Delet haec Pintianus. Non recte. Equidem retineo auctoritate MS. codicis Pariſini, ut Eſſedonum mores cum Scytharum componantur. Ipſe etiam Mela ſup. paullo (ne longe exempla petantur) in rem praeſentem veniet, ubi de Eſſedonibus, parentum capitibus pocula fabricantibus. Et ſic fere Solinus [c. 20. ſ. 15.] bona fide exſcripſit: *Scytharum interius habitantium aſperior ritus eſt. Specus incolunt, pocula non ut Eſſedones, ſed de inimicorum capitibus moliuntur; amant proelia; interemtorum cruorem ex vulneribus ipſis bibunt; numero caedium honor creſcit, quarum expertem eſſe apud eos probrum eſt; hauſtu mutui ſanguinis foedus ſanciunt, non ſuo tantum more, ſed Medorum quoque uſurpata diſciplina. Bello denique, quod geſtum eſt Olympiade nona et quadrageſima, anno poſt Ilium captum ſexcenteſimo quarto inter Alyattem Lydum et Aſtyagem Mediae regem hoc pacto firmata ſunt iura pacis.* Haec ille. SCHOTTVS. Ex Solino recte etiam tuetur integritatem loci Salmaſius p. m. 155. et refutat Pintianum. Quod de poculis monet ex Herodoto Pintianus, ſupra iam expoſitum eſt.

§. 13. *Anthropophagos)* Vnus Vossii Codex, Vindob. ed. 9. *androphagos;* ex reliquis, vitiose tantum, Gud. Rehdiger. *antropophagos;* Lipſ. *antropofagos;* Pariſ. 2. *Antopophagos;* Pariſ. 3. *Andropophagos.* Poſt Vindobon. *aparantur*, Rehdiger. *hoſtium ſcultibus.* TZSCHVCKE. Cum haec ad verbum ex Herodoto [4, 106.] deſcripſit Mela, et *Anthropophagos* a Mela dictos ipſe Herodotus *Androphagos* vocet, quemadmodum et ipſe Mela lib. 3. c. 6. ſic hic etiam eſſet legendum. CIACCONIVS. *Apud Anthropophagos.* Ita libri veteres. In uno tantum codice reperi *Androphagos*, quod verum puto; et ſic hoc ipſo loco Herodotus. Sed alterum quia uſitatius, repoſuiſſe videntur librarii. VOSSIVS. Verum quidem eſt apud Herodotum (vid. 4, 18. 102. 106. 125.) ſemper dici *Androphagos;* neque tamen, quod Voſſius ſaepe contra alios monet, invitis Codicibus, certe plerisque iisdemque melioribus, ad idem verbum adigi poteſt. Tum, niſi traditam librarii hanc formam accepiſſent, et probaſſent, alteram aeque mutaſſent lib. 3. c. 7. in. Accedit, quod promiſcuus eſt utriusque uſus etiam in Graecis. Sic apud Palaephatum c. 4. Diomedis equi vocantur ἀνδροφάγοι, qui in indice capitis ſunt ἀνθρωποφάγοι, ut apud Apollodorum 2, 5, 8.

Melanchlaenis) Lipſ. *Melanclenis;* Cibin. *Melanchenis;* Pariſ. 3. *Melandenis;* Vatic. 3. Prag. *Melanolenis;* Pariſ. num. 6834. *Melano Laenis;* Gud. *Melanohlaenis;* Venet. *Melanoblenis;* Pariſ. 2. *Melanoblaemis;* Rehdiger. *merclanoblaenis;* Voſſius ex quibusdam exemplaribus (an MSS. neſcio) adfert *Melanopharis;* in ed. 25. cum Vaticanis conlata notatum inveni *Melanochlaenis* et pallidiori atramento adpoſitum *Melanopharis.* Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *Melanopharis;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Melanclaenis;* reliquae *Melanchlaenis*, Camerte duce. TZSCHVCKE. Librarii *Melanopharos* in *Melanchlaenos* reformarunt, neſcientes hos

populos recte quoque Μελανοφάρους posse nominari. In quibusdam exemplaribus diserte ita scribitur. Herodotus [4, 20. et alibi] tamen et alii Melanchlaenos vocant, excepto Ammiano Marcellino lib. 31. [c. 2. cf. 22, 8.] qui *Melanchitonas* eos appellasse videtur, non Melanchlaenos, ut vulgo; vetus quippe lectio est *Melanchinas*, nisi eum *Melanchimos* potius scripsisse existimemus. VOSSIVS. Mirum, quod primae editiones exhibent *Melanopharis*, cum nostri codices alterum, etsi vitiata forma, ut supra 1, 19, 14. adferant. Vossii enim exemplaria de iis editionibus intelligo. Neque tamen suo arbitrio egisse videntur. Tum vero alterutrum fuit ex glossa, ita tamen, ut, cum plerique Codices *Melanchlaenis* velint, id utique praeferri debeat. Accedit, quod ita eos vocat etiam Herodotus, ex cuius fontibus rivos suos ducit Mela. Lectionem in Ammiano a Vossio notatam ignorant aliorum Codices. Post Vindob. habet *vestis est*.

Neuris) Rehdiger. *Neurnis;* Vatican. 3. Prag. Venet. *statutum;* Paris. 3. *statim*, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 14. 16. 18. 22. et Vadianae aliquae. Reliquae *statum*. Lips. in margine rubro colore: *Non creditur; fabula est*. TZSCHVCKE. *Statum annis singulis* legendum videbatur ex Herodoto. [4, 105.] Sed quum Solinus [20. f. 15.] vere, *Neuri*, inquit, *statis temporibus in lupos transfigurantur, deinde acto spatio, quod huic sorti attributum est, in pristinam faciem revertuntur*, addere non ausim, sed id significare videtur *statum*. CIACCONIVS. Leg. coniicio *annis singulis* ex Herodoto. [c. l.] SCHOTTVS ad verba §. 11. *ut illa durant*, et ad *Geographica Herodoti*. Si Herodotum sequamur, legendum erit *singulis annis*. Nihil tamen hic mutandum esse existimo; nam, ut saepe diximus, non unum sequitur Herodotum. VOSSIVS. In Herodoti loco notato legitur ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ et ἡμέρας ὀλίγας, unde pro *aestatis temporibus* in Solino c. 20. f. 15.

Salmasius p. m. 152. emendat *ſtatis temporibus.* Mela vero, quod hic et alibi notatur, non ſolum alios ſequitur, ſed et dubia et arbitraria auctoritate Herodotum reddit. Ceterum contra pro *ſtatim* Cod. Lugdun. in Oroſio 6, 1. p. 570. Haverc. habet *ſtatutum.* De mutatione verborum *ſtatus* et *ſtatutus* exempla multa conlegit Drakenb. ad Liv. 39, 13, 8. et quos memoravit.

ſi velint) Prag. *ſe velint.* Poſt Cod. Ciaccon. *omnium Scytharum Deus* ex gloſſa.

ei pro —) Lipſ. Cibin. Gud. Rehdiger. Prag. Vindob. ut quaedam edd. veluti 1. 9. 21. 55. Reinoldianae *et*; pro *ſimulacris* quaedam ex veteribus, etiam Vinetus, *ſimulachris* more priſco, at pravo, quia ex ſupinis in *tum* formatur *crum*, ut *ſulcrum*, *lavacrum* et ſimilia. *Ei* magis facit ad conciſam Melae brevitatem, in primis cum *et* proxime ſubſequatur.

cinctoria) Voſſiani Codd. *cinctoria* et *tinctoria.* Lipſ. Ciaccon. Gud. Zaluſc. Auguſtinor. Vindob. Rehdiger. Pariſ. 1. 3. *tentoria;* Venet. Vatic. 3. Havn. Prag. *cinctoria;* Vatic. 1. Cibin. *tinctoria.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae *tentoria* ad Voſſium, qui repoſuit *cinctoria* cum ceteris praeter Reinoldium, qui retinuit *tentoria.* TZSCHVCKE. *Cinctoria)* Plin. 7, 7. [ſ. 5.] *Tu, cuius ſemper cinctoria eſt mens.* CIACCONIVS. *Cinctoria* habent multi libri veteres, et ita omnino reſcribendum fuit, ut obſervatum iam Salmaſio [ad Solin. c. 20. ſ. 15. p. m. 152 ſq.] et ante illum Ciacconio. In aliis *tinctoria,* quod licet in quibusdam exſtet gloſſariis, ineptum tamen erit vocabulum, ſi pro acinace accipiatur. Rectius aliae gloſſae *tinctoria,* *βάμματα* interpretantur; *cinctorium* vero *παραζώνιον.* Apud Plinium lib. 7. c. 7. ita lege ex omnibus libris veteribus: *Tu, cuius ſemper cinctoria eſt mens. Mens cinctoria* idem, quod apud Terentium

[Phorm. 5, 7, 71.] *gladiatorius animus.* Quae vero *cinctoria* vocat Mela, ea ἀκίνακας vocat Herodotus. [4, 62.] Ammianus Marcellinus libro 31. [c. 2. f.] gladium simpliciter nominat. *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum, quas circumcircant, praesulem verecundius colunt.* Sic lege ex Codice Vaticano. Porro non tantum arma, quibus accingimur, verum etiam pars illa corporis, qua cingimur, Marti olim dedicabatur. Nempe ut caput Iovi, pectus Neptuno, aliis vero Diis aliae corporis partes fuere consecratae, sic Marti ζώνη, pars illa, qua cingimur. Noti sunt versus illi Homerici de Agamemnone [Il. 2, 478.] Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ, Ἄρεϊ τε ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. VOSSIVS. Salmasius ad Solin. c. l. ubi de huius loci lectione pluribus disseruit, inter *tinctoria* et *cinctoria* fluctuatur, tandemque hoc praefert. Nempe *c* et *t* saepe commutari constat, quod in hoc ipso verbo evenisse apud Isidorum in glossis ordo elementaris evincit. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 14, 6. et quos laudat, et Wernsdorf. in excursu 7. ad Tom. 3. Poet. Lat. minor. p. 514. Sic 2, 6, 9. *cingente* et *tingente.* Sic 1, 17, 3. in libris *Ceos* pro *Teos.* Ex aliis auctoribus, qui hunc morem adtigerunt, nihil ad veram lectionem efficias. Nempe Herodotus 4, 62. tantum habet ἀκινάκην σιδήρεον, qui sit Martis simulacrum. Et sic Solin. c. 20. f. 15. tantum *enses* commemorat. Confirmant idem et alii apud Lindenbrogium ad Ammianum c. l. quibus addi potest Lucianus in Iove Tragoedo cap. 42. ubi narrat, ἀκινάκῃ sacrificasse, omninoque acinacem coluisse tamquam Deum, quem et iurasse adparet ex eiusdem Toxari cap. 39. Vid. quos ibi adlegat Reitzius. Aliunde igitur Mela eam vocem addidisse vel ex suo depromsisse videtur. Iam vero si delectum instituas, *tinctoria* remotum est et sensu insolito huc referatur; *tentoria* non tam arte cum ensibus cohaerent, et tum potius arma vel castra dixisset; restat *cinctoria,* quod verbum ad enses proxime

pertinet, ac facile transire potuit in notius *tentoria.* Conf. quae de h. v. disferit du Fresne in Gloffar. Latin. fub h. v. Tum *cinctoria* de bellicis etiam veftimentis et tegumentis dici et intelligi poffunt. Poft pro *feriunt* Parif. 1. Cibin. Rehdiger. ed. 1. *ferunt;* ed. 29. *fuerunt.*

§. 14. *Terrae late)* Parif. 2. Prag. *terrae latent.* Poft Vatic. 3. Prag. Havn. *ob cedentia;* Lipf. *ob exedentia;* Rehdiger. omittit *fuas,* et deinceps adfert *nusquam vero ad.*

usque adeo) Prag. *usquam fteriles;* particula *adeo* abeft a Gud. Voff. 2. 4. Perizon. A. Gronov. Vatican. 3. Prag. Rehdiger. At Voff. 1. Cibin. *usque eo fteriles;* Lipf. *usque eo ita fteriles.* Eadem vero forma, utitur nofter in duobus locis, quae A. Gronovius notavit. Lib. 1. c. 16. *genus usque eo quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercedibus agerent;* lib. 2. c. 5. §. 6. *usque eo folitus infurgere, ut fe ipfe non capiat.* Eodem modo variatur apud Veget. 1, 20. ubi pro *usque eo* recentiores codices *usque adeo* habent, quod et notatur a Cortio ad Salluft. Catil. c. 49. f. Vid. et Oudendorp. ad Hirtii B. Afr. cap. 56. in. ubi alia exempla huius formae *usque eo, ut* — reperiuntur. *Vsque adeo* ita ex ufu linguae poni videtur, ut diverfarum rerum tempus denotet; *usque eo* earum confecutionem. Ita vero praeferendum fit ex MSS. optimis *usque eo, ut* — Particulam *ut* omifit Vindob.

ut qui habitant) Si Herodotum [4, 61.] fequitur, fcripfit, *ut qui facrificant.* Eruditus lector arbitrabitur. SCHOTTVS *ad Geographica Herodoti* p. 349. in ed. A. Gronovii 1748. Herodotus tantum hoc narrat, offibus victimarum ignem ab iis ali, pro quo Mela omnino *offa* dixit. Vulgata omnium librorum lectio nexui etiam eft accommodatiffima, altera remotiffima.

CAP. II.

Codices et pleraeque editiones, vetuſtae in primis, continua ſerie hoc caput ſuperiori adnectunt. Ed. 5. paragraphi ſignum adponit; 10. in margine habet *Thracia*, quam vocem poſt Camers, Vadianus, Olivarius cum ſuis, Schottus aliique praeponunt vel cum vel ſine adiecto capitis numero; 11. *de Thracia* c. 2. inſcribit. Vinetus hinc cap. 9. exorditur.

§. 1. *Thracia)* Cibin. Vindobon. *tracia;* Rehdiger. *tracya*, librariorum more. Tum Gud. *ea quae;* Cibin. *eſt que a P.* Pro *fronte* Prag. *fonte*, uti Cibin. infra, et alibi alii codices; *penitus* abeſt in Vindob. et Cibin. ſcribit *inmiſſa.* Pro *Illyricos* Rehdiger. *hylliricos;* Prag. *yliricos* et, ut ſit, libri etiam aliqui *illiricos.* At Cibin. dat *Illyrios*, recte, quod et ex eo recepi; poſtea ita iam Vinetum dediſſe intellexi. Nempe *Illyrii*, qui pro ipſa regione, ut alibi dicuntur, proprie et antiquo more ſunt populi, Graecis Ἰλλύριοι, cum *Illyrici* poſſint eſſe Romani vel alii, qui in Illyrico agunt. Sic *Illyrius* exercitus et *Illyricus* vere discrepant, de quo monuit Oudendorpius ad Sueton. Aug. c. 19. praeter alios. De ipſa utriusque vocis crebra commutatione disſeruerunt Heinſius ad Claudian. in Eutrop. 2, 216. p. 126. Drakenborch. ad Livii epit. 20. in. Oudendorp. c. l. et ad Frontin. 2, 5, 11. et quos producunt. Hinc *Illyriis terris* malunt in Propertio 2, 13. in. pro *Illyricis*, etſi paſſim viri docti alteram formam intactam dimiſerunt. Sic vero 2, 5, 12. *Illyrios* notat Ciacconius pro *Illyricos.* Cf. ad 2, 3. extr.

qua latera —) Vindob. Gud. Rehdiger. *que latera*, et ſic edd. 1. 9. *quae latera.* Tum Vindob. Gud. Vatic. *hiſtro;* Rehdig. *hyſtro;* Vinetus *Hiſtro.* De adſpiratione ſupra dictum ad 2, 1, 8. Poſt Vindob. *con-*

tingit, quae variatio in hac forma passim notata est, et alibi infra obiicitur.

mari) Cibin. *mare;* Vindob. Rehdiger. *proprior.* Vid. ad 2, 7, 18. et 5, 6, 1. et passim alibi.

eorumque) Τὸ *que* omittit ed. 13. Pro *feruntur* Vindob. Gud. Rehdiger. et edd. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *feruntur.* Huc spectare videtur Ciacconii nota: alias *feruntur.* Inde edd. 17. 20. *malignae.* Post Vindob. *raro usque ad;* Rehdig. *tollerat;* Vindob. *quidem eius;* Prag. *vitemque.* Ad verbum *frequentius* manus docta in exemplari edit. Paris. 1539. 8. quo usus sum, adscripserat: ἴσ. *infrequentius.* Non male, quia sic fit progressio et subiecta rem augent. Attamen bene habet lectio vulgata omnium librorum, si aliorum testimonia audimus. Sic Eustathius ad Il. 9, 72. Thraciam πολύοινον vocat, et ad Il. 23, 230. p. 1409. in. Basil. eius εὐφορίαν κατ' οἶνον praedicat. Athenaeo 1, 24. p. m. 31. etiam est ἡδύοινος. Vid. Schraderus in observ. 1, 1. et 4. Nota sunt, quae Homerus Il. 9, 72. narrat, etsi Koeppen. ad Homer. T. 3. p. 12. malit de Lemno intelligere ex Il. 7, 467. et Eustathius de locis Thraciae obiectis. Hinc Bacchi sacra ibi celebrata, Thracum vinolentia commemoratur, de qua vid. Staveren. ad Nepot. 7, 11, 4. et Harduin. ad Plin. 14, 28. s. 22. Plura Vol. 2.

obiectu) Cibin. *obiecta;* Prag. ridicule *fraudium;* idem post *circuere;* Cibin. Gud. Rehdiger. Vindobon. et edd. 1. 13. *arguere;* 2. *arquere.*

alit, non ad —) Rehdiger. *alit non aspera tamen;* post idem *asper indecens;* Vindob. *et indecens.* Pro *asper* cod. Ciaccon. *dispar,* et pro *sint* Cibin. Rehdiger. edd. 1. 2. 9. *sunt.*

§. 2. *Paucos amnes)* Venet. *Paucos habet amnes;* Vatic. Gud. *amnis.* Pro *evadunt* Venet. cum edd. 15. 17. 20. 23. *evadant.* Recepta aliorum lectio brevitati Melae eſt accommodatior.

Hebrum — Strymona) Variatur in ſcriptura nominum, tum in particulae *et* uſu. Cibin. *Hebron et veſton;* Venet. Prag. *Hebron et Neſion;* Gud. *et neſcon;* Vindob. *et neſiron timena;* Cibin. Gud. Rehdiger. *Strimona;* Pariſ. 2. *Stimona.* Edd. 21. 28. *Haebrum;* 1. 2. 3. 4. 9. 21. 22. Vadianae poſteriores (nam prima *Strymona*) et forte aliae *Strimona.* Tò *et* ante *Neſion* omittunt edd. 16. 18. 21. 22. 24. 25. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, (et cum eo, puto, Pariſienſes) I. Gronov. in ed. 40. addunt antiquiores aliae, quae tamen viciſſim ignorant ante *Strymona,* uti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 23. cum Cibin. Gud. Lipſ. Alii habent, habent etiam ex edd. geminatum 13. 19. et inde ab ed. 41. praeeunte I. Gronovio reliquae. TZSCHVCKE. Nolui negligere copulativam, quae exſtat in MSS. I. GRONOVIVS. Non abhorret haec repetitio, de qua ad 1, 19. in. a Melae conſuetudine.

Haemon) Cibin. *hemora;* Gud. Rehdig. Vindob. *hemona;* Lipſ. *Emona;* Prag. *Hemon Rhodopen* omiſſo *et;* Vatic. 3. longius aberrans *Hebrum Rhodopen.* Edd. 1. *Emona;* 2. 9. 11. *hemona;* 3. 4. 5. *haemona;* aliae monente Hermolao Barbaro *Haemon.* Poſt Cibin. Vindobon. *rodopem;* ed. Saling. 1538. *Rhodopan* ex vitio; Prag. *horbelon.* Primum nomen, quod et *Emus* ſcribit Boccatius de montibus h. v. ex codicibus cum adſpiratione melius efferri volunt viri docti. Vid. Waſſ. et Gottleber. ad Thucyd. 2, 96. Oudendorp. ad Lucan. 5, 192. Verheyk ad Eutrop. 6, 10. ſ. 8. in. et quos commemorat. Errat tamen, quod Berkelium ad Stephan.

p. 64. leni ſpiritu in Graecis praeferre ſcribit, immo contra ex cauſa nominis a Gr. voce αἷμα, quam iactat Apollodor. 1, 6, 3. Valet huc Theocriti idyll. 7, 76. locus a Cellario in Orthogr. Lat. p. m. 244. et in Geogr. ant. 2, 15, 3. excitatus, ubi legitur μακρὸν ὑφ' Αἷμον, non ὑπ' Αἷμον.

coetu) Voſſ. optimus, uti monet A. Gronov. ad 2, 1, 9. et Cibin. *coitu;* cf. ad c. l.

ex quis) I. Gronov. ex ſuo et Mediolan. A. Gronov. ex plerisque notant *e quis;* addo ex meis Lipſ. Gud. Prag. Vindob. et edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. et interiecto quidem ſpatio iterum praeeunte Reinoldio 43. 44. etiam Norimbergenſis. Kappius bis *ex quis;* Cibin. *et quis*, quod utroque trahi poteſt. Edd. 15. 17. 20. 23. *e queis;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. Vadianae, pleraeque Olivarianae, etiam Vinetus et Schottus *e quibus;* 33. 39. 40. 41. 42. *ex quibus.* TZSCHVCKE. Cum hoc modo [*e quis*] toties alibi malit loqui Pomponius, cur id nunc negligitur? Vtique cap. 3. huius libri *queis ut fibris inciſa.* Supra praeced. cap. *quis ſinguli* et ſaepius. I. GRONOVIVS. Cum tot libri veteres malint *e quis*, retinendum cenſui. De forma *quis* vid. ad 2, 1, 2. et Corte ad Salluſt. Iug. 80, 5.

Haemos) Ita potiores Codd. tantum aliqui, ut Rehdiger. ex more *hemos;* Venet. *hermios.* Edd. maluerunt *Haemus* ad Reinoldium usque, qui ſequente A. Gronov. ad edit. 44. aliisque repoſuit *Haemos.* Praeſtat etiam ideo haec forma, uti iam monuit A. Gronovius, quod ea paullo antea uſus eſt.

ex ſummo vertice) Vatic. 3. *ſummo vertice* ſine *ex;* Prag. *e vertice;* Gud. omiſit *vertice.* Ante Gud. Prag. ut alibi *Euſinum;* Cib. *hadrian;* Vatic. *Hadriam;*

Vindob. *andriam.* Edd. 1. 9. 11. 13. *Hadriam.* Praepofui adfpirationem, de qua ad 1, 3, 3.

§. 3. *praediti et)* Gud. *praedicti.* Tò *et* abeft in edd. 16. 18. 22. Vadianis, etiam 30. 32. 37. Saling. 1538. Habent cum aliis et MSS. 21. 28. concinniori notatione. Ante Vindobon. *habitat,* et *aliisque tantum.* Poft Vatic. Lipf. Gud. Rehdiger. Cibin. (*patiffimi*) *paratiffimi ad mortem;* Prag. *montem.*

Getae utique) Cibin. *Ghetae* facta diftinctione maxima; Rehdiger. *Gethe* — TZSCHVCKE. Haec verba haud dubie vacant. Vide Solinum de Thracia cap. 16. f. 10. CIACCONIVS. Nempe Solinus hoc Thracibus omnino tribuit, adiicit tamen averfa Haemi parte habitaffe Moefos, Getas, Sarmatas, Scythas, quae ferme ducta funt ex Plinio 4, 18. f. 11. Monuit etiam Olivarius, ab omnibus Getas ultra Danubium pofitos fuiffe a Romanis Dacos dictos. Plinius 4, 25. f. 12. Sed et illos quondam Rhodopen incoluiffe narrat Dio Caffius lib. 51. c. 22. ita, ut Dacos, five Getae ii fint, five Thraces, ab iis Thracibus derivet, qui in illo monte olim confederant. Thracum etiam ἀνδρειοτάτους et δικαιοτάτους dicit Herodotus 4, 93. Cf. Strabo 7. p. m. 210. f. 305. et alia Vol. 2. Praeterea omnes Codices ifta habent verba, nec ab oratione Melae recedunt.

perficit) Parif. 2. *efficit;* Cibin. *proficit opinione.* Mox Venet. Lipf. Prag. *alii putant rediturus;* Prag. *adeuntium;* Gud. *abeuntium;* Voff. 1. *redeunt,* quod notante A. Gronovio probaverat Oudendorpius; equidem in hoc nexu probare non poffum.

alii, etfi — transire) Cibin. *alii cesi non redeunt, non extingui tamen, ad beatiora tr.* In Vatic. 3. Parif. 1. 2. 3. Gud. Rehdiger. Prag. verba *non exftingui tamen* defiderantur.

alii emori) Lipſ. *alii mori*; poſt Vindob. *melius eſt*; Rehdiger. omittit *eſſe*.

lugentur) Prag. *lugent*; Havn. *vigent*; Vindob. neglexit *puerperia*, et Prag. pro *natique* dedit *namque*. Idem poſt cum Vatic. 3. *luxuque* pro *luſuque*, de qua commutatione ad 1, 19, 10. dictum. A voce *funera* c. 11. ducitur in ed. Vineti.

§. 4. *Ne feminis —)* Vindobon. *Non feminis*. Poſt Cibin. Vatic. Lipſ. Gud. Rehdiger. Prag. *animus eſt*. Sed numeroſiorem ſonum adfert vulgata lectio.

votum eximium) Sed Noſter 3, 5. *Id eis funus eximium eſt*. Forte igitur *funus* aut *fatum* legendum. CIACCONIVS. Sed ſic tollit gratam orationis varietatem et incrementum. Spectant etiam huc ſequentia et adiuvant. Poſt pro *quia* ed. 2. poſuit *quare*, et τὸ *ſunt* omiſit Vindobon.

iudicaturos) Cibin. *iudices*; uti et notatum a Voſſio ex libris quibusdam et in varr. ed. 27. Sed haec potius eſt explicatio vocis alterius. Dedit tamen Vinetus.

Moribus datur) Forte leg. *amoribus*. CIACCONIVS. Suſpectum mihi ſemper de mendo, et ex ora in ſeriem irrepſiſſe, vel ex ſequentibus nata non ſuum tenere locum credidi. An ad *decus* pertinet? Ne Suada quidem perſuaſerit; niſi forte *a maioribus datur* ſcribit Mela. Polyhiſtor. autem c. 16. [ſ. 10.] de Thracum moribus: *Virgines*, inquit, *non moribus nubunt, ſed praemiis*. Hinc forte natum gloſſema, ſed a coniectura tantum mea, non ἀπόδειξις. Mox enim de moribus: *Vtrum ſiat ex ſpecie et moribus cauſa eſt*. Melae ſenſum Solinus [cap. 16. ſ. 10.] calluit, et hariolandi ars valet; quovis

pignore depoſito leg. contenderim: *Vt antiſtat ſpecie et moribus, cara eſt.* Quod ſi non impetro, aliunde huc irrepſiſſe efficiam. SCHOTTVS. *Moribus datur* rectum eſt et probum. Iudices decus iſtud, ut mulieres una cum viris ſuis ſepeliantur, tribuunt non formae vel gratiae, verum moribus, nempe prout quaeque erga maritum ſe geſſerit et morata fuerit. VOSSIVS. Recte, etſi Burmannus poſtea ad Servii verba ad Virgil. Aen. 5, 95. *Fuit haec maiorum conſuetudo* Schotti emendationem adſtrui poſſe putavit. Senſus hic eſt: Secundum mores a iudicibus ſententia fertur. Mores autem de bonis moribus et honeſtis ſaepe ponuntur. Vid. Gronov. obſervatt. 1, 23. p. 192. Burmann. ad Ovid. Triſt. 5, 6, 45. maximeque in feminis laudantur. Vid. Gronov. 1, 16. p. 153. c. l. Si, quod videtur, Herodotum et hic expreſſit, ita ille 5, 5. ἥτις αὐτέων ἐφιλέετο μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Solinus c. l. *quae feminae tenaces ſunt pudicitiae;* et ſic poſtea *caſtitas* notatur. Cf. de eodem more Cicero Tuſc. Qu. 5, 27. Valer. Max. 2, 6, 14. Ita vero etiam conciſe 1, 12, 4. *ſitus efficit.* Infra *probae* vocantur a Mela. Non igitur erat, cur haec verba ſuſpecta haberet Schottus, qui etiam minutioribus literis diſtinxit in editione. Nec magis bene ſequentia emendavit. Vtriusque loci vulgatam lectionem ex uſu aliorum Melaeque brevitate contra Schottum adſeruit Gronov. in obſervatt. 1, 16. p. m. 133 ſq.

in hoc contenditur) Tὸ *in* excidit in ed. 21. Ciacconius coniicit legend. *hoc conceditur.* Languide, ſi connexa perpendas. Cum hic Mela aperte paullo copioſius iſtam disceptationem perſequatur, reddidit vocem praecedentem *certamine.* Offendit forte *in*, cum alias, ubi contentionis cauſa indicatur, addi ſoleat *de.* Sed ſi nolis eodem ſenſu hic dictum, poſſis *hoc* in accuſativo intelligere, et explicare *propter hoc, hoc conſilio,* quam vim paſſim habet particula *in*, de qua Dukerus ad

Flor. 4, 7, 13. Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 17. Sic Graeci εἰς τοῦτο. Servius ad Virgil. Aen. 5, 53. ubi hunc morem adtigit, folito ufu dixit: *Inter quas de hoc erat magna contentio.*

Maerent aliae) Cibin. Rehdiger. Vindob. ed. 2. *merent.* Tum pro *aliae* Cibin. Lipf. Parif. 1. 2. 3. Gud. Rehdiger. Prag. puto etiam ex filentio Vaticani Venet. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *alii*; Vadianus nexu fenfuque poftulante pofuit *aliae*, nempe coniuges, quia fingulis plures funt. Idem poft monendum, ubi iidem libri dant *eos* pro *eas*, qui error ex hoc fonte fluxit. Pro *efferunt* Parif. 2. *afferunt*; Vindob. *defferunt.* Vatic. 3. Prag. et Parif. 2. ante dictitant omittunt *ut*; in ed. 10. *dictant*; Vindobon. *facto* pro *fato*; Rehdiger. *pafcifci*; pro *pugnae* ed. 25. *pugna*, uti ed. an. 1552.

manent dominas) Duplex hic in utroque verbo fertur variatio. Octo MSS. A. Gronovii, Vatic. Parif. 1. 3. Cibin. Lipf. Gud. Prag. Rehdig. Vindob. Venet. Havn. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *manentque* ad Voffium, qui adpenfum *que* primus eiecit; nam Schottus alia omnia fubftituit, de quo poft. Tantum Prag. *manemque.* Poft Vatic. Lipf. Rehdiger. Gud. Prag. Vindob. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. *dominos*; (17. 20. divife *domi nos.*) Parif. 1. 2. 3. Vadianus cum fuis 21. 23. 24. 25. reliquae *dominas*; Voff. 1. *manentque domu proci*; Cibin. *manentque domus proci*; Schottus dedit *moerendo minus profici*; denique pro *proci* Parif. 2. Prag. *parci.* TZSCHVCKE. Dixi in Scholiis in Aegypto provincia [ad 1, 9, 9.] legendum hic effe *moerendo minus profici.* PINTIANVS. Hunc locum, qui nullum habebat fenfum, nos coniectura

tantum reſtituimus; ego neſcio quomodo haec verba quadrant cum praeteritis, niſi dicamus depravatam fuiſſe ſcripturam. Nam lectio habebat: *Moerendoque minus proficere.* Depravatio hoc modo facta eſt: *Manent* pro *moerendo*, *minas* pro *minus*, *proci* pro *proficere.* Disſolverant enim moerendo in partes, *moeren* et *do*; et hoc modo locus erit integer, et ſententia erit aperta. Ita enim exponetur locus: *Dictitant eas moerendo minus proficere.* Si cui forte non arriſerit mea opinio, afferat meliorem, et habebimus illi gratiam. OLIVARIVS. *Manentque dominas proci.* Sic vulgo legebatur. Doctiſſ. Pintianus veſtigia veteris ſcripturae ſagaciter odoratus veram lectionem eruit et tamquam exſculpſit: *moerendo minus profici*, ut ad c. 9. lib. 1. ingenue teſtatur, homo integerrimus, cuique tuto fides haberi vel iniurato poſſit. Olivarius tamen Valent. hanc ſibi lectionem vindicavit: *moerendo minus proficere.* SCHOTTVS. Frigida eſt coniectura Pintiani. Alii tamen ſibi attribuere emendatiunculam hanc tamquam bellam conati ſunt. Sed ſane non illi in Pintianum fuere iniurii. Vti paulo ſupra copula illa finalis redundat, ubi legiter *paratique* pro *parati*, ſic et hic eadem eſt abiicienda, et legendum: *manent dominas proci.* Sic quoque nonnulli Codices. VOSSIVS. *Manentque* merito ſuſpectum habet Oudendorpius, qui non ſine acumine legendum exiſtimabat: *manent quoque domi eas proci*; eamque Clar. Viri coniecturam firmat ſcriptura Voſſ. 1. *manentque domu proci.* I. GRONOVIVS. Cum *dominos* quorundam librorum facile coarguatur, tum difficile videtur, reliqua conſtituere, in quibus caecum vitium latere puto. Neſcio enim quid oratio hiulci et incompoſiti habet. Sed ſine clarioribus codicum veſtigiis nihil tentari aut profici poteſt.

Nupturae) Eiecit Voſſius, quem ſecutae ſunt edd. 40. 41. 42. Agnoſcunt tamen illud verbum omnes MSS. et edd. vetuſtae. Tantum Vatic. 5. et Prag. *viris*

nuptui traduntur, quod etiam ex optimo Codice notavit Vossius. TZSCHVCKE. In optimo codice legitur *nuptui traduntur.* Sane alterutrum irrepsit vel, quod magis existimo, utrumque. Procul dubio ita scripserat Mela, uti edendum curavimus. VOSSIVS. Non video, cur ad glossas hoc verbum ablegetur, cum ad novam narrationis partem Mela progrediatur, ni plura, quae intelligi ex nexu possunt, velis eiicere. Post in Vatic. 5. *ducendae* abesse notatum inveni.

vaeneunt) Vindob. Prag. *veniunt.* Edd. 6. 7. 8. *venerunt*; reliquae, uti alii codices, aut *veneunt,* aut, in quibus recentiores edd. *vaeneunt.* Sed melius per simplex *e* in antepenultima scribi monuit Gesnerus in thes. L. L. sub. h. v. docuitque ex lapidibus Cellarius in Orthogr. Lat. p. m. 379. Attamen sic et vulgo *venalis* et cognata scribunt.

ex specie) Cibin. *hoc ex specie*; Prag. *probe formosique*; idem *que habeant*; Cibin. Gud. edd. 9. 11. *queruntur.* De emendatione loci a Schotto proposita dictum est supra. *Queruntur* libri quidam noto errore.

Vini) Vatic. 1. *viri*; Vindobon. *ignotum est.* Ed. 15. *circumcident.* Ceterum a voce *Vini* caput 12. incipit Vinetus.

simul ebrietati) Leid. Voss. 5. Prag. Vindob. Gud. et ex silentio Vaticani, Venet. Havn. *similis ebrietati,* uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae ad Vossium *similis.* Ille ex codice optimo, quem dicit, posuit *simul,* et sic ex meis Lips. Cibin. Rehdiger. et ex silentio Paris. 1. 2. 3. Vossium secuti sunt ceteri. TZSCHVCKE. Alioqui legendum *simul ebrietate* i. e. *simul cum ebrietate.* Vide avum ad Senecae Troadas v. 1046. et Viros doctos ad Nemesiani Cyneget. v. 158. Supra

lib. 1. c. 18. pro *incendio ſimilis* Voſſ. 1. exhibet *incendio ſimul.* A. GRONOVIVS. *Simul* etiam ſupra c. I. adfert Cibin. quas voces et alibi commiſceri adparebit ex iis, quae notavit Drakenb. ad Liv. 6, 25, 10. 10, 28. in. Ita *ſimul* pro *ſimilis* Cod. Leidenſ. ap. Iuſtin. 4, 1, 16. notante Boxhornio, *ſimiliter* pro *ſimul* MS. Boecleri apud Nepotem 16, 5, 1. Si *ſimul* legeris cum Voſſio, quod iam recte A. Gronovius monuit, *ebrietate* ſubſtituendum erit, ex linguae uſu, qui ablativum poſtulat, uti docent exempla ablativi manifeſta, et adiecta paſſim particula *cum*, quae in priori forma ſubpleri debet. Plura praeter commemoratos dabit Burmann. ad Valer. Flacc. 4, 88. et quos produxit; item Drakenborch. ad Liv. 1, 31, 3. 8, 31, 7. Quae notavit Burmann. ad Ovid. Faſt. 1, 567. et Amor. 1, 4. in. dativum potius ſpectant, quem et a Latinis addi voluit ex Graeca ratione in ἅμα, ὁμοῦ; adde ὁμῶς; ſed iam Vechnerum in Hellenol. p. m. 380. reprehendit hoc nomine Heuſingerus. Tum vero *ebrietati*, quam tamen formam omnes exhibent libri, mutandum eſt. Quo quidem remedio non opus eſt, ſi cum plerisque legas *ſimilis*, cum omnibus *ebrietati*. Accedit, quod hoc commodum ſenſum praebet non ſolum, ſed et magis conſilio Melae accommodatum. Ebrietas enim vinum ſpectat, hilaritas illi ſimilis eius inopiam ſeminibus ingeſtis et nidore ſubpletam. Nec hilaritas ebrietati perpetua comes eſt, ſed eam praecedere ſolet. Forte ſic dixiſſet potius: *ſimul hilaritati ebrietas.* Omnino autem, ni fallor, Mela hoc vult, hilaritatem contingere, qualis ſolet ebriorum ex vini largioribus hauſtibus hominum, effuſa et inſolens. Adiuvat hanc lectionem et qualem ipſe invenerit expreſſam declarat Solinus c. 16. ſ. 10. *Seminis nidore perculſi pro laetitia habent imitari ebrietatem ſenſibus ſauciatis.* Herodotus 1, 202. in ſimili narratione dicit, *μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, καθάπερ Ἕλληνες τῷ οἴνῳ*; et poſt *ἐς ὄρχησίν τε ἀνίστασθαι καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι.* Agatarchides de mari rubro

c. 13. p. 31. (Hudſ.) de Ichthyophagis: κεῖται ὑπερ-γέμων καὶ δύσπνους, ὥστε εἶναι τρόπον τινὰ παραπλή-σιον τῷ μεθύοντι τὸ βάρος. Vtriusque autem vocis con-fuſio facile orta eſt ex compendio ſcribendi *ſil'* et *ſiml'*, unde et *ſimul* poſtea et *ſimilis* exiit. Vid. etiam de eo Gronovius in diatribe in Statium c. 61. p. 397. Quibus rationibus motus reduxi priſcarum editionum lectionem *ſimilis ebrietati.* Poſt Prag. facili lapſu *nitore contigit.* Ante etiam Rehdiger. *hylaritas* et *hebrietas.*

§. 5. *Iſtro)* Cibin. Gud. Prag. Vindob. *hiſtro*; Rehdiger. *hyſtro*; Venet. *hiſtros*; Lipſ. *hyſtro-rum.* Sic deinceps iidem MSSti eodem modo adſpira-tione praefixa, de qua ad 2, 1, 8. et ſupra initio huius capitis. Adhibuit hic Vinetus. Tum inverſo ordine Cibin. Vatic. Prag. *eſt proxima.* Dubium, quid in hoc nexu ſit praeferendum.

a Mileſiis) Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Bonon. Reh-diger. Vindob. Gud. Prag. et edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Maleſis*; Cibin. Vatic. 1. 3. *Malleſis*, omnes autem omiſſa *a*, quod et ab omnibus ſuis abfuiſſe ſupra notabat ad 1, 11. f. Oudendorpius. Editiones reliquae *a Mi-leſiis* praeter 13. in qua abeſt *a*. Totum autem hunc locum ſic effinxit cum Pintiano Schottus: *Iſtro proxima eſt Iſtropolis, deducta a Mileſiis: deinde Galatis* — TZSCHVCKE. Sribendum *a Mileſiis deducta Calatis* [immo *Calatis* ex ed. 1493.] ex Plinio, [4, 18. ſ. 11.] Strabone, [7. p. m. 220. ſ. 319.] Ptolemaeo. [3. 10.] Quod autem lib. 4. Plinii diximus Megarenſium colo-niam ab Ovidio ſignificari [adde potuiſſe ex ed. 1493.] *Calatin* illo verſu: [Triſt. 1, 10, 39.] *Et quos Alca-thoae* [h. *Alcathoi*] *memorant a moenibus ortos*, revoca-mus in dubium, quando Pomponius Mileſiorum coloniam fuiſſe *Calatin* hac parte ſcribat. BARBARVS. Nemo ſcri-bit *Calatin*, Ponti urbem, a Mileſiis deductam, imo

Strabo, [c. l.] graviſſimus auctor ab Heracleenſibus deductam tradit. E contrario Iſtropolin urbem ſive Iſtron (nam utroque modo dicitur) Mileſiorum eſſe coloniam Strabo, [c. l.] Herodotus, [2, 33.] Plinius [c. l.] affirmant. Palam ergo eſt, ut pleraque alia, ſic haec quoque verba tranſpoſita eſſe, et quod Ariſtidi, ut aiunt, dandum erat, datum eſſe Lyſimacho. Lege igitur: *Iſtro proxima eſt Iſtropolis a Mileſiis deducta: deinde eſt Calatis.* Hermolaus non potuit ex hac naſſa exire. PINTIANVS. Praepoſtere haec vulgo collocata poſtliminii iure in veterem ſedem repoſita ſunt. SCHOTTVS. Alii *Calatin* Heracleotarum faciunt coloniam. Ovidius in Triſtibus, [c. l.] cum illos ab Alcathoi moenibus ortos dicit, Megarenſium facit coloniam. Sed non dubito ex hoc loco, quin etiam aliquando Mileſiorum fuerit. Vrbes iſtae Ponticae ſaepe mutant colonos ſuos, et modo ab his, modo ab illis captae et deductae fuerunt. Quum Mileſii illam tenerent, aliud videtur habuiſſe nomen. Plinius [c. l.] *Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, tres pulcherrimas in ea parte urbes habet, Iſtropolin Mileſiorum, Tomos, Calatinque, quae antea Ceraſtis vocabatur.* Ita conſtituendus totus ille locus, qui vulgo inquinatiſſimus eſt. *Acervetis* vocabulum nihili eſt. Libri veteres ſcribunt *cervetis*, quod corruptum ex Κεραΐτις. Sic nempe vocabatur Calatis, cum ea Mileſii potirentur. Cauſa nominis exinde, ut arbitror, quoniam Mileti locus erat ſacer Κεραιστὶς vel Κεραστὶς dictus a fixis illic ab Apolline arietum cornibus, ut Etymologici Magni auctor et alii teſtantur. Ab hoc autem loco coloniae ſuae nomen primum indidere Mileſii. Calatidis nomen recentius et ab Heracleotis ortum, poſtquam illi eo miſere colonos regnante apud Macedones, Amynta, ut teſtatur anonymus de Ponto Euxino, [p. 12. Hudſ.] quem pueri olim in lucem dedimus. VOSSIVS. Recte monuerunt, in primis Pintianus, non Mileſiorum, ſed Heracleenſium coloniam ferri, veluti a Strabone.

Idem adfirmat Memnon c. 22. apud Photium p. 721. At haec ad discrepantes potius auctorum narrationes reiicienda arbitror, quam mutanda, nec veri ſpecie carent, quae conquiſitis operoſe adiumentis ad ſtabiliendam hanc Melae opinionem adtulit Voſſius. Denique alium etiam auctorem nobis nunc quidem incognitum ſequi Noſter potuit. Tò *a*, quam abeſſe et hic malit Oudendorpius, expuliſſe videntur librarii poſt factam verbi corruptionem, quod *Maleſis* urbem crederent, cui in hoc nexu praeponi illud minime poſſet. Sic ſupra 1, 19, 12. *a Themiſtagora Mileſio deductum oppidum.* Reliqui igitur eam voculam ab aliis praemiſſam.

Calatis) Mediol. Voſſ. 1. Cibin. Vatic. 1. Varr. in edd. 27. 29. *Callatis*; Venet. *Calathis*; Pariſ. 1. 2. Gud. Prag. Havn. *Calatis*; Rehdiger. Lipſ. Pariſ. 3. *Galatis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Galatis*; Vinetus, Voſſius cum poſterioribus *Calatis.* C et G ut ſaepe commutari invicem notum eſt, ſic et idem alibi huic nomini accidit, veluti in Eutropio 6, 10. ſ. 8. et Sexto Rufo c. 9. ubi multi libri dant *Galatia.* Idem fere (*Gallatia*) ex Latina Ptolemaei verſione 3, 10. notat hic Ciacconius pro *Callatia,* cum in Graecis apud Bertium quidem exſtet Καλλατία, etſi aliae editiones, veluti Argent. 1520. in utraque lingua exhibent Κάλλατις et *Callatis,* illudque etiam dat codex Coislinianus, notante hic Abr. Gronovio. Ita in Diodoro 20, 112. Γαλατία, quod ſervavit adeo Weſſelingius, etſi in notis probat Palmerii emendationem Καλατία, pro quo tamen malit Καλλατία. Nempe duplex frequentatur nominis terminatio, duplex etiam in medio conſonantis literae uſus, cum alii per ſimplex *l* ſcribant, duplex alii praeferant. Illud obſervatur in Strabone 7. p. m. 220. ſ. 318 ſq. Memnone c. 22. ubi etiam MS. per *G,* Arriano in Illyr. c. 30.

Stephano h. v. auctore anonymo Ponti Euxini p. 12. Hudſ. Plinio 4, 18. ſ. 11. Ammiano 27, 4. Duplex dant Scylax p. 29. Hudſ. Scymnus Chius fragm. v. 15. Procopius de aedificiis lib. 4. f. Suidas, Etymol. M. h. v. Geogr. Ravennas 4, 6. tab. Peuting. 8. Sed quod maxime huc valet, duplex *l* conſpicitur in numis, quos producunt Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 263. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 13. Quare etiam in aliis auctoribus, ubi codices variant, geminationem literae eius, vel reddiderunt in ipſo contextu, vel in notis probaverunt viri docti, veluti Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 227. et ad Hieroclis Synecdem. p. 637. idemque ad Diodor. c. l. Valeſ. ad Ammian. c. l. Atque ita ſcribendum eſſe in auctore anonymo Ponti c. l. docet Scymnus Chius, ex quo ille ſua petiit; docet item in Stephano literarum ſeries. Equidem ſic in Strabone poſui ſuffragante etiam ibi Cod. Moſc. Ad duplex *ll* ſpectant etiam loca auctorum, in quibus vitioſe Καλλαντιανοὶ, veluti Diodori 19, 73. 20, 25. vel Κάλλαντρα Arriani in periplo Ponti p. 24. Hudſ. et *Scallatin* apud Plin. c. l. in MS. quem hic A. Gronov. conſuluit. Sed et in aliis nominibus, veluti *Bardyllis*, ſimilis variatio notatur. Repoſui igitur et hic *Callatis*, quod poſt confirmatum vidi in deſcr. numor. vett. Lipſ. 1769. 4. ubi p. 29. in duobus diſerte legitur Καλλατια et Καλλατιανων.

Tomoe) Pariſ. 3. Bonon. *Tritonice*; Prag. *Grithonicc*; Pariſ. 2. *Tritonicae*; Lipſ. *tritoniocc*; Pariſ. 1. Gud. *tutonice*; Rehdiger. *tuthonice*; Vatic. 1. Cibin. Vindob. et quem ſe inſpexiſſe adfirmat Holſten. ad Ortelium p. 197. *tutomoe*; Voſſii codices optimi, uti ipſe adfirmat, *tum Tomoe*. Edd. antiquae omnes cum Vadianis, Olivarianis et Schotto *Tritonice*, ut et habuiſſe videntur conlati reliqui MSSti; Vinetus dedit *Tomae*, Voſſius cum ed. 40. poſt ceteri *Tomoe*. TZSCHUCKE. *Tritonice.*

Legendum forte *Calatis et Tomi.* CIACCONIVS. *Tritonice.* Monftrofum vocabulum. Lege *tum Tomoe.* Sic optimi codices. Non potuit tam notam praetermittere urbem, quae femper cum Iftropoli et Callati coniungitur. VOSSIVS. Mirum eft, quod Pintianus, alias ad emendationes pronus, vocem *Tritonice* intactam reliquit, licet vitium fubeffe fenferit, cum poft *Caria* deinceps fequi voluerit omiffis his verbis: *Eft Tiriftris*, de quo in proxima nota. Ortelius in thefauro Geogr. f. v. *Tritonice*, cum omnes in hoc tractu Tomos commemorent, aut corruptam lectionem, aut unius loci fynonyma effe exiftimat. Prius tamquam verius ftatuiffet, fi aliorum librorum lectiones cognitas habuiffet. Nempe ad veram et nativam lectionem proxime accedit *tutomoe*, in quo *tu* adhaefit pro *tum*, neglecta, quod faepe accidit, lineola transverfa, quae *m* folet reddere. Tum librarii, qui *Tutomoe* unum vocabulum idemque nomen urbis putarent, praemiferunt et pofteriores inde effinxerunt *Tritonice*, quae nusquam eft terrarum; ad quam tamen transitum monftrat Cod. Gud. Hinc vero adparet, *tum Tomoe* Melae manum referre in Graecae etiam formae ufu. Etfi igitur veram lectionem iam vidit Ciacconius et poft repetiit Voffius, *Tomoe* tamen magis probandum quam *Tomi.* Aliam totius loci emendationem propofuit I. Gronovius ad Scylacem in Geogr. ant. p. 158. *In litoribus Iftro proxima eft Iftropolis. Tomos deinde a Milefiis deducta, Calatis et Stratonice et portus Caria et Tiriftris promuntorium.* Quippe hunc verum ordinem Geographicum et veram lectionem exiftimat. At ut alia invertit, fic alia inferit, immo obtrudit libris invitis. Recepta lectio ex fuperioribus, ni fallor, fatis vindicatur.

portus Caria) Ita omnes libri praeter Prag. in quo legi *Carra.* Bochartus tamen in Chanaan 1, 10. f. malebat *portus Cariae*, quia in Arriani periplo Ponti p. 24. Hudf. fit λιμὴν Καρῶν· porro legatur: ἡ γῆ ἐν

κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία κλήζεται. Vtrumque legitur etiam in anonymi periplo Ponti p. 12 ſq. Hudſ. Mutatio quidem illa etſi omnino reiicienda non videtur, admitti tamen non debet, cum aliunde nihil ad eam ſtabiliendam adferri poſſit, et talia nomina varie in ſimili nexu efferantur. Forte terra illa et portus idem nomen habuerunt. Nempe, quod hic notavit Voſſius, Θρακία Καρία commemoratur a Pauſania 6, 12. in. quod explicat, ubi illum locum reddidit Suidas ſ. v. Ἱππόμαχος [non Ἱππόδαμος] ἡ ἐν Θράκῃ Καρία, etſi Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr. p. 406. malit: ἐν τῇ τραχείᾳ Καρίᾳ, Ortelius in theſ. Geogr. h. v. ad Cariam prope Ceramicum ſinum referre, quia ſcilicet Ceramus a Pauſania ibi ponatur. Cf. Vol. 2. *Portum Cariam* habet etiam ex noſtro, opinor, Boccat. de maribus ſ. v. *Euxinum.*

Tiriſtis) Libri fere omnes Voſſii, Vatic. 1. 3. Pariſ. 1. 2. 3. Prag. Rehdiger. Venet. Havn. *Priſtis*; Gud. *priſcis*; Cibin. *preſihis*; Vindob. *piſtris*, quod et ex ſuo codice notat Holſten. ad Ortel. p. 194. et habet Boccatius c. l. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Piſtris*; reliquae cum Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto *Tiriſtris*; Voſſius et ceteri *Tiriſtis*. TZSCHVCKE. *Piſtris*. Scribendum *Tiriſtris* ex Ptolemaeo. [3, 10.] BARBARVS. Totum hunc locum ſic lego: *Iſtro proxima Iſtropolis a Mileſiis deducta. Deinde eſt Calatis: Eſt portus Caria: Eſt Tiriſtris promontorium*, qua dixi figura. PINTIANVS. Ante Hermolaum legebatur *Piſtris*. Hoc promontorium Strabo lib. 7. [p. m. 221. ſ. 319.] videtur appellare Κητίριζις ἄκρα. Ptolemaeus [c. l.] Τιρίστρια. At in Latino *Tiriſtris*. Legendum forte apud Strabonem καὶ Τίριστρις ἄκρα. CIACCONIVS. Vera lectio eſt *Tiriſtis*, non *Tiriſtris*. Sic quoque legunt vetuſti codices Ptolemaei Τιρίστις, uti iſtic docuimus. VOSSIVS. Certe in Ptolemaeo libri editi variant. Nam ed. Argent. 1520. habet Τιριστὴ, Bertius Τιριστρία, Τιριστροῖς cod. Coislin.

notante Wesselingio ad Anton. itin. p. 228. Si urbs Τιριστίπολις vel Τιριστὴ, nam variatur, apud Ptolemaeum c. l. etsi a promontorio remotius prope Danubium ponitur, inde nomen traxit, τὸ *r* videatur esse intrusum in *Tirisiris*; magis tamen valeat, quod ignorant vetusti codices a Vossio commemorati. Facit etiam huc vulgata Strabonis lectio, de qua vid. c. l. nec abnuunt MSSti nostri potiores. Denique aliae aliorum formae, de quibus Vol. 2. sine *r* adparent. Quare Vossianam lectionem servavi. Post Rehdiger. dat *promuntorium*, ut sit alibi probantibus quibusdam viris doctis. Cf. ad 1, 5, 2. Pro *accipit* Vindob. *accepit*, et pro *praetervectos* Prag. *praeteriecto*. Cibin. *quos pretervectos*.

Phasiaco) Cibin. *Phasiacum*, forte quod *adversus* praepositionem putaret librarius; Venet. Havn. et edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Phasiacos*; Prag. *Phasiachos*; in aliis recte *Phasiaco*. Verba *et nisi amplior* — *Anchialos* exciderunt ex Prag.

similis. Fuit) Vetustae editiones ad Vossium alterum vocabulum praecedentibus dabant; ille primus, monente quidem dudum Pintiano, ad sequentia protulit rectius. Ita etiam infra ad verba *magna Apollonia* interpungi iusserat Schottus, etsi in contextu priorem distinctionem reliquerat, quam etiam a codicibus quibusdam, veluti Cibin. Gud. Lips. probatam fuisse ex litera maiuscula in voce *Hic* agnovi. Neque tamen sibi constitit Schottus, dum supra ad verba *deducta a Milesiis* scripsit: Iovem lapidem iurare liquet scripsisse Melam: *similis fluit*; quasi de mari aut flumine Mela exponeret; quem quidem etiam ideo reprehendit I. Gronovius in observ. 1, 16. f.

Bizone) Cibin. *bizonem*; nempe sequens *m* adhaesit; Venet. *Bezone*; Lips. *binome*. Post Vindobon. *intercedit*. Aperta sunt omnia.

Crunos) Vatic. 3. *crunos*; Vindob. *crunnos.* Poſt pro *urbes* edd. 11. 12. *urbs.*

Dionyſopolis) Cibin. Gud. Vindobon. Lipſ. et ed. 14. *dioniſiopolis*; Rehdiger. *Dyoniſiopolis.* Edd. 1. 2. 9. *dionyſſiopolis*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 20. 23. Vadianus, Olivarius cum ſuis, etiam Vinetus *Dionyſiopolis*; Schottus, monente Pintiano, Voſſius et reliqui *Dionyſopolis.* Alii codices cum ſuis edd. conſenſiſſe videntur. TZSCHVCKE. Scribendum verbis permutatis et alia orthographia: *Eſt portus Crunoe. Dionyſopolis. Vrbes Odeſſos* etc. more, quem diximus, inculcatis duobus eiusdem urbis nominibus. Nam *Crunoe* et *Dionyſopolis* eadem eſt Stephano, qui disiunctim Διονύσου πόλιν nominat, ut Κωνσταντίνου πόλιν. Coniunctim autem *Dionyſopolin* Ptolemaeus, [3, 10.] Arrianus, [in periplo Ponti p. 24. Hudſ.] Appianus. [in Illyr. c. 30.] In Plinio [4, 18. ſ. 11.] utrumque nomen corrupte ſcriptum invenio. PINTIANVS. Nihil mutandum, cum Crunon a Dionyſopoli diſtinguit. Portus enim Dionyſopolitarum Κρουνοὶ proprie vocabatur, aberatque aliquantum ab urbe. VOSSIVS. Nomen urbis et alibi corruptum prodiit. Sic Boccatius c. l. *Dioniſiopolis*; Peuting. tabula 8. *Dyoſinopoli*; Theophanes in Chronogr. p. 151. (Venet.) Διονυσσόπολις, uti ante Weſſeling. in Hieroclis Synecd. p. 637. Sed plerique recte *Dionyſopolis* etiam ex Latinis, uti Plinius c. l. adeoque Geogr. Ravenn. 4, 6. quam ſcripturam comprobant etiam numi cum epigraphe Διονυσοπολειτων in deſcr. numor. vett. Lipſ. 1796. 4. p. 30. Nempe ει et ι variat in multis numis, in eadem etiam forma. Tum recte Pintiani emendationem reiecit Voſſius. Nempe Mela aperte portum ab urbe diſtinguit, ſimulque declarat, portum urbis priſtinum nomen ſervaſſe, ipſam urbem mutaſſe.

Odeſſos) Vatic. 1. Cibin. Lipſ. Gud. Vindobon. Pariſ. 2. Rehdig. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Obdeſſos*;

6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Oddeſſos*; aliae recte *Odeſſos*, uti iam voluerat Hermolaus Barbarus. In Gr. antiquis Ὀδησσὸς, quod et in numis legitur.

Meſembria) Gud. *Meſambria*; Rehdiger. *Maſembria*; Pariſ. 2. *Meſembra*; Cibin. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. aliaeque *Meſſembria*; Voſſius, ni fallor, primus dedit *Meſembria* et hinc reliqui. Vno *ſ* exhibuit etiam Boccatius de maribus ſ. v. *Euximum*, et praeferunt auctores Graeci, etiam poſterioris aevi, cum numis. Vid. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 35. ſ. Probat etiam Ovidius Triſt. 1, 10, 37. Gudiani codicis forma numis etiam adſtrui poſſit, nempe ex diverſa dialecto. Vid. Deſcr. numor. vett. Lipſ. 1796. 4. p. 61. et Raſche in Lex. num. T. 1. P. 3. p. 557 ſqq.

Anchialos) Vatic. 3. Pariſ. 3. *Achialos*; Ciacc. Gud. *Anchiales*; Lipſ. *ancialos*; Rehdiger. *anchyalos*. Editiones cum aliis codicibus *Anchialos*, forma uſitata, etſi etiam Ἀγχιάλη reperitur, de quo Vol. 2.

intimo in ſinu — Apollonia) Cibin. *intimo ſinu*, uti etiam ex vetere codice notavit Ciacconius. Poſt Havn. *flexu angulum*; Pariſ. 2. *flexum angulum*; Lipſ. Gud. Prag. *flexu*; Rehdig. *angulos*. Pro *magno* Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Pariſ. 1. 2. 3. Vindob. et conlati alii, ut editiones, *magna*; Voſſius poſuit *magno*, quem imitati ſunt ceteri. Ipſum urbis nomen varie immutatur. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. *Apolophania*; Vatic. 1. Prag. *Apollophania*; Cibin. *aphollophania*; Gud. *apolophonia*; Rehdiger. *apollophania*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Apollophania*; 10. *Appolonia*; 12. 18. *Appollonia*; in reliquis, ni fallor, omnibus exſtat Apollonia. TZSCHVCKE. Scribendum *Apollonia* pro *Apollophania*. BARBARVS. *Magna Apollonia)* Scribendum videtur *magno* potius, quam *magna*, ut referas ad *angulum*, non ad *Apolloniam*,

quam nemo, (quod occurrat,) in hoc tractu *magnam* appellat. Angulum vero ſtatim ante dixerat ampliorem altero oppoſito in Colchis. PINTIANVS. *Atque ubi — finit.*) Supervacanea et indecens repetitio. Dixit enim ſtatim ante: *quod praetervectos alter Ponti angulus accipit.* Monſtratur, inquit, finis alterius Ponti flexus et alter anguli. Satis exprimitur verbis illis: *et intimo in ſinu.* Itaque aut ego coniectura fallor, aut multa hic verba redundant, legendumque omnino ſic: *et intimo in ſinu Apollonia.* Reliqua delenda. IDEM. Lege *magno*, ut ad *angulo* referatur, non ad *Apollonia*, quae non magna fuit. CIACCONIVS. An ferri poteſt *magna?* An potius *magno* legendum. SCHOTTVS. In voce *magna* inveteratum haerere vitium, diſcitur ex Boccatio c. l. qui *magnam Apolloniam* ex Noſtro etiam vocat. At recte illud absterſerunt viri docti et ſubſtituerunt *magno.* Erroris cauſa latet in vicino verbo. Quod vero hanc narrationem magna ſui parte truncavit Pintianus, fecit id quidem ſuo more, minus tamen hoc recte. Si enim adtenderis, Mela hic progrediendo perſequitur alterum hunc Ponti flexum, ut tres eius partes primam, (*accipit*) mediam (*intimo in ſinu*) et finem (*finit*) deſcribat. Ex quo adparet, utique haec invicem discrepare, nec contra libros mutilanda eſſe.

Recta) Capitis 13 initium hinc facit Vinetus. Poſt Vindobon. *nixi quod*; Prag. *forme media*; Venet. *ferme et promontorium.*

Thyniam) Cibin. *tymiam*; Rehdiger. *thynnian*; Lipſ. Gud. *tinniam*; Vindobon. *thimina*; Pariſ. 1. *tranian*; Prag. *Tramiam*; Vatic. 5. Venet. Havn. *Tramam.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Thimniam*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Thinniam*; 13. Vinetus, Voſſius, 40. 41. 42. *Thynniam*; poſt praeeunte

Reinoldio *Thyniam.* TZSCHVCKE. *Thinniam*) Scribendum *Thinniam* ex Plinio, [4, 18. f. 11.] Ptolemaeo [5, 11.] ceteris. BARBARVS. Ptolemaeus *Thiniada* vocat cum unico *n*, adſtipulante etiam Arriano, [in periplo Ponti p. 24. Hudſ.] niſi quod cum *y* ſcribit primam, et litus non promontorium facit, Stephanus quoque *Thynias* proſert. Sicque ſcribendum in Mela, quicquid dicat Hermolaus. PINTIANVS. *Thinniam* etiam refert ex Noſtro Boccatius c. l. Θυνιὰς autem, uti iam notavit Pintianus, ſcribunt fere auctores Graeci, etiam Strabo 7. p. m. 221. f. 319. Apollon. Rhod. 2, 485. 673. Scymnus Chius v. 727. et ex eo auctor peripli Ponti p. 15. Hudſ. Ita et hodie legitur in Plinio c. l. et ſine dubio Θυνιὰς pro Θινιὰς leg. eſt in Ptolemaeo. Minus hinc etiam recte geminata conſona Burmannus dedit in Valer. Flacco 4, 424. *Thynnaea litora*, quod nec metrum cogebat, uti docent Apollonii loca, itemque in Ovidio Triſt. 1, 10, 35. *Thynniaci ſinus.* Pro *Thyniam* ſcribendum videatur *Thynian*, ut ratio formae conſtet. Quod enim Schol. Apollonii ad 2, 674. et antea monet, Θυνίαν pro Θυνιάδα barbari dicebant. At, quia a recto caſu Θυνία derivari poteſt Θυνίαν, rectum illum caſum ſtatuamus, unde in obliquo Latinis formatur *Thyniam*, ut ab *Acheruſia*, *Acheruſiam.* Sic *Demetriam* a *Demetria* videntur derivaſſe librarii 2, 3, 6. etſi ibi gravior dubitatio obiicitur. Cf. ad 2, 3, 9. et 1, 19, 7. Poſt Cibin. ignorat vocem *vocant.*

et incurvis — urbesque) Tò *et* omittunt Ciaccon. et Rehdiger. Pro *obtenditur* edd. 30. 32. *oſtendit*; 37. *obtendit*; Cibin. *oſtenditur.* Poſt Vindob. *urbes* omiſſo *que.* Addunt tamen alii codices cum edd. vetuſtis. Vadianus dedit *urbemque*, in prioribus quidem editionibus, eumque ſecutus cum ſuis et Schotto praeeunte ed. 24. Olivarius. Poſteriores Vadiani itemque 30. 32. 37. *urbem.* Poſt revocata eſt vetuſta lectio et

ſervata. Tantum Reinoldius *urbes* ſine copula reddi voluit. TZSCHVCKE. *Et* redundat. CIACCONIVS. Lege: *exit*, *incuruis litoribus* et cet. SCHOTTVS. Si *et* et *que* retinueris, hiulca erit oratio et ſublata conſecutio, certe in hoc nexu ex utraque particula eruta languebit. Aut igitur eiiciendum eſt *et*, aut *que*. Illud malim cum viris doctis, tum ob bonorum Codicum auctoritatem, tum, quod Mela, ubi eiusmodi exceptionem aut moderationem inferit, primariae ſententiae clauſulam ſubiecto verbo conficit. Facilius etiam τὸ *et* ex praecedente *exit* adhaerere, facta mutatione levi, potuit, quam poſtea *que*. *Exit* igitur aperte refertur ad *promontorium* et *obtenditur* priorem ſententiam conficit, ut ſenſus inde exſiſtat, quem Ciacconius expoſuit; ora recta, ſi promontorium exceperis, non procedit a ſeptentrione in auſtrum, ſed obtenditur curvis alterius lateris litoribus. Poſt Gud. *ſubſiinet.*

Halmydeſſon) Pariſ. 1. 2. 3. Venet. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vindob. *helmideſon*; Cibin. *helmiſedon*; Prag. *helindeſon*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Helinideſon*; 12. *Halmydeſyon*; 14. *Halmydeſion*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. *Halmydeſon*; 23. *Halmideſon*; 13. 19. Olivarius in ed. 25. et aliquot Olivarianae *Halmideſſon*; Vadianus cum ſuis et reliqui *Halmydeſſon*. Boccatius c. l. *elmideſonem* vocat. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [5, 11.] *Halmydeſſon*. Poteſt et *Salmydeſſos* ex Strabone. [7. p. m. 221. ſ. 319.] BARBARVS. *Halmydeſſon* lib. vet. per *y*. Ptolemaeus ſcribit Ἀλμυδισσὸς absque ſpiritu. Xenophon 6. ἀναβάσεως [c. 5, 7.] et Scholiaſtes Sophoclis Oedipo tyranno [v. 196.] *Halmydiſſus* per *i* in penultima. [immo hic Ἁλμυδησσὸς habet.] Σαλμυδισσὸς Lycophron. [v. 1286.] SCHOTTVS. Similem varietatem notaverat etiam Ciacconius, et praeterea addiderat, aliis dici *Halmudeſſos* vel *Almudeſſos*, vel *Salmudeſſos*. Quos intelligat, ignoro. In Plinio 4, 13. ſ. 11. quaedam

exemplaria *Almedeſſos.* Magna autem in ipſis auctoribus eorumque codicibus obverſatur nominis varietas. Sic Plin. 4, 18. ſ. 11. *Halmydeſſos*; auctor anonymus peripli Ponti p. 15. Hudſ. Ἁλμυδησσός. Ptolemaeus 3, 11. Ἀλμυδισσός ex commutatione η et ι. Reliqui Graeci, in primis antiquiores, Σαλμυδησσὸς, uti Herodot. 4, 93. Strabo 1. p. m. 54. ſ. 50. lib. 7. p. m. 221. ſ. 319. Diodorus Sic. 14, 37. Arrianus in peripl. extr. Scymnus Chius v. 725. Xenophon de exped. Cyri 7, 5, 7. etſi ibi et in Scymno variatur. Ita vero etiam producitur a Stephano, ad quem de Pinedo Halmydeſſos veram ſcripturam eſſe cenſet, quo et inclinat Cellarius 2, 15, 62. cum et alibi adſpiratio in ſibilantem literam convertatur. Immo Latini eam literam in multis nominibus demunt, uti docent exempla plurima, quae conlegerunt Caſaubon. ad Strabon. 1. p. m. 54. ſ. 50. Duker. ad Thucyd. 1, 65. Voſſius infra ad 3, 8, 4. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 673. Graevius et Garatonius ad Cicer. de lege agr. 2, 19. Hic tamen *Halmydeſſos* tum ob ſimilia, tum propter Codices retineri poteſt.

Phileas) Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Prag. *Philas*; Cibin. Rehdiger. *Phylas*; Lipſ. *ſilas*; Vindob. *phialas.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 12. 14. 19. *Philas*; 9. 11. *Phylas*; 6. 7. 8. 10. *Philiam*; 13. *Phileam*; 15. 17. 20. 23. *Philam*; Vadianus, Olivarius reliqui *Phileas.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus [3, 11.] *Philiam.* Stephanus *Phileas*, inquit, χωρίον Βυζάντιον, unde Φιλεάτης. Aliqui *Philiam*, inquit, ſcribunt, nonnulli *Phineam.* BARBARVS. – Legendum puto *Phrygiam* auctoritate motus Arriani in libro totiens citato, [in Periplo Ponti extr.] *Phrygiam* ſcribente diſtare ab Halmideſo 330 ſtadia. PINTIANVS. Varie et alibi ſcribitur et notatur, uti vel Stephanus docet. In Scymno Chio v. 722. occurrit Φιλέων καλουμένων ex libris, ubi Vindingius Φιλέας καλουμένη dedit, alii aliter; noſtrum autem locum intelligi ex ſitu adparet.

In auctore Peripli Ponti p. 15. Hudſ. Φιλία eſt et Φιλέα, alterum ex vitio, etſi et prius habet Ptolemaeus 5, 11. *Philias* eſt in tab. Peuting. 8. *Filias* in Geogr. Ravenn. 4, 6. et 5, 12. Ex Cedreno [p. 354. Venet.] Φιλέα notat Salmaſius ad Stephan. h. v. Alia dabit Holſten. ad Ortelium p. 150. qui tamen falſo huc arceſſit Suidam, in quo viri, non loci nomen eſt. In Arriano aut depravationem inſigniorem tulit hoc nomen, aut aliunde alterum traxit. De utroque ibi disquirit Stuckius p. 189. Minus tamen bene Pintianus obtrudere Noſtro tentavit, ideo iam reprehenſus a Voſſio ad Geogr. ant. Gronovii p. 164.

Phinopolim) Cibin. *phynopolim*; Vatic. 3. Pariſ. 1. 2. 3. *phinopolum*; Rehdiger. *phynopolum*; Gud. *philonopolum*. Edd. 1. *Phinopolim*; 14. tamen forte ad uſum Melae accommodatius *Phinopolin*.

§. 6. *Hactenus —)* Vindobon. *hactinus Pontum — boſphorus*; hoc more vulgari. Tum edd. 9. 11. 13. *deinde et*; 30. 32. 37. *dein eſt*, quae particulae in libris etiam alibi commutantur. Cf. ad 1, 4, 3. et alibi.

Byzantium) Vindobon. *biſantium*; Gud. *bicancion*; Rehdiger. *bizantion*; Prag. *bizantino*. Edd. 1. 2. 3. 4. aliaeque *Bizantium*. Scriptura vera conſtat.

Selymbria) Gud. Rehdiger. *ſelimbria*; Venet. *ſelimbra*; Vindob. *ſalimbria*; Prag. *Felimbria*. Edd. 1. 3. 4. 5. aliaeque *Selimbria*; 2. *Silimbria*. Graecis Σηλυμβρία aut Σηλυβρία. Illud libri vindicant, et emendabat Herm. Barbarus.

Perinthos) Lipſ. *Pintos*; Venet. *Parinthos*; Rehdig. *perynthos*; Prag. *peritos*. Edd. quaedam etiam Vadianae, Olivarianae, Vineti, Schotti, Voſſii *Perinthus*. At *Perinthos*, qua forma etiam in Cdd. legitur, praeſtat.

Bithynis) Lipſ. *bithunis;* Cibin. Gud. Rehdiger. Prag. Vindob. *bithinis;* Vatic. 1. *Bythynis;* Vatic. 3. *Bithynis.* Edd. antiquiſſimae *Bithinis;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Bathynis;* Voſſius cum reliquis *Bithynis.* TZSCHVCKE. Scribendum *Selymbria, Perinthus, Bathynis, amnesque, qui interfluunt Erginus et Atyras;* utique ſi Ptolemaeum [3, 11.] ſequimur dicentem: *Bathuiae,* inquit, *amnis oſtia, Atyrae amnis oſtia, oppidum Selymbria* [in Gr. Ἀθύρα et Σηλυμβρία] *et Perinthus;* quem ordinem fere ſervat et Plinius. [4, 18. ſ. 11.] Amnem vero *Erginum,* cuius mentionem facit Plinius, hunc intelligam, nec ne, qui a Ptolemaeo *Arzos* appellatur, oppido cognominis et vicinus *Atyrae,* non ſtatuo. Nam et *Bathynias* Plinio Ptolemaeoque fluvius eſt, oppidum Pomponio *Bathynis* appellatum. BARBARVS. Legendum permutatis verbis: *Perinthus, amnesque, qui interfluunt, Bathynis, Erginus et Atyras* ex Ptolemaeo, qui tamen non *Bathynis,* ſed *Bathynias* nominat. PINTIANVS. Pintianus ut hoc loco medicinam adferret, verba transpoſuit; quod ego corrigendi genus omnium minime ſemper probavi. Veteres plerique libri legunt *Bithynis,* quod probum eſſe exiſtimo. *Bithynis* is eſt, quem Appianus in Mithridaticis [c. 1.] vocat *Bithyam,* aitque Bebryces fluminis huius accolas, Bithynos ſemet appellaſſe ab hoc fluvio, poſtquam traiecíſſent in Aſiam. Bithynis porro et urbs et flumen dicitur, quemadmodum etiam illud, quod ſequitur flumen Athyras. Nam et huic cognomine adiacet oppidum. VOSSIVS. Pintiano paruit Schottus in ipſo contextu. Vrbs quidem huius nominis nusquam occurrit; neque tamen id gravem ſatis cauſam praebet, cur ab ordine librorum recedi debeat, cum et urbs et flumen hoc nomine eſſe potuerit, ut in aliis locis pluribus. De primae ſyllabae ſcriptura per *a* non temere monuerunt viri docti ex Plinio et Ptolemaeo, etſi ſic *Bathynias* etiam ſcri-

bendum videatur. At Codices conſtanter per *Bi* primam ſyllabam efferunt, quam formam forte adiuvat narratio Appiani in Mithrid. c. 1. ubi tradit, Bebryces in Thracum Bithynorum regione ultra Byzantium iuxta *Bithyam* fluvium conſediſſe, et ob hoc in Bebryciam reverſos Bithyniam eam adpellaſſe. Ceterum Boccatius de maribus ſ. v. Propontis ita: *Silimbria, perintos, bithinum et hoſtia argini et atyrae fluviorum.* Pro *annesque* Vindobon. *aunesque.* Edd. 6. 7. 8. *amoosque;* Rehdiger. omittit *qui.*

Erginos) Prag. *herginos.* Edd. 7. 8. 10. 12. 14. 19. 20. 23. 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius *Erginus.* Sed cum recentioribus terminatio librorum veterum Graeca praeferenda.

Athyras) Vatic. 3. Pariſ. 2. A. Gronov. Havn. Prag. *Athitas;* Voſſ. 3. *athiras;* Lipſ. Gud. Vindobon. Boccatius de fluminibus h. v. *atiras;* Venet. *athicas;* Cibin. *athyraſtum* adpenſa proxima voce. Edd. 1. 2. 9. *Atiras;* 3. 4. 5. 11. *et Tyras.* Pleraequae aliae *Atyras,* pro quo poſtea praeeunte Reinoldio A. Gronov. in ed. 44. revocavit ex libris vetuſtis *Athyras*, quod inde ſervatum eſt et probant auctores Graeci multi. *Atyras* tamen reſedit in Plinio 4, 18. ſ. 11.

Rheſo) Cibin. *rheſſo;* Vindob. *reſſo;* Prag. *reſo.* TZSCHVCKE. Scribendum arbitror longe diverſo modo: *et Terei regia quondam arx Bizie* ex Plinio lib. 4. c. 11. [ſ. 18.] *Oppida*, inquit, *Selymbria, Perinthus. Intus Bizya arx regum Thraciae, a Terei nefaſto crimine inviſa hirundinibus.* Quorſum enim hic mentio Rheſi Tragici regis nullo, aut proelio, aut ſaltem ſcelere nobilitati. At Terei in Thracia nemo non meminit. Praeterea quum hic ex profeſſo de Thracia agat, quid attinebat ſubiungere, *pars Thraciae.* PINTIANVS. Rheſi meminit, quoniam

de eius equis fatalibus apud Homerum aliosque poetas crebra mentio. CIACCONIVS. Nihil mutandum censeo, tametsi imperet Fredenandus. Straboni enim lib. 13. Geogr. [p. m. 406. f. 590.] Ῥῆσος ὁ βασιλεὺς τῶν Θρακῶν celebratur, et Rhesi unda, quae apud Homerum. [Il. 12, 20.] SCHOTTVS. Recte Schottus hanc Pintiani mutationem reiicit, quae ultra terminos nimis libere evagatur.

Bisanthe) A. Gronov. ex MSS. notat *Bisalice* et *Bisalte.* Lipf. Gud. Rehdiger. Varr. in edd. 27. 29. *Bisaltae;* Venet. Parif. 3. *Bisalthae;* Vindob. *bisalte;* Prag. *Bizalte;* Cibin. *bisalite;* Parif. 2. *Bisathae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 15. 17. 20. 23. (cum Vaticanis puto) *Bisaltae;* 5. 11. *Bisalte;* 12. 14. 19. *Bisanthae;* 13. *Bisante;* 6. 7. 8. 10. *Bisantae;* 18. 21. 28. *Bisanthe;* 16. 22. 24. 25. 30. 32. 33. (in qua etiam deest *et*) 37. Vadianae, Olivarianae, Vossius et in tribus prioribus Gronovii *Bysanthe;* post cum Reinoldio *Bisanthe;* tantum Norimberg. *Bysanthe.* TZSCHVCKE. Pro *Bisalte* scribendum *Bisanthe.* BARBARVS. Scribendum *Bisanthe* per *i* ex Stephano, Herodoto [7, 137.] et Plutarcho in Alcibiade. [cap. 36.] PINTIANVS. *Bisalte* etiam hinc refert Boccatius de maribus c. l. At recte emendatum est hodieque editur *Bisanthe.* Graecis enim Βισάνθη, uti praeter memoratos Xenophonti in exped. Cyri 7, 5, 4. Ptolemaeo 3, 11. aliisque. *Bisanthe* etiam Plinius 4, 18. f. 11. Post pro *Samiorum* Havn. Parif. 2. *Sarmiorum;* Prag. *Sarnicorum.*

Cypsela) Vatic. Parif. 1. Cibin. Gud. *Gypsela;* Vindob. Prag. Rehdiger. *gipsella;* Lipf. *giphsella;* Boccatius c. l. *gipsela,* uti se etiam in vetusto exemplari (utrum edito an scripto nescio) invenisse adfirmat Surita ad Antonini itiner. p. 332. ed. Wessel. Edd. 1. 2. 9. *Gipsela;* 3. 4. 5. 11. *Gypsela;* 12. 13. 14. 16. 18.

19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Cypſella;* aliae, olim etiam, *Cypſela.* TZSCHVCKE. Scribendum *Cypſella* pro *Gypſella.* BARBARVS. Scribo per unicum *l Cypſela* ex Stephano et Strabone, [in epitome lib. 7. p. 104. ed. Hudſ. Κυψέλων πόλις] cui eſt etiam neutralis generis, adſtipulante nomine proprio *Cypſeli,* tyranni Corinthii, et eodem nomine alia in ſignificatione; ſemper enim cum unico *l* ſcribitur. Herodotus [5, 92, 5.] certe et Pauſanias [2, 4, 4. et alibi] ſic ſcribunt. In codice quoque Salmanticenſi ſic ſcriptum invenies. Ptolemaeus, Graecus [3, 11. ubi Bertius Κύψελλα] una, et Latinus cum duplici, ſed procul dubio vitioſe, ut in hac parte fides habenda non ſit Hermolao, qui in quarto caſtig. Plin. c. 11. *Cypſella* femininum putat et cum duobus *ll* ſcribit. PINTIANVS. Duplex *ll* habet Ptolemaeus 3, 11. Nicetas Choniates in Annal. lib. 2. p. 238. (ed. Venet.) et alibi, Plin. 4, 18. ſ. 11. deditque in Appiani Mithrid. c. 56. Schweighaeuſerus, ubi antea Κύψελα. Plerique fere per ſimplex *l,* in iis etiam aliqui *Cypſala,* de quo Vol. 2. Interim vid. de variata ſcriptura et forma Drakenb. ad Liv. 31, 16, 5. 38, 40, 5. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 332. et in primis Waſſe in addendis ad Thucyd. 5, 33. p. 671. ed. Duker. ubi etiam de urbibus eiusdem nominis aliis. Equidem ſimplex *l* retinui, quod Codices praeeunt, etſi parum in hoc conſtantes, tum quod cognominis urbs Arcadiae ſic ſcribitur in Thucydide et Stephano, ob nomen etiam Cypſeli, a cuius poſteris urbi impoſitum videtur. Certe Miltiades, Cypſeli filius, Cherſoneſum Thraciam expugnavit, uti narrat Herodot. 6, 35. Denique etiam, ſi quando hoc nomen in verſibus expreſſum legitur, uno *l* adparet; cf. Herodot. c. l. Avien. in ora marit. v. 527.

locus) Edd. 3. 4. 5 *lacus;* ed. Reinold. 1775. *lucus,* de qua confuſione ad 1, 9, 2. et 3, 9, 2. Poſt Cibin. Gud. Rehdiger. Vindob. Lipſ. et edd. 1. 3. 4. 5.

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. aliaeque *Grai;* Prag. *Gray.* In edd. 50. 52. excidit hoc vocabulum.

μακρὸν τεῖχος) Lipf. *Machrontis;* Vatic. Parif. 1. 2. 5. Gud. Rehdiger. Vindob. *macronthios;* Vatic. 3. *acrontios;* Cibin. *cronthios;* Venet. *matronthion;* Prag. *decronticos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 11. *macronthios;* 5. *mactonthios;* 9. *macrontihos;* 12. 14. 19. *macron thichos;* 6. 7. 8. 10. 13. aliae *macron tichos;* aliae Graecis literis, fed et fic paffim vitiatae, ut 15. 17. 20. 21. τίχος· 23. 28. τᾶχος. TZSCHVCKE. *Mactonthios*) Legendum *Macrontichos*, id eft, longum murum ex Plinio, [4, 18. f. 11.] Strabone, [13. p. m. 427. f. 621.] Ptolemaeo, [5, 11.] Stephano. BARBARVS. Haec vox etiam alibi corrumpitur. Sic Boccatius c. l. *macrontios;* tab. Peuting. 8. B. *Macronteros;* Geogr. Ravenn. 4, 6. *Macrotycios;* et 5, 12. *Macrentycos.* Ceterum Hermolaus Barbarus in ed. 1493. non *mactonthios* habet, ut A. Gronovius refert, fed *macronthios.*

radicem) Sic MSS. A. Gronovii, quibus accedunt Vaticani Lipf. Gud. Cibin. Rehdiger. Parif. 1. 3. Invertunt alii hunc locum et molefto incremento augent. Ciaccon. *in radice montis pene infulae L.* Venet. *in radice montis Epen infulae;* Parif. 2. Prag. *in radice magna epen infulae;* Vindob. *in radice quidem habent magnam opem* (quae vox inducta erat) *epen magne pene fedens lyfimachia.* Edd. 1. 3. 4. 9. 11. *radicem;* 5. 6. 7. 8. 10. 12. reliquae ad A. Gronovium in ed. 42. *radice,* unde cum Reinoldio ille repofuit *radicem.* TZSCHVCKE. Lego *et in cervice magnae peninfulae fedens Lyfimachia. Cervices* enim appellari folent *ifthmi,* five *anguftiae peninfularum,* ut Plinius lib. 4. [c. 5. f. 4.] *donec in quinque millium paffuum intervallum exefis utrinque lateribus angufta cervice Peloponnefum contingat Hellas.* Ptolemaeus quoque [3, 15.] et Georgius Gemiftus [in Graecis

lib. 1. c. 15.] *Pallenes isthmum* cervicem vocant, et Pomponius supra in Ionia [1, 17, 3.] *angustiisque cervicibus reliqua extendens in latum* etc. PINTIANVS. Mirum est, Pintianum non attendisse ad verba cap. praeced. ubi describitur δρόμος Ἀχίλλειος, *terra tum longe distenta excedens tenui radice litori adnectitur.* CIACCONIVS. Frustra est Pintianus, qui *cervicem* hic pro *radice* reponit, quasi non et hoc rectum sit. Isthmo enim, tamquam radici terrae continenti adhaerent peninsulae. Graeci similiter de iis loquentes saepe utuntur vocabulo ἐρριζῶσθαι. Quin et ipse Mela superius sic locutus est de Achillis insula; *tenui radice terrae adnectitur.* VOSSIVS. Ita quidem noster etiam 1, 19, 2. *in cervice paene insulae sedet Cyzicum.* At contra libros nihil mutandum, cum utraque vox a Mela adhibeatur et iustae comparationi inserviat. Quod codices quidam *epen* adferunt, ortum id est ex literarum in *paene trans* traiectione. *Montis* in Ciaccon. codice peperit τὸ *in* in *radicem*, cui vocabulo illud egregie respondere putaret librarius. In aliis conspicuae laciniae ex priori confusione contextae. *In* autem in simili nexu saepe cum accusativo occurrit. Sic Frontin. 1, 3, 5. *victus in Hispaniam exercitus*, ubi Cdd. quidam *Hispania*, et Oudendorpius explicat *intra.* Sed, qui plurima huius structurae exempla congesta cupit, adeat Vossii Aristarchum de construct. cap. 75. Palleratium ad Cicer. pro Roscio Comoedo c. 17. viros doctos ad Cicer. pro Quinctio c. 5. Cellar. ad Curt. 3, 5, 10. Arntzen. ad Caton. 1, 19. p. 54. Verheyk. ad Eutrop. 4, 6. 6, 22. Schottum in nodis Ciceron. 1, 6. Havercamp ad Oros. 1, 2. p. 29. Oudendorp. ad Frontin. c. l. ut taceam alios. De variatione utriusque casus in libris cf. Staveren. ad Nepot. in Lysand. 1, 5. et quos commemorat. Garatonius etiam ad Cicer. pro Quinctio c. 30. antiquas inscriptiones ex Augusteo aevo profert ex Gorio p. 215. Sic infra 2, 6, 7. plerique *in sinum* Idem tamen caute monet, sine causa et codicibus non ess

obtrudendum. Quorum cum hic auctoritas intercedat, intactam reliqui *radicem*.

pene infulae) Variant et hic libri, ut alibi. Dedi, quod antea feceram, *paene infulae*.

fedens) Edd. 15. 17. 20. 23. 30. 32. 37. *fedes*. Tum Gud. Prag. et edd. 2. 9. 11. *Lifimachia;* Cibin. *lyfimachya*.

§. 7. *Terra)* Capitis hic 14. diftinctionem adpofuit Vinetus.

arctiffima) Prag. *hec arct.* Cibin. *artiffima;* Lipf. *hinc artiffima*. Edd. 30. 32. *hinc arctiffima*. Particulas *hic* et *hinc* invicem commutari fupra notatum eft ad 1, 5, 3. Dedi autem *artiffima*, (uti hic legitur in antiquitat. varr. auctorr. Lugd. 1552.) eiecto *c*, uti fcribunt alibi boni codices, de quibus Corte ad Salluft. Iug. c. 52. f. Pierius ad Virgil. Aen. 1, 293. ubi et Heynius notat vitiofam fcripturam, quod et fecerunt plurimi alii laudati a Drakenb. ad Sil. Ital. 7, 280. et ad Liv. 2, 54, 5. Cannegietero ad Aviani fab. 9, 1. Cf. Broukhuf. ad Tibull. 1, 5, 53. Havercamp. ad Orof. 2, 12. p. 120. Harlefius ad Cellarii Orthogr. T. 1. p. 180. et ad Melam 1, 1, 4. 1, 19, 10. 3, 2. f. et 3, 8, 3. Turpe adeo putat aliter nunc edere Garatonius ad Ciceron. Verrin. 1, 5. Inde vero etiam facilius perfpicitur, cur tam faepe *artus* et *altus*, *artus* et *ortus*, *arta* et *atra* commifceantur, uti paffim obfervarunt viri docti. Hinc et *arcius* pro *artius* ex eodem pronuntiationis fono Prag. 3, 8, 3.

Anguftias) *Eius* addit Vindob. Poft Parif. 3. *Ifcinon;* Vatic. Cibin. Gud. Lipf. Rehdiger. *hifmon;* Lipf. in margine *Hifmon;* Vindob. *hifcimon;* Prag. *hiftinon*. Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. *Ifcinon;* 5. *Ifchnon*. TZSCHUCKE. *Ifchnon)* Scribendum *Ifthmon* iisdem

auctoribus. BARBARVS. Recte, uti etiam ex hoc monito dederunt edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae. Atque ita etiam exhibet Venet. Poſt idem *frontemque;* Cibin. *ſontem;* Vindob. omittit *eius.* TZSCHVCKE. Conſiderandum, an ſit melior lectio *promontorium eius Maſiuſiam* ex Ptolemaeo [3, 12.] et Plinio. [4, 18. ſ. 11.] PINTIANVS. Quid ſibi voluerit Pintianus, neſcio, cum *frontem* mutat in *promontorium. Frontes* paſſim vocat Mela partes illas continentis, quae maxime in mare excurrunt et prominent. Graeci μέτωπον dicunt. VOSSIVS. *Promontorium* cum Plinio vocant etiam Solin. c. 16. ſ. 10. et Martianus Capella lib. 6. p. 212. Et ſic Lycophron v. 534. Χερσαίου κέρως. vel ut alii κέρας. Nam Μαζουσία ibi ſine dubio eſt Maſtuſia. Suo autem more et modo Mela *frontem* vocat, quod aliis eſt promontorium, cum inde poſtea ad latera progrediatur, quorum unum deſcribit ad Helleſpontum, ad mare Aegaeum alterum. Sed vid. de h. v. Vol. 2. ad 1, 2. in. et de commiſſione *fons* et *frons* ad 1, 13. 3. Certe nimis etiam hic temeraria eſt Ciacconii emendatio nec ullo modo ferenda. *Iſthmos* autem et alibi vitiatur, veluti apud Lucan. 1, 101.

Maſiuſiam) Vatic. 3. Prag. *maſcuſiam;* Gud. *maſchuſiam;* Vindob. *maſcuſſiam;* Cibin. Lipſ. Venet. *maſihuſiam.* Graecis Μαστουσία, et ſic recte editiones.

Cherſoneſum) Cibin. Gud. Rehdig. edd. 2. 9. *Cherſoneſſum;* Vindob. *cherſonenſum;* Prag. *cherſonſum.* Edd. 6. 7. 8. *cherſoneum.*

memorabilem. In ea) MSS. duo Ciaccon. Cibin. Lipſ. Vindobon. Pariſ. 1. Gud. Rehdiger. Prag. puto etiam Venet. et Havn. *memorabile,* ex quibus etiam τὸ *eſt* omittunt aliqui, vel τὸ *In* maiuſculae literae initio ſubiiciunt. Habent tamen *eſt* Gud. Prag. et videntur habuiſſe Vaticani. (*memorabile eſt.*) Chilianus, notante

I. Gronovio, *memorabilis est. In ea.* Editiones veteres pleraeque *memorabile est. In ea;* Vadianae, Olivarianae, Schottus *memorabilis est. In ea;* 15. 39. 40. *memorabilem. In ea;* post reliquae *memorabilem. Est in ea.* In ed. 25. pallido atramento adscriptum erat: *memorabilem. In ea.* TZSCHVCKE. Aldus: *ob multa memorabile est. In ea flumen Aegos.* Lego: *ob multa memorabilem. Est in ea flumen Aegos,* quia sequitur statim: *Est et Abydos. Est regio. Sunt Protesilai ossa,* consueto schemate. PINTIANVS. Interpunge: *Est in ea fl.* SCHOTTVS. Legendum prorsus, ne quid pereat: *ob multa memorabilem. Est in ea.* Sic scripsisse Melam apparet ex sequentibus. I. GRONOVIVS. Apte sic utique et concinne propter sequentia, ad quae etiam referre maluit Schottus supra ad verba *magno, Apollonia,* etsi ipse aliter edidit. Sic supra §. 5. *similis fuit. Hic Bizone,* et post in hac sectione *est* in edd. quibusdam, veluti 11. 15. 20.

Aegos) Vindobon. cum ed. 11. *egos;* Lips. Gud. *egeos;* Prag. *Egios.* TZSCHVCKE. Huius civitatis nomen non ex parte, sed integrum transmisit ad nos Marcellinus [22, 8.] *Aegos potamos* relinquens, ut apud Graecos invenit, melius fortasse quam Pomponius Pliniusque. [4, 18. s. 11.] Praeterea legendum puto *fluvii Aegos naufragio classis Atticae insignes.* Omnes enim Graeci auctores, qui huius urbis meminere, numero pluralium vocant. Strabo, [6, p. m. 168. s. 287.] Stephanus, Plutarchus, [in Alcib. c. 36. Lysand. c. 9. et 12.] Xenophon, [hist. Gr. 2, 1, 15.] Aristoteles etiam libro primo Meteoron [c. I.] et complures alii, quos ne in re aperta tundam, consulto praetereo, semperque praeposita dictione *Aegos.* Qua propter et hic et in Plinio libentius legerim *Aegos fluvii,* quam retro. Hermolaum autem quis non miretur, qui lib. 4. c. 11. Plinii castig. legit in Pomponio *flumen Aegon,* dubitatque, situe *Aegon* scribendum an potius *Aegos,* quum nullus sit auctor, qui

vel somniaverit quidem hanc urbem appellari *Aegon;* sed omnes uno consensu *Aegos potami* appellent. Strabonis interpres in fine sexti nolens Plinium ac Pomponium imitari *Caprae fluvium* inepte vertit. PINTIANVS. Recte hoc quidem, si Graecos audias. Sic praeter commemoratos Polyb. 1, 6. — Diodor. Sic. 13, 105. in. Pausanias 3, 8. aliique. Attamen nec Graeci sic semper loquuntur, uti in Scylace p. 28. Hudf. Αἰγὸς ποταμὸς, nisi scribendi vitium quis putet, uti apud Herodot. 9, 118. olim sic edebatur, quod Gronovius ex MSS. ad communem aliorum formam revocavit. Sed Latini, quando Latina voce hoc nomen reddunt, *Aegos flumen* praeferunt, uti Nepos in Lysandro c. 1, 4. in Alcib. c. 8. in. in Conone 1, 2. Plinius 2, 59. s. 58. 4, 18. s. 11. diverso ordine. Vid. Oudendorp. ad Frontin. 2, 1, 18. et Staveren in indice Nepotis h. v. Quare in nostro non erat lacessendum aut emendandum, licet ex Ammiano proferatur *Aegos potamos*, usu nempe et vocabulo Graeco. Et sic fere omnes MSS. teste Tennulio et Oudendorpio apud Frontinum c. l. qui docet, aliorum olim exempla de singulari Graeco corrupta et iam emendata esse, vel emendanda, ut in Scylace c. l. idem Pintiani emendationem convincit.

insigne. Est) Edd. 13. 20. *est, et Abydo* prava distinctione, ut supra libri multi. Vindob. omittit *est*. Prag. *etiam Abido;* Gud. *abido.* Idem et Prag. *Sextos;* Vatic. *et Sestos.* Edd. 7. 8. *festos.* Paris. 1. *obiacens et Serstos Leandri nomine pernobile.* Tum praeter Paris. 1. etiam Paris. 2. A. Gronovii MSS. quinque, Cibin. Vatic. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. *pernobile;* Prag. Paris. 2. subiiciunt etiam *est. Est,* atque prior praeterea *etiam regio.* Vulgata melius habere videtur, quam et exhibent quidam alii MSS. et editiones omnes. A. Gronovius subplendum putat *oppidum;* immo decepit libra-

rios vel neutrum praecedens, vel *eſt* ſequens compendio expreſſum.

in qua) Cibin. *in quam*, ut edd. 30. 32. 37. Tum Rehdiger. *in qua vice Perſarum.*

diviſas ſpatio pelagoque) Stultus ſenſus et Mela indignus. Nam quod dividitur pelago, dividi etiam ſpatio neceſſe eſt. Lego itaque: *diviſas Helleſponti pelago terras.* Nam et anguſtum mare fretumque dici etiam ſolet *pelagus*, ut in Hiſpania: [2, 6, 7.] *aperit deinde ſe anguſtiſſimum pelagus.* PINTIANVS. Tacitus in Vita Agricolae [c. 10.] *Britannia* [*inſularum maxima*] *ſpatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hiſpaniae obtenditur.* Vt infra lib. 3. c. 6. *Gades a continenti anguſto ſpatio et veluti flumine abſciſſa.* Quid ſi legas: *plaga pelagoque terras.* Prudentius lib. 2. [v. 612.] contra Symmachum: *diſtantes regione plagae diviſaque ponto Litora conveniunt.* CIACCONIVS. De hac ſermonis redundantia iam ſuperius [ad praefat.] egimus, quae non opus eſt hic repetere. Tantum hoc monebimus, ſic quoque locutum eſſe Tacitum in vita Agricolae, [c. l.] cum de Britannia ait: *Spatio ac caelo in orientem Germaniae in occidentem Hiſpaniae obtenditur.* Male haec Lipſius corrigit. VOSSIVS. Nempe Lipſius diſtinctione mutata Taciti locum inluſtrare ſtudet, ut *ſpatio* referat ad *maxima*, *ac coelo* ad ſequentia; quae quidem ratio melior eſt, quam explicatio Buchneri, qua *ſpatium* eſt ſolum, *coelum* clima. Nuperrime tamen novus editor Engelius emendavit: *ſpatioſo intervallo*, quod non probo. *Helleſponti pelagus* vix usquam reperias. Magis adridet, ſi ex Latina conſuetudine pro ſpatioſo pelago exponas, vel, cum fretum tamen fuerit, forte ſic angere voluit facinoris audaciam, et periculum, ut non ſolum ſpatium interiectum fuiſſe dicat, ſed et pelagus. Ita his ſcriptis locum vidi etiam explicare Kap-

pium, aut certe *ſpatioſo pelago.* Poſſis huc referre ex lib. 3. 5. in. *hiemes* (uti plerique legi volunt) et *rigor* i. e. *hiemes rigidae.* Pintiani tamen emendationem recepit Schottus. Pro *auſus* Prag. *auſibus.*

mirum) Deeſt in Gud. TZSCHVCKE. Eſt ludibrioſae copiae parentheſis, nec poteſt ab dexteritate Pomponii veniſſe. Mihi certe in MS. [Gud.] non occurrit prima vox. Quo indicio prodit haud dubie vera ſcriptura: *auſus pontibus iungere, atque (ingens facinus) ex Aſia in Graeciam pedes et non navigata maria transgreſſus eſt.* I. GRONOVIVS. Brevis, perſpicua et concinna eſt haec parentheſis, et quae totidem verbis apud optimos etiam occurrit ſcriptores. Gronovius tamen vocat *ludibrioſae copiae parentheſin.* Quia vero in vitioſo aliquo libro abeſt vox prima, ideo reſcribit: *atque (ingens facinus) ex Aſia* etc. Nihil nempe amat, niſi quod durum diſtortum et cacozelum ſit. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Falſo vitioſum librum illum vocat. Nihil reſtabat, niſi ut clypeum Antaei quoque diceret ab Mela dictum eſſe *mirum atque ingentem.* I. GRONOVIVS *in nota poſteriore ad h. l.* In Gudiano MS. ſine dubio prima vox excidit, quam agnoſcunt ceteri omnes. Et quis ad menſurae arbitrariae modum auctorum loca redigat, niſi graviora legem ferant. At et alii paſſim ad rem augendam vel efficacius declarandam adiectiva ſimilia adiungunt, nec Plautum quis reprehendit, dum Pſeud. 1, 5, 97. ſcripſit, *mirum et magnum facinus.*

non navigata maria) Forte *non navigato mari.* Cicero de Finibus lib. 2. [c. 34.] *Vt ſi Xerxes cum tantis claſſibus tantisque equeſtribus et pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo maria ambulaviſſet terramque navigaviſſet.* Et paulo poſt: *maria pedibus peragrantem, claſſibus montes.* CIACCONIVS. Credidi aliquando melius legi poſſe *non navigato mari,*

cuius coniecturae nondum me poenitet, nec, cur poenitere debeat, video; hoc eſt enim pedibus transiiſſe. Sic hoc ipſo capite de eodem Xerxis innumerabili exercitu: *et factus freto navigabili pervius*, licet ea, ut ſuppoſititia, furcis Pintianus eiicienda putet. SCHOTTVS. Melius *navigato mari.* IDEM. Neque hic quidquam mutandum. *Non navigata maria transgreſſus eſt*, ſimile eſt, atque illud Lucani [5, 244.] *duri populus non cultor Amani.* Paſſim tales occurrunt locutiones. VOSSIVS. Mira loquutio. Nam quod docte ex Lucano animadvertit Voſſius, id huc applicari non videtur poſſe. Aut, ſi poteſt, aeque ad ſententiam Schotti congruere poteſt, quam ad vulgatam lectionem. Proprie tamen non navigata maria erant ante Argo. Sed demus ſane, auctorem ſic ſcripſiſſe hactenus, et explicare velimus ex ſententia Voſſii; quo iſta copula? Longe melius ea nuſpiam foret. Imo debuit omitti, neque ferri ullo modo poteſt. Quare et Schottus neſcio quid haerens in praetermiſſis melius cenſebat *navigato mari.* Quod ut fortaſſe melius, ita qui probabitur a Pomponio veniſſe? Certe enim id melius, quam Voſſianum, quia particula *et* innuit hic aliquid ſequi ex oppoſitione τοῦ *pedes*, quod ſit in lectione Schotti, non Voſſii; et omnino ſicut prima vox *pedes*, ſic et ſequentibus aliquot impendendae ſunt ipſi Xerxi. Ita enim ſolet Pomponius lib. 2. c. 7. *Continua litora et non pervium pelagus.* Et lib. 3. c. 6. *nefas et pro ſacrilegio habent.* Id ergo ut ſine noxa habeamus, leges poſt hac *pedes et non navigata maria transgreſſus eſt.* I. GRONOVIVS. Nihilo felicior eſt in his. Altera, quam dedimus, lectio, quae omnium librorum auctoritate fulcitur, caret inepta iſta macrologia, et ne ipſi quidem diſplicuiſſet Quintiliano. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* An in meo ſit inepta macrologia, docet locorum, quae citavi, ſimilitudo et exempla collecta in nota ad Prooem. Cod. Mediolan. habet *et nonaginta maria.* I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Captavit auctor verbum *transgreſſus*,

quod non modo ad itinera pedestria usurpatum fuit, sed etiam ad navigationem. Vid. Gellius 10, 26. de h. verbo. Ideo utramque rationem proficiscendi apponit, alteram affirmativam nempe *pedes;* sed quae non sufficit, quum possit vel in *curru* vel in *equo*, tamquam oppositis modis proficiscendi, hic intelligi, unde addit *non navigatu*, quae nempe ordinaria et consueta erat ratio transeundi hinc ex Asia in Europam. 1. GRONOVIVS *MS*. 2. Sensus: maria transgressus est non navibus, sed pedibus. Nihil mutandum. KAPPIVS *in indice ad v. navigare.* Sensus loci apertus est, nec tamen temere haesisse in verbis videntur viri docti. Si enim *pedes* facta oppositione illustratur, *non navigata maria* minus apte respondent; sin explicatio subest, languet particula interiecta. Praetulerim tamen emendationem Ciacconii et Schotti, quae et facilitate et loquendi usu commendabilis est. Vulgatam tamen lectionem constanter servant libri, quos et relinquere nolui, dummodo in explicatione ne arguteris et ad primam navigationem referas.

Protesilai) Vindob. *prothosilai;* Prag. *prothesolay;* Cibin. Rehdiger. edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Prothesilai.* Post Vindob. *consacrata.*

Coëlos) Lips. *Schaelcos;* Vatic. 1. *Scaelos;* Vaticani alii *Scaleos* et *Sceolos;* Cibin. Vindobon. *Sceolos;* Venet. *Scaeleos;* Gud. *Scaelos;* Prag. *Scaleos;* Rehdig. *Scacalos;* Havn. *Scacleos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Sceolos.* TZSCHVCKE. Scribendum *Coelos.* Plinius [4, 18. s. 11.] *Petenti*, inquit, *Melanem sinum portus Coelos.* BARBARVS. Tò *s* ex *portus* male adhaesit, et hinc depravatio secuta est. Proxime accedit verae lectioni Gud. Cap. 15. hinc incipit Vinetus.

excidio) Schottus scripsit *exscidio*, quae voces ut et cognatae alibi etiam commutantur, sensu parum aut

minime diverso. Vid. Drakenb. ad Liv. 5, 15, 9. Bunemann. ad Lactant. T. 1. p. 114. Rhodius ad Scribon. Larg. p. 164. Burmann. ad Virgil. Aen. 4, 425. praeter alios. Infra tamen 2, 7, 9. idem cum libris posuit *excidio classis Persicae.* Et sic supra 1, 7, 2. *excidio rerum.*

et Cynossema) Tò *et* ignorant Vatic. Cibin. Lipſ. Pariſ. 1. 2. 3. Rehdiger. Vindob. Gud. Prag. et edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae aliaeque cum Reinoldianis. Primus addidit A. Gronov. in ed. 44. ex Codd. suis (neglecto tamen Gudiano certe) et post retinuit Kappius cum ed. Norimberg. Equidem tot libris, iisque optimis etiam renuentibus propagare nolui, cum et sic porro pergat noster. Proximam vocem varie efferunt libri. Vatic. Lipſ. Pariſ. 1. Gud. Vindob. *cinosema;* Venet. Rehdiger. *Cynosema;* Cibin. *cynosenia;* Prag. *Cinoscema;* A. Gronov. ex suis notat *Cynossema.* Edd. 1. 3. 4. 5. 12. 16. 18. 19. 21. 24. 25. et Olivarianae pleraeque *Cynosema;* 2. 9. 11. *Cynosenia;* Vadianae posteriores cum suis, etiam Vinetus Graecis literis κυνόσσημα; 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 20. 23. 33. 39. 40. 41. 42. et reliquae cum Reinoldianis *Cynossema.* TZSCHVCKE. Scribendum *Cynos sema*, id est Hecubae tumulus, Strabo, [15. p. m. 409. f. 595.] Plinius, [4, 18. f. 11.] ceteri. BARBARVS. Κυνόσσημα geminato sibilo Thucydides [8, 104. 105.] et Graeci. Ausonius [in epitaph. heroum 25.] *Quicunque hoc nostrum* σῆμα κυνὸς *legitis.* Solin. c. 16. [f. 10.] *Extra Sigaeum Asiae, in quo tumulus est, Cynossema dictus, Hecubae Sepulcrum, et turris Protesilai delubro data.* SCHOTTVS. Κυνὸς σῆμα divise fere in Graecis auctoribus occurrit. Stephanus h. v. Κυνόσσημα. Librariorum errore simplex ponitur, ut in Diodoro Sic. 14, 84. f. Κυνόσημα, ubi alii recte habent. Sic *Cynocephalas* quidam in Floro 2, 7, 11. *Cynosema* veteres

libri in Solino c. 16. f. 10. notante Delrione, Mart. Capella 6. p. 212. At multos, qui eius meminere, producit Boeffius in mifcellan. p. 242. fi quis conferre velit. Solent autem Graeci in huiusmodi locorum denominationibus, quae ex duobus fubftantivis componuntur, integra duo nomina retinere, veluti Μόψου ἑστία, Κυνὸς κεφαλαὶ, Ἡλίου τράπεζα, et alia. Vid. Salmafius ad Solin. c. 43. f. 40. p. m. 586. Latini componunt faepe coniuncta et paullum immutant, ut *Hippocrene*. Praeftat tamen hic Graecam rationem propius fequi, et *Cynos fema* fcribere, Latinis quidem literis propter *e* in altera voce. In fequentibus haec notata varietas: Vindobon. *ecube;* Prag. *Eccube;* Cibin. *ex frigora* pro *ex figura;* Gud. Rehdiger. Lipf. Ciaccon. *in quem;* Lipf. Vindob. *in qua;* Cibin. *deciderant.* Edd. 6. 7. 8. 10. *excepto.*

Madytos) Vatic. 1. Parif. 1. Vindob. *Macidos;* Cibin. Parif. 3. Varr. in ed. 27. *Macydos;* Gud. *macedos;* Venet. *eft deinde Mathios;* Rehdiger. *Mathidos;* Parif. 2. *Madytos;* Prag. Lipf. et Vatic. 3. omittunt plane verba: *Eft Madytos — Hellefpontum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Macidos;* 15. 17. 20. 23. cum Cod. Venet. *deinde Mathios;* 38. et Lugd. 1605. *Macida;* Vinetus, Voffius ceteri *Madytos.* TZSCHVCKE. Ex Demofthene [pro corona p. 256. Reisk.] *Madytos* legendum, non *Macydos.* CIACCONIVS. *Matydos* leg. H. Stephano [in praef.] videtur; aliis *Malidos* ex Stephano de Vrbibus. SCHOTTVS. Pro *Macido Madytum* repofuimus ex omnibus. VOSSIVS. Nefcio, qui ex Stephano *Malidos* legere velint, cum is habeat Μαδυτὸς et Μάδυτα. Pofterius, quod hic pofuerunt duae editiones neutro genere exhibent notit. ecclef. notante Ortelio h. v. et Holftenio ad Stephan. p. 195. Hic Codices omnes terminationem in *os* fuadent, quam frequentant veteres auctores; tum et

Madytos ex his et quibusdam MSS. recte receptum eſt. Alibi iſta vox in *Abydos* tranſiit mutata, veluti in Livio 33, 38, 8. ubi *Madytos* repoſuit primum Glareanus probantibus aliis, in Herodoto 7, 33. Tzetze ad Lycophron. v. 1432. Alias depravationes dabit Liv. 31, 16, 6. Dare etiam hoc nomen vult Gronovius Scylaci p. 67.

Eleus) Cibin. *heleus;* Gud. *helous quem;* Venet. *Eleos;* Rehdiger. omiſſo antea *eſt*, *Eleusque;* Pariſ. 1. 2. 3. *Eleus;* Vatic. 1. non habuit; alii cum ſuis. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Helleus;* 13. *Elaeus;* 16. (Vadianus) 18. 21. 22. 24. 25. reliquae *Eleus.* Sic melius ſine adſpiratione, quam nec cum Graecis Latini et hic MSS. agnoſcunt. TZSCHUCKE. Dupliciter ſcriptum invenio, ſine diphthongo et cum diphthongo *ae* in ſecunda. Cum diphthongo ſcribunt Ptolemaeus, [3, 12.] Stephanus, Thucydides. [8, 102 ſqq.] Sine diphthongo Strabo in ſelectis, [epit. lib. 7. extr.] Pauſanias, [1, 34. 3, 4. m.] Herodotus, [6, 140. 7, 21. et 33. ante Gronovium] Arrianus, [de exped. Alex. 1, 11, 8. 10. olim] Xenophon, [Hiſt. Gr. 2, 1, 20.] Plutarchus, Philoſtratus, [in Heroic. praef. 3.] Demoſthenes [contra Ariſtocr. p. 672. ed. Reisk.] et alii. PINTIANUS. Ἐλαιοῦντα et Ἐλαιοῦσσαν etiam alii veterum oppidum iſtud adpellarunt. Perperam tamen, cum Ἐλεοῦς verum fuerit nomen. VOSSIUS. Mutavit igitur Voſſius opinionem, qui olim ad Scylacem p. 68. ed. Gronov. vellet Ἐλαιοῦς. Veteres huius oppidi ſcripturam variaſſe, ſatis docent loca a Pintiano indicata, quorum numerus augeri facile poteſt. Sic per diphthongum etiam Scymnus Chius v. 706. Harpocration p. 144. h. v. auctor. Etymol. M. h. v. Procopius de aedific. 4, 10. f. Plinius 4, 18. ſ. 11. Per ε Suidas h. v. Diodor. 13, 39. 49. Galen. de antidot. 1. p. 426. Baſil. In aliis variant codices. Sed et docti viri in diverſas abeunt partes. Alii utramque ratio-

nem adferunt, uti hic Pintianus, Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 34. Holſten. ad Stephan. p. 109. Harduin. ad Plin. c. l. Weſſeling. ad Diodor. 13, 39. Diphthongum alii probant, in quibus Waſſius ad Thucyd. 8, 103. Gronov. ad Herodot. 6, 140. Valckenar. ad 9, 116. et in primis Drakenborch. ad Liv. 31, 16, 5. Ex numis diverſitas illa dirimi non poteſt, cum in iis non occurrat. Nam quod quidam ferunt Ἐλαιουσιων, pertinet potius ad Elaeuſam, parvam Ciliciae inſulam, cuius paſſim etiam auctores faciunt mentionem, quamquam ad noſtrum oppidum retulit Guſſeme in Diccion. Vol. 3. p. 124. et quidam alii. Voſſius etiam hic, recte improbante contra Hermolaum Pintiano. Equidem duplicem ſcripturam invaluiſſe puto, atque ſic a vulgari tantum non omnium editionum discedere dubitavi.

§. 8. *impellit)* Edd. 1. 9. *impellitur*, uti fit paſſim. Rehdiger. Lipſ. *ſubmotas*, quod repoſui; τὸ *ad* excidit in ed. Reinold. 1775.

quod Sunium) Rehdiger. *ſummum;* Prag. *ſumnium;* Gud. *Sinuſum;* Vindob. *quod vel ſinum.* Tum Cod. Ciaccon. Lipſ. Gud. *vocant*, uti fit ſaepe: Sic 1, 1, 2. *nominant* et *nominantur*, ubi vide.

praevectisque) Pariſ. 2. *pervectis;* Pariſ. 3. *pervectisque;* Prag. *provectisque;* Vindob. *prevectisque;* A. Gronov. MSS. et quem ſe conſuluiſſe adfirmat Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. C. 3, 26. quibus accedit Cod. Ciaccon. et reliqui ex meis *praevectisque*, nec aliter edd. etiam vetuſtae, praeter 13. in qua *praetervectisque*, usque ad Voſſium, qui primus ex recentioribus dedit *praetervectisque*, cum Reinoldianis ad ed. A. Gronovii 45. in qua primum rediit *praevectisque*, quod reliquae retinuerunt. TZSCHVCKE. Melius *praetervectis*, ut ſupra in Troade: [1, 18, 2.] *quod praetervectos ſinus excipit*

non parvus; et non multo ante: [hoc cap. §. 5.] *et Tiriſtris promontorium, quod praetervectos alter Ponti* etc. PINTIANVS. *Praevectis* etiam legi poſſet, ut ſupra lib. cap. 2. [2, 3, 6.] *Ab eo ad Sunium tendentibus illa praenaviganda;* et cap. 4. *Hunc enim praegreſſos Piceni litora excipiunt.* CIACCONIVS. *Praevectisque* merito tuetur Oudendorpius ad Iul. Caeſ. lib. 3. de B. C. c. 26. §. 1. [et ad Sueton. in Caeſ. c. 37.] A. GRONOVIVS. Sic alibi etiam variatur, de quo vid. Burmann. ad Sueton. Iul. cap. 37. et Gronov. ad Liv. 24, 44, [non 44, 25.] 10. 25, 27. f. et 29, 32, 8. quos laudat Oudendorp. c. l. Ita vero ſaepe *praevehi* occurrit, uti apud Lucan. 7, 342. (etſi ibi Burmann. tuetur *provehi,* cum quo commutari ſolet) 9, 1003. 10, 308. Plin. epiſt. 1, 8. Tacit. Annal. 2, 6. f. Silius Ital. 5, 170. 7, 117. Claudian. de raptu Proſ. 2, 122. Virgil. Aen. 7, 166. ad quae loca etiam de variatione conſuli poſſunt viri docti. Eodem modo dicuntur *praegredi* (Mela 2, 4, 6.) *praelegere* (Germanic. in Arat. v. 357.) *praefluere* (Plin. 4, 4. ſ. 3. 5, 21. ſ. 25.) et ſimilia. Cf. Oudendorp. ad Frontin. 2, 2, 10.

Maſiuſiam) Vatic. 1. Voſſ. 1. Mediolan. Chiſ. Cibin. *Maſſuſiano;* Voſſ. 5. A. Gronov. Venet. Pariſ. 2. *in aſſuſia;* Prag. Vatic. 3. *in Aſſuſia;* Rehdiger. *Maſſuſſiam;* Pariſ. 3. Gud. *in Aſſuſiacum;* Vindob. *in aſſuſiacum vel in Aſſuſiano;* Lipſ. *maſthuſiam eſt ſinus intrandus;* alii cum conlatis. Edd. 1. 5 9. 11. *in Aſſuſiacum;* 2. *in Maſſuſiacum;* 3. 4. *in aſtuſiacum;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Maſiuſiam; tum;* Vinetum ſecutus iterum poſtea expulit A. Gronovius in ed. 45. quem ſecuti ſunt poſteriores. TZSCHVCKE. Scribo, *praevectisque Meſiuſiam, tum ſinus intrandus,* hoc eſt, is qui Melas dicitur; id et ſequentia, et Ptolemaeus [3, 12.] docebunt; ſed et Plinius [4, 18. ſ. 11.] et Strabo. [2. p. m. 63. ſ. 92.] BARBARVS. Τὸ *tum* otioſum plane

eſt in hoc nexu et moleſtum. Ex ultima ſyllaba male percepta originem traxiſſe videtur, quare et codices quidam ignorant.

Cherſoneſi) Cibin. Lipſ. Gud. Rehdig. Prag. *Cherſonenſe;* Vindob. *Cherſoneſe.* Edd. 1. 2. 9. *Cherſonenſe;* 13. 35. *Cherſonenſi;* 14. *Cherſoni.* Sic *Cherſonenſus* multi codices in Frontino 1, 4, 13. Hirtio de B. Aex. c. 10. Cf. mox ad *Alopeconneſum.*

alluens) Voſſ. 3. *ăluens;* 4. *alueus;* mei *abluens,* uti editiones ad ed. A. Gronovii 45. in qua prodiit *alluens,* quod poſt ſervatum eſt. Confuſio nota, de qua ad 1, 4, 4. 2, 1, 6. Dedi et hic *adluens,* unde vitii origo adparet.

iugo facie —) Rehdiger. *phace;* Vindobon. *phacie;* Cibin. *phaciae,* quod et in Vatic. fuiſſe videtur. Edd. 6. 7. 8. 10. *facile,* pro quo in ed. 6. docta manus emendaverat *facie;* 15. 20. 23. *Phaciae;* 17. *Phacie.* Schottus ita hunc locum expreſſit: *longo muro Macrutichus includitur.* TZSCHVCKE. Caſtigandum: *iugo Pallenes includitur.* Nam ſecundum Pomponium et ſinus Melas et tota Thracia Pallene terminantur. Eſt autem *Pallene Cherroneſus* et urbs et mons auctoribus Apollonio in primo [v. 599.] et eius Enarratoribus, praeterque Dionyſio Byzantio, [v. 259. et 327.] qui iugi Pallenes meminit. Alioqui Mela et in his, quae longe porriguntur, absque montium mentione utitur hoc nomine *iugum,* ut in tractatu Cypri. [2, 7, 5.] *Cyprus,* inquit, *ad ortum occaſumque ſe immittens recto iugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur.* PINTIANVS. Pomponius lib. 2. c. 6. in Hiſpania: *illud iam in occidentem et Oceanum obliquo iugo excurrens.* Aldus habet *Phacie vallis;* ſed aliter habet meus Liber, ut ipſe Mela lib. 3. c. 3. *vagum atque diffuſum facie amnium ſpargitur;* et lib. 2.

c. 1. *et* (terra) *quaſi in mucronem longa colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt.* CIACCONIVS. Repone *longo muro Macrutichus* ex Plinio. [4, 18. ſ. 11.] Vulgati *iugo facie vallis includitur;* vitioſe, quod nihil veri inde eruere queas. Quid Pintianus tentarit, *iugo Pallenes includitur,* in promtu eſt legere. SCHOTTVS. Mirifice hic locus vexatus eſt a multis. Nos veterem lectionem reduximus. Sic ſuperiori quoque capite locutus eſt de Achillis inſula: *facie poſiti enſis allecta eſt.* Sed et infra de ſinu Codano: *facie amnium ſpargitur. Iugum* vero vocat littus illud excelſum, quo Melas ſinus utrimque praecingitur. Etiam alibi ſic porrecta littora aliisque oppoſita ſub iugi nomine deſcribit; de Cypro quidem inſula, *quod recto iugo inter Ciliciam Syriasque porrigitur.* Iunonis vero promuntorium inquit, [2, 6, 9.] *obliquo iugo excurrere,* adverſum Ampeluſiae. Atque quidem haec eſt vera huius loci interpretatio. Pintiani vero coniectura: *iugo Pallenes includitur,* ne excuſari quidem poteſt. Nempe et ipſe et multi alii eruditi ita male mentem Dionyſii Halicarnaſſenſis [1, 47. f.] perceperunt, ut, quae hic de Pallene Macedonica dixit, illi de hac Thraciae Cherſoneſo ſint interpretati. Licet vero ipſi hoc nomine reprehendendi ſint, non tamen ab omni culpa immunis eſt Halicarnaſſenſis, quod errori huic tam opportunam cauſam praeſtiterit. Quamvis enim e toto loco manifeſte adpareat, illum de Pallene Macedonica agere, ita tamen de ea loquitur, ut nemo non primo adſpectu illum de hoc Thracum Cherſoneſo ſermonem facere exiſtimet. Ait enim de Aenea: Ἐπειδὰν παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης Χεῤῥονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Navigantibus enim in Helleſponto, ecquid ulla Cherroneſus erat propior, quam haec Thraciae? Quorſum ergo Pallenen proximam facit, quae aliquot dierum navigatione hinc aberat? Fatendum eſt igitur,

vel erraſſe Dionyſium et confudiſſe utramque hanc Cherſoneſum, vel impegiſſe in artem ſuam, et non ſatis diſtincte eſſe locutum. Ratio, quamobrem multi has Cherſoneſos confuderint, ea eſt, quod utraque dicatur Thraciae. Itaque Stephanus et alii Παλλήνην vocat πόλιν Θρᾴκην. Nempe quia Thraces aliquando eam tenuere. Sciendum enim, ut olim Graecia dicebatur, ubicunque eſſent Graeci, ita quoque Thraciae nomine veniſſe omnia ea, quae aliquando Thraces inhabitavere. Hinc fit, ut non tantum pleraque Macedoniae loca, ſed et Theſſaliae et Atticae, quaecunque Eumolpus Thrax tenuit, Thracia ſaepe nominentur. Atque haec quidem hactenus, unde innumera veterum loca, Poetarum praeſertim, illuſtrari poſſunt. Ceterum et hoc quoque monendum, in verbis Dionyſii aliud quoque eſſe mendum, ſcribendumque, τῆς Εὐρωπίης, non Εὐρώπης, quod ineptum hoc loco. Europia eſt regio Macedoniae, ſic dicta ab Europo urbe. Huic regioni obiacet Pallene. VOSSIUS. Aliena utique eſt Pintiani emendatio, non ſolum quia fit praeter codices et neceſſitatem, ſed et Melam facto ſaltu ad remotiora inde loca abripit. Quem vero ordinem teneat in ipſo recto curſu, infra adparet. Schotti lectio et ipſa nimis a librorum veſtigiis recedit, vinculisque conſtrictum Melam in via retinet. Senſus omnino hic eſt: Sinus ille veluti vallis undique montoſi litoris iugo incingitur, atque ita, quod ſolet, loci formam et ſpeciem breviter et luculenter deſcribit.

ex fluvio, quem) Prag. *flumine, quem;* ed. Lugdun. 1605. *accepit.*

Melas) Prag. *Melasdens duas;* Cibin. *Melis.* Ed. 1. *Melias;* 2. 9. *Mellas.*

Alopeconneſum) Vatic. Gud. Prag. Vindobon. *alopoconeſum;* Lipſ. *alopoconneſum;* Rehdiger. *alopoconenſum;* Cibin. ut Boccat. de maribus ſ. v. Maſſuſianus

ſinus *alopochonenſum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 11. *Alopoconenſum;* 5. 9. *Alopoconeſum;* 10. *alapeconeſum;* aliae vel *Alopeconeſum,* uti Vadianae, vel, ut etiam recentiores, *Alopeconneſum.* TZSCHVCKE. Scribe *Alopeconeſum.* [ita ed. 1493. non ut Gronovius per duplex *n*] BARBARVS. Inſula haec eſt Straboni, et *Aloneſus* lib. 9. [p. m. 300. ſ. 436.] Stephano etiam civitas. Non ſequor igitur eos, qui *Callipolim* contra libros repoſuerunt. SCHOTTVS. Falſo huc refert Schottus Aloneſum Strabonis, quam hic diſerte Magneſiae obiectam dicit. Nec, quae fuit in Thraciae vicinia *Aloneſus* huc pertinet, a qua noſtram Plinius 4, 23. ſ. 12. diſtinguit et ſitu et nomine. Qui vero Callipolim Melae obtrudere voluerit, etſi recte reprehenditur, ignoro. Simplici *n* effert Stephanus h. v. et ſub Κάλῃρος, item Harpocration h. v. Duplici *ſ* Demoſthenes pro corona p. 256. et in Ariſtocrat. p. 675. ed. Reisk. Scymnus Chius v. 705. Suidas h. v. Livius 31, 16, 5. (ubi tamen variatur) Plinius 4, 23. ſ. 12. Ex numis nihil efficitur, cum vocem integram non exhibeant. Quod Berkelius ad Stephan. p. 108. ex numo C. Caeſ. Auguſti adfert Ἀλωπεκονίσιον, qua id fide fecerit, ſtatuere non poſſum. Simplici etiam legiſſe videtur in Demoſthene Harpocration. Auctores noſtri parum ſibi in hac compoſitione videntur conſtare, Stephano excepto, qui praefert ſimplex, et ſic *Proconeſus, Haloneſus, Hipponeſus, Elaphoneſus, Arconeſus.* Plinius in eodem loco, ubi legitur Alopeconneſus, dat etiam Haloneſos et Arconeſus, ſed et Pateronneſos. Sed cum eadem forma ſine haeſitatione ſcribatur Peloponneſus, receptam hodie lectionem adtingere dubitavi, in primis cum Strabo duplex *n* poſt uſum obtinuiſſe ſcribat 13. p. m. 425. ſ. 618. veluti *Hecatonneſus, Myonneſus, Proconneſus, Halonneſus.* Cf. ad 2, 7, 3.

et in altero) Τὸ *in* omittunt edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. Tum Venet. *et in altera parte litoris ſitam;*

Vindob. *Isthini litoris litem.* Edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 28. ut Cod. Lipſ. *littoris;* ſed ante Vadianum iam 13. *littore.* Porro pro *Iſthmi* Cibin. *yſthmi;* Lipſ. Rehdiger. *Hyſtmi;* Prag. *Hiſtmi;* Gud. *Iſtmi*, nota depravatione. *Litoris* ſine dubio accommodarunt ad *Iſthmi.*

Cardiam) Cibin. Lipſ. *Cardian*, uti ed. 43. Prag. *cardina;* Pariſ. 1. *cadiam.* Alii *Cardiam.*

eximia eſt Aenos) Voſſ. 1. Cibin. *Eſt et Enos eximia;* Vindob. *exima;* reliqui, in quibus Auguſtinor. *eximia*, uti edd. omnes. TZSCHVCKE. Pro *eximia* legendum forte *extra*, id eſt, extra ſinum, ut h. l. c. 4. et 5. vel *extra eam.* Vide Herodotum lib. 7. [c. 58.] et Ammianum Marcellinum ſol. 566. [22, 8.] Euſtathius ad Dionyſ. [v. 538.] Αἶνον in Melanenſi ſinu eſſe ait. CIACCONIVS. Forte: *Extra eſt Aenos.* SCHOTTVS. *Eximia eſt Aenos)* In quibusdam libris deeſt vox prior. Forſan ſcriptum fuit: *Exin eſt Aenos.* VOSSIVS. Certe vacuum eſt illud epitheton in urbe, quam tot magis eximiae comitantur vel antecedunt. Vnde etiam merito id ſibi diſplicere oſtendunt viri docti, ſed Voſſiana coniectura, praeterquam quod ab genio Pomponii aliena eſt, non utentis illo adverbio, niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non item ſinu diſtinctis, etiam refellitur ab poſtrema litteris, quae in omnibus ſcriptis exſtans credi non poteſt adiecta fuiſſe ab ſciolo et expelli debere. Potius error cenſeri debet in quinque mediis lineolis *imi*, et ex illis accreviſſe aliquas praeter mentem auctoris, quum librarii invenirent *exita.* Inde putantes litteram *m* excidiſſe ita ſuppleverunt. Nam Mela dederat *extra eſt*, nempe ſinum, ut recte coniiciebat quoque Schottus. Ea vocula ſemper utitur poſt finitum ſinum. Lib. 2. c. 4. *Sinus eſt continuo Apulo litore incinctus. Extra Sipuntum.* Et hoc exemplo utitur ipſe

Vossius, dum lib. 2. c. 4. vidit in MSS. legi *superita* pro *superna.* Immo hac duarum lineolarum occasione lib. 2. c. 2. in *Tritonice* degeneravit *tum Tomoe.* Et videntur sane vel scribae vel editores valde liberales fuisse in donanda Pomponio littera *m.* Nam sic edi video lib. 2. c. 3. *Peloponnesos — platani folio simillima,* ubi ipse in MS. reperi *similia,* quum in Chisiano clare habeatur *similis,* quae vera lectio, et sic quoque citatur ab Pintiano in castigationibus, ut haud dubitanter id ipsum revocari debuerit. Lib. 2. c. 6. *Virgi in sinu, quem Virgitanum vocant. Extra Abdera* etc. Lib. 3. c. 1. *In proximo sinu portus est* etc. *extra Iunonis ara templumque.* I. GRONOVIVS. Eximiam vocat, quod ab Aenea condita crederetur, quomodo et Virgilius, [Aen. 5, 18.] quamvis ex Homero contrarium constet. Oppidum quidem non admodum magnum, aetate tamen Melae inter eversas bello Macedonico plerasque fere in hoc litore civitates etiamnum illustre, utpote libertate donatum a Romanis, nec Polydori tantum tumulo, sed et Caepionis sepulcro, quod in medio huius foro exstruxerat Vticensis Cato, et multis quoque aliis Romanorum ornatam operibus, quorum etiamnum supersunt vestigia. Si cui haec non satisfaciant, monui legendum forsan esse *Exin,* vel *Exinde est Aenos,* etsi contra alte clamat Gronovius. — Non Mela tantum, sed et quot sunt vel olim fuere scriptores, cum orae maritimae loca recensent, fideliter semper persequuntur litus, nullo habito discrimine, utrum illud magnis, minutis, aut etiam nullis inflectatur sinubus; sive etiam recta sive curva sint litora, unum tantum admittunt ordinem, unamque, quamdiu continua sunt, describunt lineam. Vndenam Gronovius *exin* rectum significare litus? Porro si quis Pintiani [Schotti] probet lectionem legentis: *Extra est Aenos,* per me licet, ut unusquisque pro captu suo statuat. Ego vulgatam omnium librorum auctoritate confirmatam retinendam censui. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Redit ad suum

exin vel *exinde*, — et tum rogat, undenam hauſerim *exin* rectum ſignificare litus. Nonne hoc dixi? Tamen veneror ſenem et illi ſatisfacio ex cap. 4. huius libri, ubi, poſtquam dixit, a Pado ad Anconam transiri Ravennam, Ariminum, Piſaurum, Faneſtrem coloniam ſine notabili terrae receſſu et in recto litore, pergit: *Exin illa* etc. Vnde ſimul patet, fatue ab Voſſio cogitatum lib. 3. c. 6. *Exin Scandinovia.* I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Senſus: Aenos eſt memoria digna, digna, quae nominetur, non per ſe, ſed quia condita eſt ab Aenea. Niſi enim tam illuſtrem auctorem habuiſſet, a Mela non nominata fuiſſet. Sic Valerius Maximus 6, 9, 9. de Ventidio Baſſo hanc vocem adhibet. Sic *Cyllene* vocatur inſignis, quod Mercurium ibi natum arbitrantur 2, 3, 136. Cf. 1, 18, 35. 1, 15, 18. 2, 2, 116. 2, 3, 19. et 144. et 92. 2, 4, 105. 2, 7, 160—162. Male ergo Ciacconius, Schottus, Voſſius et Iac. Gronovius textum mutare et legere malint *exin* vel *extra*. KAPPIVS. Repetiit idem ſummam huius notae ad Valer. Max. c. l. Si retineas vocem *eximia*, quod iubent libri omnes, non nimis acriter inhaerendum eſt uſitatae eius ſignificationi, quae plus valet. Facit tamen Aeneae celebritas, ut ferri omnino poſſit. Alias in progreſſione rectius deſideres *extra*. Pro *Aenos* Cibin. Vindob. Prag. *enos*; Cibin. totum locum ſic exhibet: *Eſt et enos eximia ab aenea.*

circa — Cicones) Vindobon. *circum*; ed. 3. exemplar ex correctione *citra*; Vindob. *aebrum*; Lipſ. Prag. *ebrum*; Cibin. *cychones*; Rehdiger. *cycones*; Prag. *ciccones.* TZSCHVCKE. Lego: *Citra Hebrum Cicones*; ſequitur enim *trans eundem Doriſcos*; confirmatur quoque auctoritate Herodoti. [8, 59.] PINTIANVS. Speciem utique habet haec Pintiani emendatio ab ipſo Mela inducta, facilisque fuit commiſtio, de qua cf. Drakenb. ad Sil. Ital. 16, 661. et Liv. 21, 48, 6. Attamen non opus eſt vulgatam deſerere, quia auctores in utraque ripa

eos oftendunt, uti Herodotus c. l. Plinius 4, 18. f. 11. omninoque ifta iuxta Hebrum regio iis adfignatur. At de Dorifco urbe fitum aliter definire non poterat.

Dorifcos) Vindob. *dorifchos*; Vatic. 3. Prag. Havn. *Dorificos*; Cibin. *chorifcos*; Gud. *dorificos*. Sic porro Lipf. Rehdiger. *Xerfem*; Vindob. *Xerfeni*. Ed. 1. *Xerfen*; 2. 9. 15. 20. *Xerfem*.

quia — menfum) Vatic. 3. Venet. Havn. Prag. *quia invento fpatio numerare non poterat, menfum*; Parif. 2. *quia numero non poterat, invento fpatio menfum*; Parif. 1. *quia numero non poterat, menfurare ferunt*. Alii receptam lectionem exhibent. TZSCHVCKE. Vide, num fincerior fit lectio quorundam codicum ita legentium: *ubi Xerxem copias fuas, quia numerare non poterat, menfum ferunt*. VOSSIVS. Ita vero perit loci concinnitas ex obpofitione nominum uni verbo accommodatorum nata. *Menfum* propius adficit vicinum, longius, remotum, uti faepe fit in fimili nexu.

deinde) Gud. Vindob. *dein*, ufitata commutatione. Cf. ad 1, 2, 2.

Serrium) Voffius ex fuis omnibus notavit *Seriphion*; Cibin. *Seripion*; Vatic. 1. Gud. Havn. *Seriphion*; Parif. 3. *Serriphion*; Rehdig. *Seryphion*; Vindob. *feriphon*; Vatic. 3. Lipf. *Sirifion*; Prag. *Syrifion*; Venet. *Sityphion*; Parif. 2. *Sirifium*; Parif. 1. *Strifion*. In ed. 23. lectioni Vatic. 1. *Seriphion* pallidiori atramento fubfcriptum erat *Scriphiorum*, quafi prius ex contractione ortum. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Seriphion*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 17. 18. 21. 22. 24. 25. Olivarianae cum recentioribus *Serrium*; 15. 20. 25. pofteriores Vadianae, 30. 32. 37. *Serium*; 13. *Serrhium*. TZSCHVCKE. *Seriphium)* Scribi poteft *Serrium*, [fic ed. 1493. non

Serium, uti A. Gronovius] ut in Plinio [ad 4, 18. f. 11.] monſtravimus, aut *Zerynthium* ex Lycophrone [v. 77.] ac Nicandro, [Ther. v. 462.] qui proximum Zonae antrum Hecatae dicatum ita nominavit. BARBARVS. Ante Hermolaum *Seriphium* [— *on*] legebatur. Solinus c. 10. [f. 16.] de Orpheo *quem ſive ſacrorum ſive cantuum ſecreta in Sperchio promontorio agitaſſe tradunt.* Marcianus Capella lib. 6. [p. 212. Grot.] *Nam in Spartio promontorio ille vitam aut ſacris, ut aiunt, impendit, aut ſidibus.* CIACCONIVS. Omnes libri legunt *Seriphion*, unde vulgatam lectionem excuderunt. Sed arbitror Melam ſcripſiſſe Zerynthum. Promuntorium hoc dictum ab antro Zerynthio ſito in eodem monte. Mons ille conſitus eſt nemoribus iſtis, quae Orpheus illuc cantu ſuo transtulit. Ὀρφέως δρύες illic memorantur, ſub quibus antrum Zerynthium viſebatur, teſte Nicandri ſcholiaſte. [ad c. l.] Sed et urbem Zerynthum illic memorat Stephanus, et templum Apollinis Livius [38, 41, 4.] et alii. Huic vero monti viciniſſimam fuiſſe Zonam, teſtantur omnes. Non poteſt itaque veritas huius lectionis in dubium vocari. Solinus *Sperchium* vocavit hoc promuntorium, vocabulo corrupto ex *Seriphion* Melae, unde adparet, quam vetuſtum ſit iſtud mendum. Nempe ignotum erat librariis promuntorium Zerynthium, et forſan aliquid legerant vel apud Tacitum, [Annal. 4, 21. extr.] vel alios, de ſaxo Seriphio, ideoque illud tamquam notius ſubſtituerunt. Idem vero eſt et Serrium et Zerynthium promuntorium. VOSSIVS. Retinuit tamen Voſſius in ipſo contextu Serrium, neque ego inde diſcedendum arbitror. Zerynthium promontorium nusquam reperi. At vetuſti auctores antrum celebrant Hecatae conſecratum. Vid. Lycophr. v. 77. et ex eo Stephan. h. v. ut et Schol. Nicandri c. l. Tzetzes ad Lycophron. v. 449. Venerem etiam ibi cultam narrat, et Livius 38, 41, 4. *Zerynthium templum Apollinis.* Multi tamen Zerynthum ſive urbem, ſive, quod plerique habent,

antrum etiam in Samothrace ponunt, ubi quidem Hecates et Corybantum facra frequentabantur. Sed cf. qui plura dabunt Berkelius ad Stephanum p. 575. itemque Holften. p. 127. Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 22. et 92. Potter. ad Lycophron. v. 77. Bochartus in Chanaan 1, 12. qui ambo pugnant pro Samothracia. Adtigit etiam eum veterum disfenfum Schol. Nicandri ad c. l. Ex iis, qui Thraciae ipfi tribuunt, Livius c. l. in Aeniorum finibus ponit. At fi vel fitus conveniat, non tamen negligendae funt codicum voces, quae quidem depravatae *Seriphiou* et fimilia acclamant; fed ita tectum lateat Serrium potius quam Zazynthum. Quam coniecturam adiuvant libri Liviani quidam 31, 16, 6. qui *Serpheum* et fimilia edunt. Serrium prope Zonen ponit Herodotus 7, 59. et Plinius 4, 18. f. 11. Cf. etiam Demofth. in Philipp. 3. p. 114. ed. Reisk. prope Dorifcon Livius c. l. et Demofth. in Philipp. 4. p. 133. Accedit momentum non leve, quod Herodotus c. l. ἄκρην ὀνομαστὴν vocat prope Dorifcon et Zonen. Appianus de B. Civ. 4, 101. f. prope Dorifcon ὄρος et poft c. 102. προὔχειν εἰς τὸ πέλαγος. Ceterum Graecis ufitate Σέῤῥειον, unde in Latinis efferri poteft aut *Serrheum*, quod praetulit in Livio c. l. Drakenborchius codicum indicia fecutus, aut *Serrhium*, quod propter noftrorum librorum monita, adfpiratione tamen non aeque neglecta, dedi. Probavit hanc lectionem etiam Salmafius ad Solinum ad c. 10. f. 16. p. m. 113. quam corruptione ortam putat ex *Serphium* pro *Serrhium* confufione τῶν *r* et *p* nota. Sic in Iulii Capitolini Maximo et Balbino c. 1. Palat. *Arpianus* pro *Arrianus*. Sed vid. Salmaf. ad cap. proximum p. m. 122. Drakenb. ad Liv. 23, 1, 6. et quos memorat. Pofui ad Codices certe propius *Serrhium*.

et quos) Sic omnes codices, quos confuluerunt Stephanus, (in praefat.) Salmafius (ad Solin. c. 10. f. 16. p. m. 115.) et ego adhibui. Tantum Lipf. *et quod*; Prag.

ecco cantem. Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *ex quo*; Vinetus, Schottus ceteri *et quo.* Poſſit quidem *ex quo* defendi, certe intelligi ex Palaephato cap. 34. Ita enim ille, Ὀρφεὺς, inquit, *κιθαρίζων ἄγει τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους.* Sed cum undique ex locis viciniis adtracta nemora ſecuta fuerint, MSSti *et quo* tueantur, orationis etiam forma et nectendi ratio adiuvet, recte haec lectio revocata et ſervata eſt, quam et defendit Salmaſius c. l. Senſerunt ipſi editores quidam, in iis Olivarius cum ſuis, praeeunte ed. 24. hiulcam eſſe narrationem, quare *et Zone* poſuerunt, (quod et ex MSS. quibusdam in nota proxima Voſſius refert) alii facile ſentire poterant aut debebant. Sic vero 2, 7, 5. *Paphos, et quo primum ex mari Venerem egreſſam accolae adſirmant, Palaepaphos.*

ſecuta narrantur) Vindob. *etiam nemora narrantur*; Lipſ. Prag. *etiam* omiſit; Gud. *eſt memora*; alii, in iis Vatic. 1. Cibin. *ſecuta narrantur etiam nemora.* Editiones varie legunt; 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 16. 18. 21. 28. *ſecuta et narrantur*; 2. 14. 15. 17. 19. 20. 22. 23. 24. 25. 30. 32. 37. Vadianae poſteriores, Olivarianae, Schottus, Voſſius, 40. *ſecuta narrantur*; Vinetus, 41. 42. reliquae *ſecuta etiam narrantur.* TZSCHUCKE. In MS. uno [Gud.] vidi *narrantur eſt nemora.* Sed in Chiſiano et Mediolanenſi erat *narrantur etiam nemora*, quam veram plenamque Pomponii manum producit ex V. C. Schottus quoque, et fuiſſe cenſeo; et habet particula iſta non modo ſuam vim, ſed genius Pomponii ſemper eam adhibuit, ubi aliquid notabile et mirabile propinquum relaturus eſt. Lib. 2. c. 4. *Padus tam cito proſilit, ut ſuum etiam in mari alveum ſervet.* Lib. 3. c. 4. *adeo atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant.* Lib. 2. c. 7. *Arados parva frequens tamen, quia etiam ſuper aliena tecta ſedem*

ponere licet. I. GRONOVIVS. Vinetus edidit *etiam nemora*, et ſic habent libri nonnulli, ſed recentiores, in quorum nonnullis etiam ſic ſcribitur hic locus: *Ex quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora et Zone.* In uno et altero *et* ponitur ante *narratur*, quomodo et in editione principe. Inde facile coniicias additum eſſe coniunctivum *et* vel *etiam* ab illis, qui *ex quo* in ſuis reperiſſent exemplaribus. Sed vero iſtam particulam non agnoſcunt vetuſtiora exemplaria et ſane tuto poteſt abeſſe. Quod autem Gronovius auctoritate genii Pomponiani valde nempe ſibi familiaris, affirmat voculam *etiam* habere vim et poteſtatem aliquam peculiarem, id ex iis, quae producit, non liquet locis, e quibus nihil aliud colligas, niſi iſtud, particulam hanc, eo, quo paſſim et ubique occurrit, acceptam ſenſu, eſſe Latinam. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Non deſinit me convellere iſta aerugo Voſſii, etiamſi eum non tangam. Excitus enim hac nota iterum perreptavit codices MSS. et quia τὸ *et* in varios locos translatum ex illis oſtendit, inde facile, ait, coniicias, additum ab aliis coniunctivum. Quum diverſum hoc ab illis, quae evomebat ad capit. 5. lib. 1. verba *ſine tectis paſſim ac ſedibus*; perinde ibi illud *ac* iactatur, nec tamen vel cogitat tale quid. — Sic lib. 2. c. 2. eadem vocula in editionibus ſolebat omitti. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Quod ſuperiora docent in recenſu librorum, non ſunt recentiores libri, qui *etiam* habent, nec recentiores, qui omittunt. Sine dubio fuit in Voſſ. 1. optimo, qui cum Cibin. concinere ſolet, nec ab hac parte relictas Perizonii vices recte ſuſtinuit A. Gronovius, qui docere vera poſſet. Mihi quidem placent rationes a I. Gronovio propoſitae faciuntque, ut retineam. Poſt editiones vetuſtae multae *Zonae*, quaedam etiam *et Zone*, de quo antea dictum eſt. Ceterum mutato ordine hic volebat Pintianus: *Tum Zone. Scoenas fluvius.*

Schoenos) Voff. 3. Mediolan. Vatic. 1. Venet. Rehdiger. Vindobon. *Sthenos*; Voffiani duo, Lipf. Gud. *ftenos*; Voffius etiam adfert *Stonus*; Leidenf. *Sithenos*; Prag. *Scenus*; Cibin. *Schenos*; Voff. 1. 5. *Schoenos*; Parifienfis conlator filet, mirum, fi cum Voffio codices *Neftos* habuerint. Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. 13. *Scenos*; 5. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivariana, (27. et Saling. 1538. *Sicenas*) Vinetus, Schottus *Scoenos*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Scenes*; Voffius, 40. 41. 42. *Neftos*; Reinoldianae cum ceteris *Schoenos*. TZSCHVCKE. Codices manu exarati habent *Stenos*; alii vero *Stonos*. Videtur ita olim fcriptum fuiffe: *Tum Viftonos fluvius* pro *Biftonos*. Nempe in Biftonibus populis erant Βίστονος flumen et Βιστονὶς lacus, per quem transit fluvius ille. Valde tamen mihi fit verifimile, pro *Stenos* reponendum effe *Neftos*. Ita enim videtur dictus fuiffe fluviolus, qui e Biftonide palude mare influebat prope Maroneam, alius nempe ab eo flumine, quod ftatim fequitur. Sane auctor ille anonymus, [Scymnus Chius v. 672.] qui περιήγησιν fuam Nicomedi infcripfit, videtur quoque hic alium Neftum collocaffe, quem propinquum facit Biftonidi paludi, cum tamen alii Neftum multo faciant occidentaliorem. Alterum vero Neftum, qui mox fequitur, nonnulli *Nefum* vel *Neffum* appellarunt, credo, ut ab hoc diftinguerent. VOSSIVS. Meram hic videas Voffii licentiam, fluviis nunc hoc, nunc illud vocabulum dantis, nullo auctoritatis robore. In MS. [Gud.] quidem ipfe legi *Stenos*; Mediol. *Sthenos*. Quidquid fit, apparet manifefte, eundem nunc fluvium intelligi, quem *Cudetum* vocat Scylax. [p. 27. Hudf.] In themate enim Thraciae procedens ab Nefto amne fic pergit: Ἄβδηρα πόλις, Κούδητος ποταμός. Αἱ δὲ πόλις Δίκαια καὶ Μαρώνεια κατὰ ταῦτα. At qui credibile eft, Scylacem in Periplo habiturum rationem fluvii non exonerantis fe in mare et fecantis oram, fed confumentis in palude Biftonide? I. GRONOVIVS. Recte

ſane, et hoc ipſum eſt, quod volumus. Sed vero fluminis huius nemo alius meminit; itaque audacter affirmo, pro Κούδητος legendum eſſe Κούσητος· *Coſetus* enim vel *Coſatus* idem eſt, qui *Neſſos* vel *Neſtos*. Hoc ſic conficio: Pythagoram, cum transiret Neſſon vel Neſton flumen ab eo ſalutatum *Pythagora ſalve* teſtantur Diogenes Laertius, [8, 11.] Iamblichus, [c. 28. n. 134.] alii. Iſtud vero flumen idem eſſe, ac ſit illud, de quo loquimur, docet ſatis Ariſtoteles apud Apollonium Dyſcolon, [c. 6.] cum vicinum Thraciae fuiſſe ſcribit. Iam vero Neſton vel Neſſon, promiſcue enim ſcribitur, dictum quoque Coſatum, teſtis mihi Aelianus Var. lib. 4. c. 17. eandem narrans hiſtoriam: Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ Κοσάτου ποταμοῦ διαβαίνων προσεῤῥήθη, τοῦ ποταμοῦ εἰπόντος αὐτῷ, χαῖρε Πυθαγόρα. Sic quoque legendum lib. 2. c. 26. apud eundem annuente fere libro noſtro ſcripto, in quo legitur ὑπὸ τὸν Κόσαον ποταμόν. Porphyrius in vita Pythagorae [n. 27. p. 33. ed. Lugd. 1707.] haec ipſa referens habet Καύκασον, ſed vitioſe, ni fallor, pro Κούσατον. Herodoto [7, 109.] eſt Κόμψατος, nempe inſerto, ut ſaepe M, ſi ſequatur Σ, tum ſibilans iſta litera mutatur in Ψ, non apud Graecos tantum et Romanos, ſed et omnes fere gentes. Alter Aelianus, qui de animalibus ſcripſit, integro fere ſeculo iunior illo priore, Coſſiniten vocat [15, 25. in.] hoc flumen, cognomine nempe adſito oppido Coſinto. Vnde apparet, verum eſſe id, quod olim puer quatuordecim aut quindecim annorum ſcripſi, et errare iuvenem grandaevum, cum id ipſum negat. Argumentum, quod affert, Scylacem in ora maritima deſcribenda non potuiſſe mentionem facere fluminis, non in mare, ut loquitur, ſed in paludem ſe exonerante Biſtonidem; clare ſatis oſtendit, ipſum neſcire, quid rei ſit palus Biſtonis. Vulgaribus nempe Ptolemaei, quas concinnavit Mercator, deceptus tabulis, putavit Biſtonidem paludem eſſe ſtagnum mediterraneum undique clauſum et quod nullum in mare habeat exitum. Atqui

ex ipſo Ptolemaeo manifeſte colligi poteſt, eſſe ſtagnum maris. Vbi enim de Neſſo et Hebro agit, [3, 11.] haec habet: ὧν μεταξύ πως πρὸς τῇ θαλάσσῃ λίμνη ἐστὶν, ἥτις καλεῖται Βιστονὶς λίμνη. Rectius itaque in ſuis Ptolemaicis tabulis ſtagni huius formam expreſſit Regiomontanus. Simile eſt hoc ſtagnum Venetorum et praecipue Volcarum ſtagnis; nam et ſalſum eſt, et ab iisdem fere marinis frequentatur piſcibus, et poſtremo huic non forma tantum, ſed et magnitudine pene aequale eſt; ſiquidem ab Hebro flumine usque ad Abderam fere protenditur. Itaque Ariſtoteles 8. [c. 15.] de animalibus λιμνοθάλατταν ſive ſtagnum marinum appellat. In portolanis Graecorum vocatur Ἀσπερόζας ἢ Μαρονείας κόρφος, id eſt Abderae ſeu Maroneae ſinus. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quaſi non in iſtis ambiguis alii Neſſo attribuere potuerint, quod alii fluvio diverſo. *Coſſinites* Aeliani, quem eundem putat, conſumit ſe in palude Biſtonide, ut clare de eo teſtatur affirmatque Aelianus. Immo Aeliani Coſſinites plane idem eſt, quem Herodotus vocat Compſatum lib. 7. c. 109. Hic autem ut et Travus plane illic emoriebatur, ut apparet ex oppoſitione in ſequentibus apud Herodotum, ubi ait prope Abdera quidem nullam paludem nobilem praeteriiſſe, ποταμὸν δὲ Νέστον ῥέοντα ἐς θάλασσαν, quod nimirum illi duo priores non faciebant. At ſi dixero fluvium exonerari in ſtagnum, plane dico illius fluvii aquam in mare paulatim cum ſtagno venire. Mela noſter quum ſcribit lib. 2. c. 5. Atacem accipi a lacu Rubreſo, non ideo negat, tandem in mare efferri; non dicit tamen exonerari in mare. — Iam vero Biſtonis palus ex deſcriptione Ptolemaei, quem citat, utique eſt mediterranea. Sit vero *Βιστονὶς* palus λιμνοθάλαττα. Quae, oro, ſunt verba Strabonis lib. 1. p. 49., [ſ. p. m. 35.] Nempe μάλιστά φησι τὴν ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόχλων καὶ ὀστρέων καὶ χηραμίδων πλῆθος καὶ λιμνο-

θάλαττα. — Ab Cosinto dictum Cossiniten, furatus est Vossius ex Holstenii notis ad Ortelium p. 60. Sed quis Vossio dixit Cosintum esse oppidum? I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Nolo prolixae illi et molestae passim disputationi immorari. Cf. Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 26. et Menagius ad Diogen. Laert. 8, 11. Bistonidi hic inhaeret Salmas. ad Solinum c. 10. s. 16. p. 114. et quia in Solino legatur *deinde stagnum Bistonium, nec longe regio Maronea,* quae verba ex nostro exscripta sint, ita et hic legendum censet *stagnum Bistonum* aut *Bistonis;* vocem *fluvius* a sciolis additam esse. At nimis violenta est haec emendatio, etsi *Bistonis* librorum lectioni propius accedit. Flumen tamen huius nominis ignoratur, cui etiam vox *ripae* respondeat. Sed et *Schoenus* in hoc tractu ignoratur, et qui occurrit Schoenus, in Thebaica illa fuit regione. Vid. Strabo 9. p. m. 281. s. 408. Idem valet de Vossii *Nesto*, quem nec libri innuunt, nec auctores hic commemorant. Tum vero etiam infra noster ex perpetua ipsius consuetudine scripsisset: *Vltra Nestos alter fluit.* Vid. de hoc I. Gronov. ad 2, 2, 9. Vnus in vicinia apud Scylacem c. l. ponitur *Cudetus* fluvius, quem tamen nemo ex MSS. hic extuderit. In his igitur tenebris praestat adhaerere verbo *Schoenos*, quod codices optimi adferunt, quam incertis pedibus vagari. Hinc vero adparet, quam recte Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 16. Melam erroris insimulaverit, quod Maroneam prope Neston posuerit, cum ea reprehensio ad Vossium, non ad Melam pertineat.

§. 9. *Diomeden)* Lips. Vindob. Gud. et edd. quaedam *Diomedem;* Rehdiger. Prag. *dyomedem,* uti post per *y*. Placuit dudum cum aliis terminatione Graeca reddere *Diomeden.* Post Vindobon. *madendos;* Prag. *mandendis.* Idem pro *advenas* dedit *alienas.* Tum ex more Cibin. Rehdiger. Prag. Vindob. *hisdem.* Ante *urbs* deest in ed. 38. et Lugd. 1605. *et.* TZSCHVCKE.

Vanus haberi non recuſo, niſi verum dixero, erraſſe alterutrum; Melam an Solinum? Melam dii prohibeant. In Solino menda poſt omnium emendationes reſident, ut ipſi cum duobus MSS. Toletanis comparando didicimus, multaque notavimus, quae Deo faciente aliquando in vulgus apparebunt. Sic enim ille cap. 16. [ſ. 10.] hinc exſcripſit: *Deinde ſtagnum eſt Biſtonium*, nec longe *regio Maronea, in qua Tinda oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum; ſed ceſſit aevo ſolumque turris veſtigium adhuc durat.* Cetera ut Mela noſter. Suſpicor autem in Mela legiſſe: *Ripis eius adiacens Maronea regio, ubi Tinda Diomedem tulit.* Eruditus lector arbitrabitur. SCHOTTVS. Vid. proxime poſt.

Turris —) Expendendum, an ſit aptior lectio: *Tinda, quam Diomedis vocant* ex Plinio [4, 18. ſ. 11.] et Stephano. [h. v.] PINTIANVS. Vtraque emendatio vim infert propoſitae lectioni, et ſine iuſta cauſa admovetur. Tum, quae in univerſum hic recte traduntur, temere invertit. *Tinda* enim urbs longe ab hoc tractu diſtat, quippe Chalcidicae urbs, uti docent Stephanus h. v. et Ptolemaeus 3, 13. Quod ille in Thracia Chalcidica ponit, hic in Macedonia, ex Philippi Macedonis tempore iudicari debet, qui eam regionem invaſit eiusque ditionem mutavit. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 69. Quod de Tinda Plinium teſtem producunt, etſi olim illud nomen uſum obtinebat, tamen erroris illud non ſolum proxime commemorata loca convincunt, ſed et libri meliores, ut recte ab Harduino, qui ibi conſuli poteſt, *Tirida* repoſitum fuerit. Fruſtra igitur Salmaſius ad Solin. c. 16. ſ. 10. *Tinda* ſuum in Plinio et in aliis ſubſtituere et firmare tentat, Melam tamen hic intactum relinquit. An alibi Tirida reperiatur, dicere non habeo. Solinus quidem c. l. et Martian. Capella lib. 6. p. 212. ex Plinio repetierunt. *Tyrida* etiam in quibusdam libris obſerunt. At hoc liquet, ad Tindam

Chalcidices referri non poſſe. Ditio enim illa et commoratio Diomedis iuxta Abderam fuit et Maroneam, ubi Biſtones, Thraciae populus, olim habitarunt, ſi Plinium audias. Biſtonum autem rex paſſim diſertis verbis vocatur Diomedes, veluti ab Apollodoro 2, 5, 8. De Biſtonibus autem cf. Scholiaſtes ad Apollon. Rhod. 2, 607. Transeat igitur *Tinda;* nec *Tirida* adeo ſuccedat, urbs deleta; Plinius enim *fuit* de illa; cum ſatis omnino, in qua Thraciae parte ille egerit, indicet, nomen adponere noluerit.

et urbs) Tò *et* omittunt male edd. 38. et Lugd. 1605. Poſt *Abdera* deeſt in Pariſ. 1. at Pariſ. 2. 3. Cibin. Rehdiger. Vindob. ſcribunt *abdere*, uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Lipſ. *abedere;* Gud. *obdere;* Prag. *abdore;* Vaticani Havn. Venet. cum edd. ſuis videntur *Abdere* etiam habuiſſe. Vadianus repoſuit *Abdera* ceteris ſequentibus, ſic Graecam formam recte reddens, qua τὰ Ἄβδηρα eſt. Deflectunt enim inde Latini et femininum faciunt. Sic Plinius 25, 53. ſ. 8. §. 42. dixit *Abderam*, ut Solinus c. 16. ſ. 10. Ἄβδηραν codex in Herodoto 7, 109. ubi ferri nequit. Cf. ad Diodori fragm. c. 27. Schurtzfleiſch et Weſſeling. At ita poſteriores plura formant. Quidam etiam olim inflexerunt Ἄβδηρον, veluti Ephorus apud Stephanum h. v. Apollodor. 2, 5, 8. Nemo tamen Ἀβδήρη, unde librorum *Abdere* probari poſſit. Quare cum Vadiano aliisque eos neglexi.

ſed ea) Forte *illa* vel *at illa.* CIACCONIVS. Non video, quid maioris boni haec emendatio adferat. Pro *id memorandum* Vindob. *ad memorandum.*

quam quod — eſt) Verba haec melius abeſſent. Sed iam aliquoties monuimus, Melam in tanta brevitate quandoque eſſe nimium et idem ſaepe bis dicere. VOSSIVS. Prag. *conditum eſt.*

Neſtos) Vindobon. *neſchos;* Cibin. (ut ſupra) Gud. *veſtos.* Ed. 1. *Neſcos,* uti correxerat pro *Neſtos* antiqua manus in exemplari meo ed. 6. Edd. 9. 13. *neſchos;* 6. 7. 8. 10. cum multis codicibus et aliis edd. *Neſtos.* Vid. ſupra §. 2. Pro *fluit* Rehdiger. *fuit,* uti paſſim alibi, veluti 2, 5, 6. Tum ed. 29. *inter eam.*

et Strymona) Vindob. omittit *et;* Cibin. Prag. Vindob. *ſtrimona*, ut ed. 11. Pariſ. 2. *Stymonia.* Pro *inter eum* Ciacconius, qui hic legerat *eam* vult *ea;* ſine cauſa.

Philippi) Vatic. 1. Pariſ. 1. (hic etiam antea *ſunt urbes*) 2. Lipſ. Gud. Prag. Vindob. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Philippia;* Rehdiger. *phylippia;* Cibin. (praepoſito verbo *apollonia*) *philippa.* TZSCHVCKE. Scribendum *Philippi,* [pro *Philippia*] ut faciat *Philipporum,* ex Plinio, [4, 18. ſ. 11.] Ptolemaeo, [3, 13.] caeteris. BARBARVS. Scriptura haec extra controverſiam poſita. Tò *a* in libris ex proxima voce adhaeſit.

Apollonia) Gud. Prag. *appolonia;* Rehdiger. *appollonia;* Lipſ. *appollinea.* Ed. 9. *apolonia.* Vera ſcriptura aliorum librorum nota. Pro *Amphipolis* Vindobon. *amphipholis;* Cibin. *amphypolis;* Rehdiger. *amphilopis.*

Strymona) Vindob. *ſtrimona;* Cibin. *ſtrimonia;* Pariſ. 2. *Stymonia.* Pro *Athon* Vindob. *anthon;* Gud. *atton;* Prag. *aton.*

turris Calarnaea) Vatic. Pariſ. 1. 3. Cibin. Gud. Rehdiger. Vindob. Lipſ. *calamea,* ut in exemplari ed. 6. adſcripſerat antiqua manus; Prag. *ca lamia;* Ciaccon. *Calarnia.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Calamea;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Calarnea* vel *Calarnaea,*

quod poſterius hodie remanet. Tantum Schottus Pintiani monita ſecutus totum locum ſic refictum dedit: *Athon, Stagiros clara alumno, et portus Capru, urbs A.* TZSCHVCKE. *Turris Calarnea*) Fortaſſe *Calarnaea.* Fuit enim, (ut ait Stephanus) oppidum Macedoniae *Calarna.* BARBARVS. Sic Hermolaus caſtigavit, cum prius *Calamea* legeretur. Mihi Hermolai commentum non placet; neque puto hic reddi a Mela *Calarnam* oppidum ignobile, et cuius praeter Stephanum a nullo fiat mentio, ſed urbem clariſſimam *Stagira*, ſive, ut Herodotus [7, 115.] vocat, *Stagiron*, illuſtrem alumno Ariſtotele et a nullo praetermiſſam. Sed neſcio quo adverſo, ut urbis ipſius et Ariſtotelis fato, apud plerosque ſcriptores depravatiſſime ſcriptam. Nam apud Ptolemaeum [3, 13.] *Stantira* pro *Statira* poſitum eſt, et apud Plinium [4, 17. ſ. 10.] atrox adhuc etiam poſt tot cenſores menda memoriae urbis inclytae officit. Sed libuit eius verba in gratiam Plinii ſtudioſorum ſubiicere ex lib. 4. c. 10. *Acanthus*, inquit, *Iſtria*, [h. *Staligra*] *Graſtonia.* [h. *Sithone.*] In codice vetuſto bibliothecae Salmanticenſis Academiae ſupra citato ſic legitur: *Acanthus*, *Sinis*, *Tagira*, *Sitone.* Scribendum: *Achanthus*, *Singus*, *Stagira*, *Sithonia*, etſi Hermolaus in Plinianis caſtigationibus *Graſtoniam* defendat, non recte. *Achanthi* et *Singi* urbis, unde dictus *ſinus Singiticus* et *Sithoniae* magna apud omnes mentio. Pari malo apud Melam *turris* vitioſiſſime ſcriptum eſt pro *Stagiros.* Pro *Calamea* autem, ut antea legebatur, ſubſtitui poſſet *colonia;* multae enim erant in Macedonia coloniae; *Dion* apud Ptolemaeum. [3, 13.] At *Pella*, *Oreſiae*, *Caſſandria*, *Philippi* apud Plinium in quarto. [c. 17. ſ. 10. c. 18. ſ. 11.] Loqui autem hic Melam de *Stagiro*, ſive *Stagiris*, niſi probavero, non recuſo, quin in piſtrinum dedar. Sed prius quam id probem, viſa eſt mihi res digna aeſtimatione, an hic pro *Calamea* ſubſtitui poſſit *clara alumno*, ut Ariſtotelis nomen praetermiſſum ſit librarii culpa; ſicuti permulta alia in hoc

opere ſive denſo quodam et frequenti erroribus ſenticeto, quod tam ex his, quae praeteriere, manifeſtum eſt, quam ex futuris liquebit. Movet me, quod Mela civitates, quae claros viros aut tulerunt, aut etiam ſuſtulerunt, honorificis verbis memorare ſolet. Hoc fecit in urbe Aeolidis *Pitane*, unde fuit Arceſilas; hoc in *Abderis* Thraciae, unde Democritus; hoc in *Mileto* Ioniae, unde Thales aſtrologus, Timotheus muſicus et Anaximander phyſicus; hoc in *Calaurea* inſula, ubi periit Demoſthenes; hoc in *Rudiis* urbe Italica, natali Ennii poetae nobilitata. Credibile igitur mihi ſit, hoc idem feciſſe Melam in urbe *Stagiro* patria Ariſtotelis, tanto illis et ceteris philoſophis praeſtantis. Sequuntur ſtatim verba, quae probant, legendum hic *Stagiros*, non *turris*. Ea ſunt: *portus Caprullon*. PINTIANVS. *Turris Calamaea* omnes libri veteres. Sed recte Hermolaus *Calarnaea*. Stephanus: Κάλαρνα πόλις Μακεδονίας, ὡς Λούκιος ὁ Ταῤῥαῖος. Τὸ ἐθνικὸν Καλαρναῖος. Lectio Pintiani nullam veri ſpeciem habet. Vetuſtiores Graeci, quos plerumque ſequitur Mela, et ipſi quoque omittunt Stagiram tamquam ignobilem locum. VOSSIVS. Vt abunde docuit Pintianus, etſi a more Melae minime abhorret ipſa illa lectio, obtrudi tamen invitis libris nullo modo poteſt, aut in rebus arbitrario ſaepe delectu adpoſitis ad certa praecepta reſtringi, quae miram et in aliis converſionem moveant. Ita vero ſaepe praeteritis locis, inluſtrioribus, pront aetas ferebat, obſcura adtingit. Denique ſeriem narrationis turbet, ſi quis hic urbem interponat, cum hinc ad urbes progrediatur.

κάπρου λιμὴν) Pariſ. 3. *et portus caprullum;* Vindob. *et portus crapulon;* Venet. Cibin. Gud. Rehdiger. Vatic. 1. Pariſ. 2. *et portus caprulimen;* Prag. *et portus Capruli Imen;* Mediolan. *caprolimen;* I. Gronovii codex *caprolim̄;* Ciaccon. unus *Caprullimen*, alter *Carpullimen;* Voſſius ex ſuis melioribus notat *Capro-*

limen; Lipf. *cuprulimū.* (fic) Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. reliquae cum Vadiano, Olivario omnes *Caprullon;* Vinetus *portus* Κάπρου λιμὴν; Schottus *portus Capru;* Voffius Κάπρου λιμὴν, quod fervatum eft. TZSCHVCKE. *Portus Caprullon*) Lego *portus Capros cum infula* ex Strabone in felectis [lib. 7. p. 108. Hudf.] tradente *Capron* portum effe Stagiri urbis cum infula parva cognomine. Quis igitur in animum inducat, meminiffe Pomponium portus Stagiri praeterita ipfa urbe, cuius eft portus, tantae praefertim, propter alumnum, claritatis. Praeterea fitam effe *Stagiran* inter *Strymonem* fluvium et *Athon* montem, ubi Mela eam ftatuit; auctores funt Strabo in felectis [lib. 7. p. 108. Hudf.] et Ptolemaeus, [3, 13.] quod adhuc magis adftruit caftigationem noftram. PINTIANVS. Sed in toto opere infulae non meminit Mela, praeterquam in cap. ult. h. l. ubi de omnibus fingillatim agit. Quare haec lectio tolerari nequit. CIACCONIVS. H. Stephanus [in praef.] κάπρου λιμὴν, non male. Vulgati *Caprullon*, pro quo *Capros cum infula* Pintianus reponebat, qui et Ariftoteli patriam, quae hic in lituris denfisque tenebris iacebat, reddidit, illuftravitque felici conatu, fi quam ad alumni laudem, acceffionem fieri pote eft. Eandem apud Ptolemaeum [c. l.] fepultam, ὁδοῦ παρέργου excitare conemur, ubi pro στάντειρα leg. κονστάτειρα. SCHOTTVS. *Caprullon*) Monftrofa lectio. Libri meliores habent *et portus Caprolimen.* Quis non videt, veram effe lectionem *et* Κάπρου λιμήν? VOSSIVS. Viderat Henr. Stephanus vocem *Caprullon* mendofam effe et in ea latere Κάπρου λιμὴν, nihil fcribens, quid igitur de praecedente voce fieri vellet, fatis tamen clare praeferens id fibi placuiffe, quod Voffius rapit ad fe; *neque enim dubito,* dicens, [H. Stephanus] *quin* κάπρου λιμὴν *a Mela fcriptum fit, et Caprullon non aliunde, quam ex errore manarit.* A Pintiano reponebatur *portus Capros cum infula,* quod nimium et intolerabile. Voffius deni-

que, quum e libris melioribus proferret *et portus Caprolimen*, eiecta voce media rogat, quis non videat veram esse lectionem *Et* Κάπρου λιμὴν? Sed tamen etsi in codice Mediolanensi sit *caprolimen*, tamen in loco, quem tractamus, illud *limen* non semper fuisse ita penitus perscriptum omnibus istis litteris apparet ex lectione vulgata. Et sane ipse in codice non spernendo habui *portus caprolim̄* et sic tamen in loco citato etiam *lim* exhibebatur. Nec aliter in MS. exstabat lib. 2. c. 1. *sinus portuosus et ideo calos lim̄ appellatus.* Et quid? an nostrae potestatis est, vocem probatam ab omnibus antiquis libris ita temere expellere? Ego sane adscriptam lectionem, quam vidi, scio proxime accedere *et portus* Κάπρου (*capru* exhiberi video in editionibus Sanctii et Schotti sine auctore) *tum urbs.* Et quod negari nequit, hic stylus est auctoris, ut Romana Graecis immisceat. Sic paulo ante praecessit *flumen* αἰγὸς, sic cap. seq. *et portum, qui* Κωφὸς *dicitur.* Lib. 2. c. 2. *portus coelos*, haud dubie perperam sic exhibentibus editionibus pro κοιλὸς, ut in reliquis. I. GRONOVIVS. *Et portus* Κάπρου λιμὴν) Cum sic in melioribus legatur libris, dixi redundare vocem *portus.* At vero Gronovius postremam eiicit vocem, ac si a librariis, qui Graeca ne legere quidem norant, ea tam opportune addi potuerint. Aliquid dixisset, si utrumque retinendum esse affirmasset, ut nempe subintelligatur *dictus*, vel *qui dicitur.* Sed profecto, quae deteriora sunt, ea plerumque sequitur. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ne nunc quidem ullam dat rationem, cur vocem *portus* redundare dixerit. An cum in melioribus aliquid legatur libris, ideo redundare vox debet? Si tam infelices librarios sortitus fuit Mela, ut Graeca ne legere quidem noverint, unde tot Graecae voces fuerunt servatae? Ego nolui affirmare, utrumque retinendum esse, nec plane decet nos ita statuere, ubi tantopere consentiunt libri veteres, ibi aliquid redundare. Ostendi, quam posset

aliquid propinquum latere; inde tu excitari debueras. Quod quia noluit Voſſius, ut ſemper, idcirco nunc verum en tibi, mi Lector, quum Mela dederit *et portus* Κάπρου; *Eion urbs*, *Acanthos* etc. Haec enim urbs Ἠϊὼν ab omnibus Graecis oſtentatur ad Strymonem. Haec, quum ignota eſſet, vides manifeſte hinc exſtitiſſe illud vetus *caprullon*. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori*. De *Stagiris* antea dictum eſt. Nec inſula, quod recte monuit hic Ciacconius locum habet, cum in Strabonis producto loco ἐν ᾗ, niſi in ipſa illa urbe inſulam ſtatuas, ad Cherroneſum referri debeat, cuius praecedit mentio. Si Stagirorum nomen in his lateat, malim legere *turris Stagirena*, ut tantum aliqua urbis memoria, ferente nexu, nec longius a Codicibus aberrante vocabulo exſtet. At cum in neutra turri cur celebretur cauſa proſtet, lubenter codicum indiciis propioribus adquieſco. *Eion*, quod I. Gronovius coniecit, ſitu quidem convenit, et prope Strymonem ponitur ab Herodoto 7, 25. Thucyd. 4, 50. aliisque. Plura de ſitu dabunt Berkelius et Holſtenius ad Stephanum, ille p. 578. hic p. 128. ad quorum disputationes pertinet Diodor. Sic. 11, 2. qui Atho montem in Cherſoneſo locat, etſi illa a Thraciae, quae vocatur, Cherroneſo, eſt diverſa. At et hoc longius diſcedit a libris. Malui igitur retinere *portus*, Κάπρου λιμὴν, quod ſuadent meliores codices et Melae uſu probatur, qui ſic Latinis Graeca ſubiicere ſolet. Sic 3, 8, 1. *rubrum mare* — ἐρυθρὰν θάλασσαν *adpellant;* 2, 1, 3. *ſinus portuoſus et ideo* καλὸς λιμὴν *adpellatur;* 1, 18, 3. *Tum ſinus alter*, Ἀχαιῶν λιμὴν. Accedit, quod λιμὴν etiam in illis locis, ut hic in MSS. quibusdam *lim̄* ſcribitur. Atque id praeivit Vinetus.

Acanthos) Cibin. *achantos;* Rehdig. *achanthos;* Prag. *achaneos;* Gud. *acantos*. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. Vadianae poſteriores, 30. 32. 37. *Achantos;* aliae *Acanthos*, quod recte habet, et Vadianus in prima dederat.

Echymnia) Vossius dicit in omnibus fere libris veteribus esse *Echymnia*, in quibusdam *Echymna;* Vatican. 1. Paris. 1. 3. Rehdiger. Vindob. *echinia;* Lips. *echinnia;* Gud. *echima;* Cibin. *ethima;* Vatic. 3. *chinia;* Prag. *chrinia.* Edd. 1. *Echina;* 2. 3. 4. 5. 11. *Echima;* 9. *Echimma;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. reliquae *Oesyma* usque ad Vossium, qui primus revocavit *Echymnia*, sequentibus ceteris. TZSCHVCKE. *Echima* ubi sit, non constat. Proinde non *Echima*, sed *Oesyma* fortasse legeris, ut in Thracia exposui ex Homero [Il. 8, 504. ubi quidem Αἰσύμνηθεν] et aliis frequentibus. BARBARVS. Omnia turbata et permista. Neutri enim harum [Acanthi et Oesymae] convenit situs, in quo locantur inter Strymonem et Athon. *Acanthus* enim inferius est, *Oesima* superius. *Acanthus* ad meridiem inter promontorium Nymphaeum et Derrhin in sinu Singitico. *Oesyma* ad septentrionem inter Nesum et Strymonem fluvios, in sinu Strymonico, auctoribus Ptolemaeo [3, 13.] et Strabone in selectis. [lib. 7. p. 108. Huds. de Acantho quidem.] Castigandus igitur sic totus hic locus: *Vltra Nesius fluit, interque eum et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis et Oesyma. Inter Strymona et Athon Stagiros, portus Capros cum insula. Inter Athon et Pallenen Acanthos, Scolos et Olynthos. Scolos*, inquam, lego, non *Cleonae*, ut Hermolaus legit, qui pro *Celeona* antiqua lectione *Cleonae* suffecit. Ego *Scolos* defendo ex Strabone, qui in septimo [lib. 9. p. m. 281. s. 408.] *Scolon* ait fuisse unam ex urbibus propinquis Olyntho. Thucydides item in quinto, [c. 18.] ut vicinas sibi urbes Scolon et Olynthon coniunctim memorat. Nam *Cleonae* Hermolai non sunt inter Athon et Pallenen, sed in ipso monte Atho cum aliis quatuor urbibus, *Dio, Holopyxo, Acrothoo* et *Thysso*, quas Xerxes perfosso Atho insulares fecit, auctore in Polymnia [7, 22.] Herodoto, qui *Stagiri* et *Acanthi* coniunctim etiam ipse meminit, ut urbium inter se pro-

pinquarum. PINTIANVS. *Echymnia* — alii in *Oesyma*, alii aliter mutarunt, sed omnes inepte. Vera est lectio, quam dedimus. Meminit huius oppidi Heraclides in politiis, [p. 2832. in Gronov. thes. Vol. 6.] qui dicit eius incolas adeo a muribus infestatos fuisse, ut relicto loco Cleonas, vicinum oppidum, exstruxerint et inhabitarint. Verum neque apud illum recte id vocabulum scribitur: Ἐλύμνιον enim vulgo legitur pro Ἐχύμνιον De diversa autem hac terminatione iam alibi. VOSSIVS. Pintianus et hic violentas manus Melae iniicit et ex libidine adfingit. Potest auctor erralle in locorum situ, cum non semper in his veteres constent. At et ex dubia lectione *Oesyma* emendandi causam petit, quae et ipsam erroris accusationem dubiam reddit et iniquam. Neque tamen Vossii ratio satis tuta est et certa. Cum enim *Echymnia*, quod equidem sciam, a nemine commemoretur, tum Ἐλύμιον (ita enim ibi) Heraclidis non nisi facta mutatione huc trahi potest, etsi ex nexu situs non alienus ab hoc loco videtur. Quod enim vicinum oppidum dicit Vossius, ipsi, non Heraclidi debetur. Athi tamen montis urbem *Elymnium* Heraclidis censet etiam Ortelius h. v. Nimis forte remotum sit de Chalcidensibus, qui relicto Elymio Cleonas condiderunt, si quis ad Elyma Ptolemaei 3, 13. in Macedonia versus Ionium mare referat. Livio 31, 40. in. et 42, 53, 5. et 45, 21, 5. *Elimea*, etsi codices minime ab omni parte consentiunt, sed nec ipsi auctores, uti docent viri docti ad Liv. 31, 40. in. Ita si quis ad remotiora excurrat, subsistere possit in *Elymnio* Euboeae insula cum urbe cognomini, quo Heraclidis *Elymnium* unice etiam referunt Berkelius ad Stephanum p. 343. et Holsten. p. 113. Ille etiam reiecta Vossii opinione in nostro auctore malit legere *Elymnium*, parum memor, quantum locorum seriem disiiciat. Equidem reliqui *Echymnia*, dum certiora, quae reponi possint, adferantur.

Athon) Gud. Prag. *aton;* Vindob. *anthon.* Poſt Lipſ. Gud. Prag. Rehdig. Vindob. *palenen* vel *palenem.* Edd. 15. 17. 20. 23. *Pallene.* Tum Prag. et edd. Vadianae *Cleone;* edd. 15. 17. 20. 23. *Celeona;* 7. 8. *pallene neleona.* Κλεωναὶ Graecis maxime, ut Herodoto 7, 22. Thucydidi 4, 109. Heraclidi c. l. Straboni in epitome lib. 7. p. 108. Hudſ. Plinio 4, 17. ſ. 10. *Cleone,* forte pro *Cleonae* ex uſu librariorum. Atque ita hic ſi quis malit *Cleonae,* cum τὸ *e* facile a proxima voce abſorberi potuerit, non refragabor. Ipſe tamen propter varias ſaepe urbium terminationes ponere nolui.

Olynthos) Cibin. Vindobon. *Olinthos;* Prag. *olindos;* Rehdiger. *olimros;* Gud. *olimptos;* Pariſ. 1. *Cynthos.* Ed. 1. *colyntos.* Tum Vindob. ed. 2. *ſtrimon;* Pariſ. 2. *Stymon.* Poſt Vindob. *ſic* pro *ſicut.*

ſicut diximus) Certe melius et commodius et verius quoque hac parentheſi utitur vel ſupra 1, 5. *Mulucha ille,* (*quem diximus,*) *amnis eſt;* aut infra 2, 7, 15. *in Alpheum amnem,* (*ut diximus,*) *infuſum.* Immo et 2, 3. licet cap. praecedenti dixerat *ad promuntorium — dicitur,* tamen ſimpliciter ſcribit, *Sunium promuntorium eſt, finitque id litus Hellados.* Vt ego quidem illi parentheſi dem commeatum; non enim dixerat amnem eſſe. I. GRONOVIVS *in ed. prima.* Tollendam inquit Gronovius parentheſin, [*ſicut diximus*] neque enim dixerat amnem eſſe. Imo clare dixit hoc ipſo capite haud procul initio. Caeterum hoc obiter moneo, parentheſes non eſſe a me, qui eas libenter a Mela expunctas velim more antiquo, aut certe commatis permutatis. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Omiſſam poſtea notam de parentheſi ipſe Gronovius tacite recteque damnavit. Vtique enim ſupra §. 2. dixerat.

longeque) Voſſius abiecit τὸ *que* et ſic ed. 40. Tuentur omnes libri praeter Pariſ. 3. Adpendit Pariſ. 2.

eſt poſt *ortus.* IZSCHVCKE. Ne dubites, ſi hanc editionem conferas cum prioribus, tres poſtremas huius vocabuli litteras ex MSS. a me productas nunc ſignifico. I. GRONOVIVS.

non longe) Tò *non* vitioſe abeſt in ed. 14. Prag. *longum.* Poſt Venet. *lacum ferit;* Rehdig. *lacum facit.* Pariſ. 2. *quam veniens et alveo erumpit.*

§. 10. *Athos)* Venet. Cibin. Gud. *Atho.* Tum Cibin. *mons adtus eſt;* Vatic. 1. 3. *adeo eſt altus;* Lipſ. Venet. Rehdiger. *adeo altus eſt;* Prag. Havn. Pariſ. 2. *adeo altus,* omiſſo *eſt;* Gud. *adeo latus eſt;* Pariſ. 1. *At Athos adeo latus;* Pariſ. 3. videtur habuiſſe *elatus,* uti editiones. Voſſius ex libris nonnullis veteribus refert: *Athos adeo mons altus.* Primum hoc adparet, incertam et dubiam eſſe ſedem verbi *eſt;* deinde a plerisque, etiam optimis praeferri *altus,* unde etiam commutatio cum *latus* intelligitur, de qua ad 1, 19, 15. et Drakenb. ad Sil. Ital. 3, 418. et ad Liv. 5, 37, 7. Oudendorp. ad Frontin. 1, 7, 2. Sic *altum* pro *latum* reponi volunt Lipſius et Erneſti in Tacito Annal. 2, 78. At ſolet Mela in notanda rerum diverſarum ſimilitudine vel in earundem incremento idem verbum vel nudum vel auctum referre, uti *vaſtum vaſtius, nota notior, grandis grandior.* Quae quidem me moverunt, ut darem *altus* pro *elatus,* quod fluxit ex coaleſcentibus duabus vocibus *eſt* (in libris *ē*) *altus.* Ita vero etiam τὸ *eſt* proieci poſt *adeo.*

etiam) Omittunt hanc vocem 5. 11. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus. At agnoſcunt codices et priores editiones.

quia) Ed. 2. *quare;* Gud. *ſubſtinet;* Vindob. *non omnino abluitur;* Cibin. *finis;* Rehdiger. *ſed quo delinq relinquitur;* Vindob. *agere;* Prag. *ager.*

totus exſtat) Ciaccon. Vatic. Pariſ. 1. 2. Cibin. Rehdiger. Vindob. Gud. et ex ſilentio conlatorum Havn. Venet. *totus eſt*, nec aliter editiones ad Voſſium, qui poſuit *totus exſtat*, obſequentibus reliquis. Quidam MSSti uti Lipſ. Prag. τὸ *eſt* omittunt. Sed et ſequentia varie proferunt. Lipſ. *totus toto longeque dorſo*; Vatic. *toto longoque*, uti ex ſignis in ed. 23. adpoſitis iudico; Vatic. 3. tamen *toto dorſo*; Prag. *totus totoque dorſo*, uterque omiſſa voce *longeque*; Gud. Vindob. *toto longeque*; Rehdiger. *totus eſt totoque*; Cibin. *totus eſt totoque longo*; Ciaccon. *eſt, toto longoque dorſo*. Editiones *totoque longe dorſo*. TZSCHVCKE. Dele verbum *eſt*. PINTIANVS. Pro *eſt* forte leg. *etiam*. CIACCONIVS. Reſcripſi *totus exſtat*. Mons Athos non promuntorio tantum aliquo exit in pelagus, ſed totus exſtat, cum ſit peninſula, vel etiam inſula, quamdiu Xerxi placuit. VOSSIVS. Satis adparet ex codicum lectionibus, varie locum exceptum et informatum fuiſſe, ut nexus conficeretur. Tὸ *eſt* videtur et hic, ut paullo antea, ex ſcribendi compendio natum eſſe, quo ſimplex litera *e* vel *et* vel *eſt* valet; aut etiam ad nexum continendum acceſſit. Nec enim facile a verbo *exſtat* aberrare poterant librarii, nec, ſi vera ſit lectio, ſenſum obfert commodum, quem ſatis praeſtat ſequens *procedit* longe concinniori et elegantiori forma. Poſui igitur, cum per codices liceret: *verum totus et toto longe dorſo* — etſi etiam poſſit legi: *totus totoque* — Senſus: non promontorium emittit in mare, ſed totus procedit et mare occupat. Sic paullo inferius: *Pallene tota in altum abit*. Cf. Belon obſerv. p. 35.

a Xerxe) Vindob. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Havn. ut edd. 9. 20. *a Xerſe*; 1. *et Xerſe*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 19. *et Xerxe*; poſt Vadianus cum ſuis et reliquis *a Xerxe*. Cibin. totum hunc locum ſic exhibet: *adheroe axeraſe mgros tendente*; Vindobon. *graos* et *proſoſus*; Prag. *transfoſſus*.

transiugatusque) Sic Voff. 3. Vatic. 5. Prag. Lipf. Parif. 1. 2. pro quo Gud. dat *transiugatusque*; Gronoviani plerique, Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. Vindob. Havn. Auguftin. Parif. 3. et omnes editiones ad Voffium *transnavigatusque*, qui excitavit *transiugatusque*, quod et placuit pofterioribus. TZSCHVCKE. In melioribus codicibus pro *transnavigatusque et factus* fcriptum eft *transiugatus eft factus.* Legendum: *a Xerxe in Graios tendente perfoffus transiugatusque eft, factus freto navigabili pervius.* *Transiugare* eft iugum montis fuperare. Herodotus lib. 7. [c. 22.] foffam illam ab Acantho urbe Sanen usque pertigiffe dicit. Acanthum vero urbem ponit ad finum Singiticum, Sanen vero oppidulum in Pallenaea Cherfonefo. Hoc fi ita fita, quomodo concipi poteft, ut foffa illa duodecim tantum fuerit ftadiorum, ut ait Herodotus. [7, 22. Reliqua, hinc aliena Vol. 2.] VOSSIVS. Sic repofuit Voffius pro *transnavigatus;* fed nec probat, ita dixiffe unquam Latinos, nec cur vulgata lectio non fit melior. Nam licet *transiugare* notare poffet, iugum montis fuperare, id tamen valde improprie hoc loco diceretur, cum non iugum fuperatur, quod proprie fit adfcendendo, fed praeter montem navigatur. I. GRONOVIVS *in nota MSta.* *Transiugatus*, quod placet Voffio, non commodiorem facit fermonem, fed praeter dubiam Latinitatis notam inepte hiftoriam tangit, quum non potuerit illic transiugari, ubi Xerxes perfodit, ubi non nifi πεδίον et κολωνοὺς οὐ μεγάλους nominat Herodotus; [7, 22.] quum contra vox *transnavigatus* augeat rei monftrum, et in eo verbo refideat vere poetica elegantia, quam nunc captare vult Pomponius, ut patet ex illo etiam Iuvenalis Sat. 10. [v. 174.] *velificatus Athos*, et Catullo [66, 45.] *cumque iuventus Per medium claffi barbara navit Atho.* Cicero lib. 2. de Finibus cap. 34. *Si Xerxes Hellefponto iuncto, Athone perfoffo, maria ambulaviffet, terramque navigaffet.* Claudian. lib. 2. in Rufin. [v. 122.] *cum claffibus iret Per fcopulos*

tectumque pedes contemneret aequor. Sic itaque cum tot aliis auctoribus transnavigatum Atho mirifice quoque ſcripſit Mela. Ita tamen eum ſcripſiſſe puto: *perfoſſus et ad Sanen ab usque Thyſſo factus freto nav.* Voſſius ipſe ſibi laqueum nectit, dum ſcribit, Herodotum foſſam Xerxis ab Acantho urbe coepiſſe, quam ne tetigit quidem. I. GRONOVIVS *in nota edita.* Dedimus lectionem, quam in melioribus invenimus libris. *Transiugare* pro iugum montis ſuperare alibi non occurrit; ſed ſolemne eſt quibusvis ſcriptoribus res novas et inuſitatas novis etiam et non uſitatis explicare vocibus. Et hic quoque Gronovius oſtendit, quam acri ſit iudicio, quum negat, non potuiſſe iſthmum huius montis transiugari, utpote qui teſte Herodoto contineret πεδίον et κολωνοὺς οὐ μεγάλους. An ergo colles quantumvis minuti poſſunt eſſe ſine iugis et montibus? *Trasnavigatusque*, quod vulgo obtinet, ideo minus placet, quia ſequitur *navigabili.* Ipſe tamen laudat, ſed mox reſipiſcens poſt longam meditationem hanc demum commentus eſt lectionem: *perfoſſus ad Sanen ab usque Thyſſo factus freto navigabili pervius.* Quis non eius miretur acumen, tam feliciter coniectantis, ut lectionem invenerit, quae librorum veterum ſcripturam praeterpropter tam bene referat, quam ſimiam referat aſinus. Satis clare loquitur Herodotus, cum libro 6. [7, 21.] et iterum libro 7. [c. 117.] refert, Artachaeum a Xerxe praemiſſum fuiſſe Acanthum, ut inde foſſa ad Sanen perduceretur. Cum vero eodem libro [c. 22.] dicit, ab Acanthiorum mari coeptam fuiſſe foſſionem, idem dicit, ſiquidem in intimo Acanthii maris receſſu in ipſo iſthmo ſita erat Acanthus, ita ut Acanthus et Sane non niſi ſeptem ſtadiorum intervallo a ſe invicem abeſſent, unde ab Anonymo in Periegeſi ad Nicomedem [Scymno Chio v. 647.] διώρυξ illa dicitur ἑπταστάδιος, quam tamen Herodotus, [7, 22.] Plinius [4, 17: ſ. 10.] et alii habita totius iſthmi ratione duodecim ſtadiorum, ſeu mille quingentorum faciunt paſſuum.

Iſte tamen, qui recoctam ſatagit tradere Geographiam, reiecta Acantho omnium veterum auctoritate ſuffulta, Thyſſum ſubſtituit, oppidum eidem litori et eidem, quo Sane, Singitico appoſitum ſinui, et pluribus, quam ducentis ſtadiis, a foſſa remotum, ut nempe conficiat, non Athonem, ſed ipſum a Xerxe perfoſſum fuiſſe pelagus. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* At Cicero Livius, Tacitus habent multas res novas et inuſitatas. Hinc Voſſius dicit, novas etiam et non uſitatas illic reperiri voces. Credesne? Tum ſi quis ſuperet colles minutos, ut in hoc loco tantum ſunt κολωνοὶ οὐ μεγάλοι, hos transiugare dicetur. Vide, quo delabantur illae novae et non inuſitatae res, quando enim non ſuperantur illi? Repeto itaque a Mela transnavigatum Atho dici. Si tamen ita extendere ὕψος ſermonis ſui voluerit Auctor, quod profecto ipſe mox deprimit per additam explicationem, quam omiſiſſet haud dubie, ſi illud captare voluiſſet. Quare foveo diu conceptam opinionem illud *transnavigatusque* et *Athus* vel *Athos* ex mirifica literarum commutatione ortum eſſe, et Auctorem ſcripſiſſe, *perfoſſus et ad Sanen ab usque Thyſſo factus freto nav.* Nam quod Voſſius audet ſcribere, Herodotum libro 7. dicere foſſam illam ab Acantho urbe Sanen usque pertinuiſſe, Acanthum vero ab eo poni ad ſinum Singiticum, Sanen in Pallenaea Cherſoneſo, et ideo non poſſe concipi, ut foſſa illa duodecim tantum fuerit ſtadiorum, quod ait idem Herodotus; falſum dicit omnino, et ipſe ſibi nectit laqueum. — Nusquam ab Herodoto dicitur Artachaeus praemiſſus ad Acanthum. Sed in libro 7. cap. 21. eſt Artachaea, narrans praeparatas ad Eleuntem per triennium copias dicit, qui et quomodo foderint, Βούβαρις δὲ ὁ Μεγαβάζου καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρταίου ἐπεστάτεον τοῦ ἔργου. Eodemque lib. 7. c. 117. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος τοῦ Ξέρξεω ξυνήνεικε ὑπὸ νούσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπεστεῶτα τῆς διώρυχος Ἀρταχαίην etc. Herodotus dicit tantum, tunc mortuum illum fuiſſe, quum Xerxes eſſet Acanthi. Si

etiam illic mortuus eſt, quod fieri potuit, non id contigit, quia illuc praemiſſus, et inde incipiens foſſam, poterat ibi morari ac praeeſſe praeſens operi; ſed quod Regi illuc ingreſſo debuit officium facere, et progreſſum operis iniuncti curamque ſuam probare. Nam ab Acantho urbe non incepiſſe foſſam, inde quoque apparet, quod Xerxes iam manens in ea urbe non narretur vidiſſe foſſam et ſucceſſum operis; quod procul dubio et eſſet factum et narraretur eſſe factum, ſed τὸ ὄρυγμα ἀκούων, nempe ex relatione Artachaei, qui ad eam rem illuc venerat et in morbum letalem incidit. Libro autem 6. aliquid de Artachaeo narrari non memini; de Acantho et alia claſſe quod narratur, nihil ad Artachaeum. Vide autem, quid agat Voſſius. In obſervationibus ad Melam [v. Vol. 2.] Acanthum urbem ponit ad ſinum Singiticum. In appendice autem Thyſſum oppidum dicit eidem litori et eidem, quo Sane, Singitico appoſitum ſinui. Ita ſcilicet tum Acanthus, unde foſſa Voſſiana incepit, tum Sane, ubi foſſa Herodotea finitur, in eodem ſunt ſinu. Ergo revertar, unde coepi; itero Voſſium ſibi nectere laqueum. Non dicit Herodotus, foſſam illam ab Acantho urbe incepiſſe, (eam non tetigit,) ſed clare cap. 22. Πεδίον δὲ τοῦτο (ipſe nempe iſthmus) καὶ κολωνοὶ οὐ μεγάλοι, ἐκ θαλάσσης τῶν Ἀκανθίων ἐπὶ θάλασσαν τὴν ἀντίον Τορώνης. *Eſt autem ille campus et tumuli non magni ab mari Acanthiorum ad mare, quod eſt e regione Toronae.* Aliud eſt, ab ipſa urbe Acantho incipere, aliud ab mari, quod illi urbi nomen debet, cuius pars multum poteſt ab illa abeſſe, ut haec certe Acanthiorum maris pars iſthmum abluens, non parum ab ipſa urbe abeſt. Fateor quidem Herodotum non dicere, foſſam factam ad Sanen ab Thyſſo, et eas duas urbes in iſthmo ſitas affirmare, ſed Thyſſum ponere in ipſo Atho, ut reliquas quatuor urbes, ſed potuit ea fuiſſe quidem intra foſſam, proxime tamen illam. Commodius ad difficultatem huius ſententiae allegaretur Auctor περιηγήσεως ad Nicomedem,

[vid. fupra] qui fcribit, τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις Ἄκανθός ἐστιν Ἀνδρίων ἀποικία, παρ' ἣν διῶρυξ δείκνυται τετμημένη ἑπτὰ σταδίοις. Hic minuit numerum ftadiorum, et plane loquitur, quafi ab Acantho incipere foffam ftatueret. Hanc citationem meam in lucrum vertit Voffius. Sed quis non videt, quam laxe voces illae παρ' ἣν poffint notare. I. GRONOVIVS *in nota pofteriore.* Adpofui longiorem hanc, paffim etiam moleftam, disputationem recifis maxime verborum contumeliis, reliqua, quae de ipfa foffa eiusque progreffu et longitudine quaeri poffunt, ad Vol. 2. reiecturus. I. Gronovii emendationem, quae aliquantum a libris recedit et dubia habet admixta, nemo probavit et facile probaverit. At bene cum Voffio idem monuit, verbum *transnavigare*, etfi poftea idem probavit tefte A. Gronovio Oudendorpius, ex fequente *navigabili* parum elegantiae Noftri refpondere. Tum verbum *transiugare* difficilius eft et obfcurius, quod in alterum transire facile potuerit, non contra. Porro non disfonat a compofitionis forma, quae in fimilibus valet. Sic *transfretare ex Africa in* — Paulus Diaconus de geftis Langobardor. 6, 14. in. Plinius in Panegyr. c. 81. f. ubi codices quidam fubftituerunt *transferre* Suetonius in Caef. c. 34. aliique. Graeci eodem modo dicunt ὑπερισθμεῖν, διισθμεῖν, ut Polyb. 4, 19. Sic ὑπερνεολκεῖν et fimilia. Quod qua ratione fiat, ex ipfo nexu iudicari debet et narrationis ferie. Cum igitur *transiugare* fit iugum montis fuperare, trans, per iuga vehere, ne verbi novitas et infolentia offenderet, quod ultimum monendum reftat, adiecit nofter *navigabili freto.* Et fic modum declaravit fenfumque verbi rexit. Kappius in indice h. v. haec: foffus ita, ut non amplius cohaereat. Eodem fenfu occurrit apud Arnobium [lib. 7. p. 211.] *disiugatus*, et apud Apuleium Metam. 6. [p. 180. add. Cic. de divin. 1, 32.] *feiugatus.* Hactenus. Nempe ex compofitis vis oritur. Ciacconius, uti proxima nota docebit, non ad-

mittit. Quod ſi vero quis ideo reiiciendum putet, quod nusquam praeterea legitur, plura reiicienda aut immutanda ſint, quae ſemel tantum in noſtris auctoribus reperiuntur. Quare etiam probavit Arntzenius ad Aurelii epit. c. 14, 6. et alii poſt Voſſium cum ipſo Gronovio, probantibus multis libris, exceperunt. Ceterum ſubiectum *eſt* non habent Pariſ. 3. Gud. Vindob. et edd. 1. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. et aliae plures.

et factus) Tò *et* ignorant Lipſ. et edd. 39. 40. 41. 42. Tum codices ab A. Gronovio conſulti *actus*, *Athus* vel *Athos*. Ciaccon. Auguſtinor. Vindob. Pariſ. 3. *actus;* Pariſ. 2. Voſſ. 3. *factus;* Lipſ. Venet. Havn. Prag. Rehdiger. *Athos;* Cibin. Pariſ. 1. Vatic. 1. 3. Gud. *Athus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *actus;* Vadianus, Olivarius cum ſuis dederunt *factus*, quod reliqui ſervarunt. Poſt Gud. *fretro;* Auguſtin. *navigabilis;* Cibin. *parvius*. TZSCHVCKE. *Factus — pervius*) Haec etiam verba recidenda; Pomponii enim brevitati ſatis fuit dixiſſe: *a Xerxe in Graios tendente perfoſſus transnavigatusque*. PINTIANVS. Aldus et Antiq. *actus freto* et V. C. Forte *perfoſſus et freto navigabili pervius*, ut in Hiſpania de Calpe: *atque inde ingreſſis totus admodum pervius*. Athenaeus lib. 6. cap. 7. Vel legendum: *totus etiam*. Sic et loquitur ſupra cap. 2. CIACCONIVS. Gloſſemata puto: *a Xerxe in Graios tendente perfoſſus et freto navigabili pervius*. SCHOTTVS *ad verba* §. 7. *non navigata maria*. Pro factus libri quidam veteres legunt *Athos*. Forſan margini aliquis adſcripſerat: *Athos freto navigabili pervius*, quod poſtea in contextum irrepſit. Attamen, cum iam ſaepe monuerim, quam ubique idem bis dicere amet Pomponius noſter, nolim hic exturbare vulgatam lectionem, quae non recedit a melioribus codicibus, niſi quod in illis pro *transnavigatusque* et *factus* ſcriptum ſit *transiugatus eſt factus*. VOSSIVS. Certe

nauſeam parit haec tam accurata deſcriptionis inſtitutio, ut plane non miremur, Pintianum, ſpectatorem amariorem brevitatis Pomponianae, poſtrema recidenda clamaviſſe, quum plene illa contineantur in verbo *perfoſſus*. Sed et monſtri aliquid his ſubeſſe docent veteres libri, praeferentes *Athos* vel *Athus* pro *factus*. I. GRONOVIVS. Quomodo totum locum legendum cenſuerit I. Gronovius, docuit nota praecedens. Filio teſte Oudendorpius ſic voluerat: *transnavigatusque eſt, Athus freto navigabili pervius*. Cum tota narratio Athon ſpectet, cuius etiam nomen in eius fronte propoſitum eſt, male hic recurrat aut obtrudatur. Natum eſt *Atho* vel *Athus* ex corrupta voce *actus*, adiuvitque errorem ipſum montis nomen, quod ſubeſſe putarent. Mollius quidem habeatur *factus;* poteſt tamen et ſic *actus* probari, ſi ad *pervius* referas, unde hic ſenſus exiſtit, montem pervium facere agendo. Cum tamen etiam codices *factus* referant, quod in hoc nexu eſt accommodatius, et τὸ *f* a praecedente *t* abſorberi facile potuerit in aliis, nolui a vulgata lectione diſcedere. De utriusque verbi commutatione vid. Drakenb. ad Liv. 6, 28, 2. et quos laudat. Ceterum, qui haec verba ſuperflua et hinc expellenda cenſuerunt, offenſi ſunt verbo *transnavigatus*, de quo antea. Ceterum in Cod. Lipſ. poſt *pervius* haec in ipſo contextu leguntur: *Intereſt longitudinis* LXXXV. *paſſuum, cum latitudinis eſſet* MD, *et ſic Athon non ſolum montem, ſed mari undique transductis navigiis Xerſes inſulam derelinquit*. Sed non ſolum in utroque margine lineis rubris diſtincta erant haec verba, ſed et in ſiniſtro eadem librarii manus adſcripſerat: *Hic non videtur textus pomponi*. Recte. Efficta videtur haec lacinia partim ex Plinio 4, 17. ſ. 10. qua numeros quidem. Poſt tamen inveni eadem verba in Boccatio de montibus ſ. v. Athos; tantum LXXX et *dereliquit*, ex quo conligi poteſt, etiam Boccatium, qui multa ex Mela et hic et alibi mutatis paullum verbis transfert, eadem in ſuo codice habuiſſe,

nisi quis ex Boccatio huc migrasse velit. Editio tamen Boccatii Veneta 1475. paullum variat. Nam *interest* et *Xerses* absunt. Tum habet LXXX *mil.* et *mare.*

fuit oppidum) Venet. et ed. 1. *finit oppidum;* Vindob. *opidum*, uti solet.

Acroathon) Cibin. Gud. Lipf. Rehdig. Venet. Vindob. *acrohaon;* Parif. 2. *acroaon;* Parif. 3. *acraon;* Prag. *acroanum;* Vatic 3. *Acroathum.* Edd. 1. 2. 9. *Acroaon;* in ceteris *Acroathon.* Varie effertur hoc nomen in auctoribus, de quo Vol. 2. Hic tamen, si advocata nominis etymologia codices plerosque fequaris, praeferendum utique est *Acroathon*, quod et alii quidam diserte praestant. Boccatius c. l. ubi Melam reddit, vocat *acrothon*, *seu acrochaon.* A verbis *In summo* cap. 18. incipit Vinetus.

§. 11. *Pallene)* Gud. Prag. Vindob. Lipf. (in quo desideratur praeterea *erat*) ut edd. 6. 7. 8. *Palene.* Sic Παλήνη Procop. de aedif. 4, 5. et sic passim; vid. Wasse ad Thucyd. 4, 116. Alii recte *Pallene*, uti scribendum esse diserte monuit Eustath. ad Il. 2, 639. p. 255. f. 311. Post Parif. 1. *patientis;* Cibin. omisit *ager;* Prag. habet *sunt atque;* Vindob. *totam.*

angusta) Legendum existimo: *angustus Isthmus, unde incipit.* Nam de Isthmo Pallenes et Ptolemaeus et Pausanias in Atticis, et Georgius Gemistus Hellenicῶν primo. [c. 15.] Plinius quoque lib. 4. c. 10. [f. 17.] *et in Pallenes Isthmo quondam Potidaea, nunc Cassandria*, etsi Hermolaus aliter legat; [*Pallenensi*] quem prioris veraeque lectionis potuerunt admonere verba illa, quae paulo ante praecedunt: *oppida Pallene Phlegra.* PINTIANVS. Superflua est haec emendatio, cum satis clare, etsi non nomine, tamen verbis isthmum Mela

indicet. Ceterum isthmum multi auctores iique certiori, quam quos Pintianus excitavit, fide adpellant, quorum loca dabit Vol. 2.

Potidaea) Cibin. Vatic. 1. 3. Paris. 1. 2. 3. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. *Pontidea* vel — *aea;* Vindobon. *ponthdea.* Edd. 1. 9. *Ponticlea;* 2. *pontidea,* et sic reliquae *Pontidea* et *Pontidaea;* posterius recentiores. Gr. Ποτίδαια. Boccatius de montibus s. v. *Pallene,* ubi nostrum ex more reddit, legisse videtur *Possidea.*

ubi laxius patet) Venet. Voss. 3. *latius,* ut edd. 13. 33. TZSCHVCKE. Scribo *latius,* non *laxius.* Nam *late patere* frequens est apud omnes locutio, non *laxe.* PINTIANVS. Laxius nusquam, quantum scio, auctor, sed *latius,* ut lego. Vide lib. 1. c. 9. et 17. et 19. Lib. 2. c. 6. OVDENDORPIVS *in nota A. Gronovii.* Non male, cum ita soleat Noster, et hae voces etiam alibi commutentur; vid. Panegyr. vett. 9, 22, 3. et ibi Iaeger. T. 2. p. 60. et ante Drakenb. ad Liv. 10, 5, 6. 39, 17, 2. et quem laudat Bentlei. ad Horat. Art. Poet. 209. quibus addi potest Oudendorp. ad Frontin. 4, 1, 10. Sed quid si Mela variat, cum *laxius* in hoc nexu facile intelligi et hoc etiam modo exprimi possit?

Mende Scioneque) Vatic. 1. Lips. *Mendecioneque;* Vatic. 3. *mendetione quam;* Prag. *mendecione quae;* Cibin. *mendecia neque;* Gud. Rehdiger. *mendetione quae;* Vindob. *menditioneque.* Edd. 1. 2. *Mendetionae quae;* 3. 4. 5. 9. 11. *Mendetione quae;* 12. 14. 19. *Mendae Scioneque;* 6. 7. 8. 10. 13. reliquae *Mende Scioneque,* uti iam emendaverat Hermolaus Barbarus. Antiqua manus in exemplari ed. 6. adscripserat leg. *Sycioneque.* Sed recepta lectio satis probatur ex auctoribus aliis. Cf. interim Strabo in excerpt. lib. 7. p. 107. Huds. Post pro *illa* ed. 38. et Lugd. 1645. vitiose *illae.*

Eretriis) Ciaccon. Lipſ. Cibin. Gud. Rehdiger. *eretris;* Prag. Vindob. *heretris.* Edd. 1. 2. 5. 9. 11. 13. *Heretris;* 3. 4. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Haeretris;* 16. 18. 22. Vadianae, 21. 28. 30. 32. 37. *Haeretriis;* 24. 25. Olivarianae, ceterae *Eretriis.* Gr. Ἐρετριεῖς.

CAP. III.

Hoc caput omiſſa diſtinctionis nota cum ſuperiori in MSS. et vetuſtis editionibus etiam in Aldin. Iuntin. connectitur. Poſteriores, Camers, Vadianus, Olivarius cum ſuis, Schottus inſcribunt *Macedonia;* Voſſius et reliqui *Macedonia, Graecia, Peloponneſus, Epirus et Illyricum* praeponunt in titulo. Capitis 19. inde initium ſtatuit Vinetus.

§. 1. *quot urbes)* Sic omnes fere MSS. A. Gronovii, quibus ex meis accedunt Lipſ. Pariſ. 1. 2. 3. Prag. Rehdiger. Auguſtin. Venet. Havn. In ed. 23. ad Vaticanos conlata τὸ *quod,* uti legit illa editio, obelo notatum erat his additis verbis: ſic correctum. Voſſ. 1. Gud. (quem A. Gronovius praeteriit) Cibin. *quod.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. et pleraeque aliae cum recentioribus *quot;* tantum edd. 15. 17. 20. 23. *quod;* 35. quam ſecutus eſt Sanctius, *tot Macedonum populi quot;* 39. 40. *centum quinquaginta urbes,* quam lectionem retinuit Norimberg. editio; (CL) 41. 42. *qua urbes;* aliquae, in quibus Vadianae, Olivarianae duce 24. et Vinetus interrogatione efferunt: *quot urbes habitant?* Quam quidem interrogationem avide adripuit Soonus in editione, tamquam ſuis rationibus aptiſſimam. Ita enim ille: *Multasne urbes habitant? Quot urbes inhabitent, incredibile eſt.* TZSCHUCKE. Aldus: *Tum Macedonum populi, quod urbes habitant;* minus vitioſe.

Lego: *tum Macedonum populi*, CL *urbes habitant* ex Plinio [4, 17. f. 10.] et Marciano. [Scymno Chio 623. πολλαὶ tantum.] Caufa depravationis fuit fupina, librariorum femper, nonnunquam etiam correctorum, ignorantia, coelum terris mifcentium et mare coelo. Primum enim, ut coniicio, duo elementa *cl* librarii in unum *d* confuderunt. Deinde correctores nefcientes, quid *d* folum fignificaret, numerus enim immodicus videbatur, adiecta *q* fecerunt *qd*. Poftremo alii malum, quod Thucydides [5, 65.] ait, malo curantes, *quot* fcripferunt cum nota interrogationis, ubi nulla eft interrogatio. PINTIANVS. Sunt, qui hunc locum fic accipiant: Poft antedictas gentes fequi populos Macedonum, et effe tot numero, quot fint urbes, quas habitent. Quam recte autem fic intelligatur, arbitrio lectorum efto. IDEM. Forte: *Tum Macedonum populi aliquot urbes habitant*. Infra lib. 3. c. 1. *Cantabrorum aliquot populi amnesque funt*. Aliqui (inquit Pintianus) hunc locum fic accipiunt: poft antedictas gentes — efto. [vid. antea] Aldus et Antiq. *Tum Mac. p. quod*. CIACCONIVS. *Tot Macedonum populi quot* malim, quam *Tum Macedonum*, quomodo antea legebatur. Locus, ad quem multi ftatim cap. initio impegerunt; et nefcio, quibus interpunctionibus, quae fomnia commenti fint. SCHOTTVS. Legebatur: *Tum Macedonum populi, quot urbes habitant?* Pintianus aliter atque aliter. Reftitui: *Tot Macedonum populi, quot urbes habitant*. SANCTIVS *in praefatione*. *Quod urbes* eft meliorum librorum lectio. Sed recte Pintianus emendavit, CL *urbes habitant*, ut Plinius et Martianus. Aliorum coniecturae funt ineptae. VOSSIVS. *Centum quinquaginta urbes habitant*.) Libris antiquis et veritati libare malui, quam profanum quid a Voffio aut Pintiano in hoc facrum inferre. Nunquam in Macedonia numerabantur centum quinquaginta urbes, (ut videtur ex Pintiani emendatione citanda intelligere Voffius, vel centum quinquaginta populi, ad quos ille numerus etiam referri

poteſt) nunquam fuerunt, nunquam dixit Mela, nullus codex huius indicii notam vel minimam habet. Sed neque in ulla alia regione urbes vel populos tam exacto numero terminavit. Et quaeſo, annon fuerunt vel plures vel pauciores? Immo edidimus, prout flagitabant vetera exemplaria. Macedones per Alexandri expeditionem ubique incolebant et ſub eis Graeci. Itaque nunc ait, ſe venire ad Macedonum populos, qui vivunt in urbibus illis, quarum maxime illuſtris eſt *Pella*, quum alii Macedonum populi reſpiciant alios dominos aliasque obſeruent regias. I. GRONOVIVS. Impugnaverat Voſſius hanc Gronovii lectionem *qua urbes* in appendice ad 1, 2, 5. ubi nolui importune reférre, ſuamque addito Martiano Capellâ defenderat. Contra Gronovius in epiſtola ad Graevium de appendice Voſſii p. 41 ſq. pro ſua in eum inſurrexerat. Sed cum ad ipſam loci explicationem idoneam parum aut nihil novi accedat, ſubpreſſi. Locus in vulgata librorum lectione omnino eſt difficilis. Acuta eſt Pintiani emendatio. Nec enim inſolens eſt librariis, numerorum notas invertere et in verba mutare. Ita ſimili fere modo CL expreſſit ex depravata codicum lectione Oudendorp. in Hirtio de B. Alex. c. 12. ſ. Sic pro M duo codices dant *cum* in eodem de B. Alex. c. 69. Pro *multa talenta* in Livio 23, 15, 1. viri docti volunt *mile quingenta talenta*, quia ſcriptum fuerit *MVCta.* Vid. Freinshemius ad Curt. 7, 1, 40. Gronov. ad Liv. 21, 22, 3. In Strabone 7. p. 211. ſ. 505. δ transiit in δύω, cum valeret τέσσαρες. Eodem modo numeri binarii notam II in *u* transiiſſe, et hinc *enim* in libros invectum eſſe acute iudicat Boſius apud Nepotem de regibus c. 2, 3. Contra factum eſt in Ampelio c. 47. in CCIV. ubi vid. notata. At premitur illa emendatio magnis difficultatibus, a Gronovio expoſitis. Plinius etiam, quem adiutorem adſciverat Pintianus, non urbes, ſed populos 150 Macedoniae commemorat, uti ex eo Martianus Capella lib. 6. p. 211. quibus ſingulis ſingulas

tantum urbes fuiſſe parum eſt credibile. Scymnus Chius autem πολλὰς tantum πόλεις ἐν τῇ μεσογείῳ fuiſſe ſcribit. Multiplici etiam fingendi arte opus eſt. Schottus, etſi ad linguae uſum apte locum conſtituit, vi tamen iniecta ſibi viam parat et ad eandem difficultatem delabitur, qua ſingulis populis ſingulae tantum urbes relinquuntur. Quod Ciacconius propoſuit, facile adrideat, ſi cogites, in praecedente *uli* latere *ali*, quo abſorpto pro *aliquot* exſtiterit truncatum *quot*. Sed ad exilem nimis numerum Macedoniae urbes illa lectione rediguntur, quas tamen multas fuiſſe aliunde conſtat et Mela ipſe recenſet, qui, ut Pellae mentio docet, non litoreas tantum urbes, ſed et mediterraneas complectitur. Languidum etiam ſenſum efficias, ſi cum Gronovio exceperis *qua urbes habitant*, quaſi tantum ibi eſſe Macedonas Mela velit, ubi ſint eorum urbes. Poſſis coniicere *quatuor*, quod ex ſcripturae compendio *qt* ſine operoſa arte extrices, ſic ut adtingere Noſter videatur diviſionem Macedoniae in quatuor partes a Romanis factam, de qua Livius 45, 29. Sed illa ipſa diviſio docet, ad Melam non pertinere, quippe a quo Macedonia artioribus limitibus includitur. Si plane eiiciatur τὸ *quot*, uti videntur innuere Vaticani, nemo deſideraverit et lenius fluat ipſa narratio. Equidem in hac haeſitatione reliqui veram loci emendationem melioribus libris aut acutioribus ingeniis lubenter tradens.

quarum Pelle — illuſtris) Varie hunc locum effingunt libri. I. Gronov. ad 1, 2. in. ex tribus adfert *Pelle* pro *Pella* editionum priorum. A. Gronovii plerique codices: *qu. Pelle eſt maxime illuſtris;* ſed Mediolan. Voſſ. 1. Perizon. quibus accedunt ex meis Cibin. Gud. (quem praeteriit A. Gronovius) Rehdiger. *qu. Pelles et maxima illuſtris*, atque ita in ed. 23. conlata ex Vatic. 1. opinor, adſcriptum erat; Pariſ. 1. 2. Venet. *quarum Pelles et maxima et illuſtris;* Prag. *quarum Pelle et maxima et illuſtris;* Lipſ. Vindob. *qu. Pelles eſt m. illuſtris;*

Vatic. 3. *pelle et;* Parif. 3. Havn. *quarum Pellau maxime illuftrem al. efficiunt.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et hinc Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *quarum Pellam maxime illuftrem al. efficiunt;* Voffius et 40. *quarum Pella et maxima et illuftris. Al. efficiunt;* ita et 41. 42. tantum *Pelle;* 44. et reliquae, praeeunte Reinoldio, *quarum Pelle eft maxime illuftris. Al. efficiunt.* TZSCHVCKE. Haec quoque e libris emendavimus. [*qu. Pella et maxima et illuftris.*] Vtrumque nempe effecere Philippus et Alexander in hoc oppido nati et educati, ut et illuftris effet, Pella et maxima. VOSSIVS. Etfi vetuftiorum editionum lectio nec commodo fenfu caret, nec a MSStis deftituitur, tamen, cum Pella illuftris quidem, fed non maxima fuerit, addicant etiam potiores codices, tantum quod facili lapfu quidam aberrent, receptam lectionem deferere dubitavi, quae et Melae brevitati accommodata videtur. *Pella* autem, etfi fegniter antea fic editum fuiffe pronuntiat I. Gronovius ad 1, 2. in. potior tamen et ufitatior videtur effe terminatio, quam *Pelle.* Nempe Πέλλα habent Graeci omnes, in iis Herodotus 7, 123. Diodor. Sic. in fragm. 27. p. 644. Weffel. Stephanus h. v. Ptolemaeus 3, 13. Plin. 4, 17. f. 10. ex pofterioribus etiam Geogr. Ravenn. 2, 18. 4, 9. 5, 12. tab. Peuting. 7. B. et hinc Πέλλαν Strabo in excerpt. lib. 7. p. 105. Hudf. *Pellam* Livius lib. 44. extr. Non igitur video, qua ratione ftare recte poffit *Pelle,* cum adeo fic fcripferit Herodotus. Immo *Pelles,* quod multi hic habent, coaluit ex *Pella eft* et corruptionem indicat. Aliud eft in *Europe,* pro quo libri paffim etiam dant *Europa,* et fic in aliis. Quare revocavi Voffianum *Pella.*

Philippus) Rehdig. *phylippus;* Gud. *philipus;* Venet. *et Alexander;* Cibin. omittit *Afiae;* Prag. fcribit *Azie;* Rehdiger. *afye;* labes notae.

Mecybernaeus) Lipf. *Megibernacus;* Parif. 2. Gud. *maegibernacus;* Prag. *megibernicus;* Venet. *mergi bernocus;* Parif. 1. *maegibernatus;* Vindob. Rehdiger. Boccatius de maribus h. v. *megiberneus;* Vatic. *Maegibernaeus;* Cibin. *Maegiberneus.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Megiberneus* aut *— aeus;* 15. 17. 20. 23. *Megybernacus;* 12. 13. reliquae *Mecybernaeus.* Vera fcriptura ex Gr. Μηκύβερνα unde Μυκηβερναῖος probatur. Tum Cibin. *promunctoria,* ut 1, 13, 1. et alibi. Cf. ad 1, 5, 1.

Derrim et) Ciaccon. Parif. 1. Vatic. 3. Lipf. Cibin. Venet. Vindob. Havn. Rehdiger. Prag. codex in ed. 27. *dirimit;* idem adfert ex vetufto exemplari Surita ad Anton. itiner. p. 11. Weffel. Gud. *dirimet,* quod etiam notavit Ciacconius; Vatic. 1. ex filentio conlatoris, Parif. 5. *dividit;* Parif. 1. Zalufc. *Derrim et;* edd. omnes ad Schottum usque *dividit;* tantum Vinetus *dirimit;* Schottus dedit *Derrin et,* pofteriores a Voffio inde *Derrim et.* TZSCHVCKE. Caftigo *inter promontoria Derrin et Canaftraeum,* ex Ptolemaeo, [3, 13,] Stephano [f. v. Τορώνη.] et Strabone in Selectis. [lib. 7. p. 108. Hudf.] Sciendum autem, finum, quem Ptolemaeus, Stephanus et alii *Toronaeum,* five *Toronaicum* appellant, ab urbe *Torone,* nominari a Mela *Mecybernaeum* a *Mecyberna* oppido eiusdem finus, de quo paulo ante. Porro finum *Toronaeum* duobus promontoriis *Derri* et *Canaftraeo* includi praeter Ptolemaeum et Strabonem in Selectis. [lib. 7. p. 107. Hudf.] Stephanus etiam teftatur in dictione *Torone.* PINTIANVS. Digna profecto erat Pintiani emendatio, cuius acumen teftarentur codices et agnofcerent editores. Accedit illis codicibus Boccatius de maribus f. v. Macedonicum, unde fimul vitii origo difcitur: *flexus megibernus inter promontoria Dyri et panefireum et qui copos dicitur portum.* Nempe *Derrin* vel *Derrim* transiit in *Dyrim,* cui cum adhaefiffet

ſequens *et*, enatum eſt *dirimet* vel *dirimit*, quod gloſſa mutavit in *dividit*. Dedi tamen ad Graecam formam *Derrin*, pro quo poſſit etiam poni *Derrhin*.

Canaſtraeum) Vatic. 1. 3. Cibin. Gud. Rehdig. Boccat. c. l. *panaſtreům;* Venet. *panaſtreium;* Vindob. Havn. Pariſ. 1. *paneſtreum;* Pariſ. 2. *paneſtrum;* Prag. *paneſtroum;* Lipſ. Pariſ. 3. *canaſtreum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *caneſtreum;* 6. 7. 8. 10. 11. 12. reliquae *Canaſtreům*, ad Vinetum, qui dedit per *ae;* hunc ſecutus eſt Reinoldius et demum ab ed. 44. reliquae. Voſſius verba: *et Canaſtraeum* ſive negligentia ſive conſilio excluſit, ſed per *ae* in ſequentibus expreſſit. Praeiverat iam olim hanc ſcripturam, ut ſuperior nota docet, Pintianus, cui et favet linguae uſus et auctorum conſuetudo, veluti Scylacis p. 26. Hudſ. Apollonii Rhodii 1, 599. Stephani ſ. v. Κάναστρον, Herodoti 7, 123. Sic etiam adſert Surita c. l. ex vetuſto exemplari.

κωφὸς) Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Vindobon. Suritae c. l. exemplar vetuſtum, Boccat. c. l. *copos;* Cibin. Vatic. *chopos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. reliquae cum Schotto *Copos;* Vinetus, Voſſius, reliqui κωφός. Quod Ciacconius particulam *et* ante *portum* deleri iubet, tamquam ſuperfluam, videtur *Canaſtraeum portum* in hoc nomine probaſſe, quae tamen diſerte diſtinguit Strabonis epitome lib. 7. p. 107. Hudſ. qua egregie locus noſter adiuvatur. Ita vero hic ex Strabone olim iam voluerat Pintianus.

Toronen) Pariſ. 3. *corarem;* Cibin. *choronem;* Vindob. *coronam;* Pariſ. 2. Prag. *Turonem;* Rehdiger. *thoronem;* Pariſ. 1. *teronem;* Lipſ. Venet. Gud. *Toronem*. Edd. 1. 2. 9. *cororem;* reliquae *Toronen* praeter aliquas, uti 7. 8. 13. in quibus *Toronem*. Atque illa huius terminationis Graecorum vocabulorum commutatio

non infrequens eſt in libris et ſcriptis et editis. Sic *m* in *n* tranſire iuſſit Drakenb. in Liv. 44, 12, 7. et in *Pallenen* peccari monet ad 45, 31, 4. Nempe terminatio Graeca *en* poſtulat, vel *am* ponendum. Quantum vero Graeca forma Noſter delectetur, notum. *C* autem pro *t*, uti ſaepe poni obſervatur, ſic etiam in hoc ipſo nomine occurrit apud Liv. 31, 45, 15. Ita *Corone*, a qua nomen urbi impoſitum ſcribit Philargyrius ad Virgil. Georg. 4, 391. pro *Torone*, uti vocant recte Stephanus h. v. Lycophron v. 116. Tzetzes ad c. l. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 327.

Phyſcellam) Vatic. 1. Mediolan. *Myſcellam*, quod etiam ex Vatic. Cod. adſcriptum erat in exemplari ed. 40. et praeterea *Miſcellam* ex Cod. Μίσκερα Stephano, ubi pro Σικανίας leg. Σιθωνίας; Vindob. *miſcellam*; Voſſ. 1. Cibin. *Miſſellam*; Pariſ. 3. *Miſcelam*; Prag. *miſſelam*; Lipſ. Gud. Pariſ. 2. *niſcellam*; Havn. *niſcelam*; Venet. *niſcella*; Vatic. 3. *niſſelam*; Pariſ. 1. *niſelam*; Rehdiger. *nyſellam*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *miſcellam*; 6. 7. 8. 10. 12. reliquae *Phyſcellam*, tantum Reinoldianae *Sermylam*. TZSCHVCKE. Diximus in Plinio [4, 10. ſ. 17.] *Phyſcellam* ſcribendum videri poſſe, Ptolemaeum [?] et alios ſequuti. BARBARVS. Holſtenius in Annot. ad Ortel. p. 123. corrigit *Miſcelam* et p. 153. *Miſcellam* et *Mycellam* in MSS. Melae et Plinii legi teſtatur. A. GRONOVIVS. Apud Plinium 4, 17. ſ. 10. *Phyſcella* etiam in hoc tractu commemoratur, etſi ibi quidam *Phiſcella* et *Mycella*. Holſtenius ad Stephan. p. 210. *Miſcellam* probat, unde a correctoribus *Phyſcellam* fuerit refictum; eſſe autem Stephani Μίσκερα, ubi pro Σικανίας legendum cenſet Σιθωνίας, uti vir doctus ſupra, qui Holſtenium repetiiſſe videtur. At incerta ſunt omnia, nec ulla illarum urbium alibi commemoratur. Praeſtat igitur inſiſtere codicum veſtigiis, in primis cum et apud Plinium c. l. quidam eodem ducant et legere

cum vett. edd. *Mifcellam*, quod et in Plinio vult Holftenius c. l. Quod Reinoldius repofuit *Sermylam*, cum ipfe mutationis illius caufam non attulerit, nedum probaverit, fine dubio petiit ex Herodoto 5, 122. qui *Toronen*, *Galepfon*, *Sermylen*, *Mecybernam*, et *Olynthon* coniungit, et in terra Sithonia locat. Apud Scylacem p. 26. Hudf. pro ea eft *Ifmyria*, quam Voffius mutavit in *Sermylia*, cuius etiam Stephanus aliique mentionem faciunt. At ponunt in eo tractu, quem nofter iam reliquit fupra defcriptum, ut eo relabi recte iterum non poffit, nifi mifceat, quod tamen quibusdam vifum eft. Et fic vir doctus in margine edit. Gronov. 1685. haec adnotaverat: Mela ordinem περιηγήσεως turbat, dum Mecybernam, Toronen et Derrin poft Pallenen commemorat. Vide Scylacem et Ptolemaeum. At tam violentae mutationes reluctantibus libris eo minus obtrudi debent, quod non omnia omnibus commemorantur. *Phyfcae* Ptolemaei 3, 13. vel Stephani *Phyfcus*, fi quis huc referre velit, quod feciffe videtur Hermolaus Barbarus, nimis hinc in mediterranea Macedonia haec urbs remota diftat. Si quid levius immutandum, *Mifcera* Stephani huc proxime faciat, dummodo Σιθωνίας repofueris.

unde — eft) Rehdiger. *ipfi unde nomen eft*; Cibin. *unde poft nomen eft cingit panaftreo*; Vadianus cum fuis etiam 30. 32. 37. et cognatis Vineto fequente *unde nomen eft ipfi*. Illud concinniori fono codices.

Mecybernam) Parif. 1. 2. *Maegibernam*; Lipf. Vindob. Gud. Prag. Rehdiger. cum edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *Megibernam;* 15. 17. 20. 25. *Megybernam*. Vid. fupra. Rehdiger. *intingit* pro *incingit*.

Canaftraeo) Cibin. *panaftreo*; Prag. *capaftreo*; reliqui fere, in iis Vatic. *canaftreo*. Edd. 1. 3. 4. 5.

9. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 23. *canestreo*; 6. 7. 8. 10. *canestrio*; 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Canastreo*; post *Canastraeo*, de quo iam supra.

Sena) Ita omnes MSS. aliorum (tantum Cod. Stephani *Sane*) et mei, cum edd. vetustis, et Boccatio de maribus s. v. Macedonicum mare; edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Scione*; Vinetus *Sane*; Vossius cum ceteris *Sena*. TZSCHVCKE. Scribendum non *Sena*, sed *Scione*. Plinius [4, 17. s. 10.] *post Scionem*, inquit, *promontorium Canastreum*. BARBARVS. Licet idem sit sensus, mallem tamen hic legeres *Canastraeum promontorium Scione proximum est*, ut a more suo et consueto dicendi modo non discedat Mela. Cuius, ut dixi, peculiares sunt hae admonitiones ad dirigendum Lectoris animum; ut in Cilicia: *Pyramus Isso propior*; et mox: *sed Celendris Sarpedoni propior*. PINTIANVS. Vidit H. Stephanus [in praefat.] leg. *Sane*. Nam sup. extremo capite *Scione* nominaverat; cui assentior, emendationem confirmante Strabone in Collectaneis, [lib. 7. p. 107. Hudf.] Herodoto Polymnia [7, 22. 123.] et Plinio 4, 10. [s. 17.] ut quidem Pintianus restituit. SCHOTTVS. *Scione* correctores reposuerunt, cum prius in omnibus libris legeretur *Sena*, quod rectum est, pro *Sana* vel *Sane*. Nam et Ζηναῖοι et Σαναῖοι dicebantur oppidi huius habitatores, ut ex Stephano manifestum. VOSSIVS. Recte Vossius expulit *Scione*; sed an recte idem *Sena* instauraverit, dubitare licet. Auctores enim omnes, Herodotus etiam, *Sanen* vocant. Superioribus addi possunt Thucydides 4, 109. Plutarchus in Quaest. Gr. p. 192. (Tom. 7. ed. Lips.) Hinc Σαναῖοι apud Thucyd. 5, 18. *Sanii* apud Frontin. 3, 3, 5. ubi fere in libris *Samii*. Sed et ibi ex codice Keuchenius excitavit *Senii*, quod praefert, quod urbs etiam Σήνη adpelletur. Melius tamen iam ad nostrum locum Vossius

pro *Sanii* ſcriptum eſſe cenſet. Σαναῖοι quidem notatur a Stephano, unde Σάνη de ipſa urbe probari poſſe videatur. At cum nihil de hac forma moneat, aliunde obtruſum Σηναῖοι non temere exiſtimat de Pinedo. Praeſtat igitur Melam in tot tantisque librariorum aberrationibus ad uſitatam aliorum formam revocare, in primis cum ita in libro vetere ſe legiſſe teſtetur Stephanus. Alii emendationi, quam propoſuit argute magis, quam vere Pintianus, ipſe parum tribuit.

Mecybernaeus autem) Ex ſcribendi compendio mirae ortae ſunt formae. Pariſ. 1. 2. 3. *Maegibernacuſa*; Lipſ. Gud. Vindob. *megibernacuſa*; Boccatius de maribus c. l. *megibernecaſa*; Ciaccon. *Meciberuunſa i. m.* Rehdiger. *Megyberna euſa;* Cibin. *megyberneuſa*; Prag. *megibernatus*; Vatic. 3. *Megybernacus*; Vatic. 1. *Megybernaeus autem*; Venet. *megiberneus autem.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *megibernacuſa*; 6. 7. 8. 10. 13. *Mecyberneus autem*; 15. 17. 19. 20. 23. *Megybernaeus autem*; aliae per *c*, ut hodie recte editur. TZSCHVCKE. Scribo *Mecyberneus autem*, id eſt ſinus in medio et cetera. BARBARVS. Nulla dubitatio, ſi cogites τὸ ᾱ, id eſt *autem*, adpenſum turbas dediſſe, uti ex aliis quibusdam adparet et res ipſa docet. Poſt ante verba *in medio* inferunt *ſinus* edd. 15. 17. 20. 23. invitis libris et praeter neceſſitatem. Contra Ciacconius verba *in medio* forte vacare putat, tamquam expoſitionem *gremii.* Idem poſt τὸ *in* eiicit, quae tamen recte ſervari poſſunt. Tum Rehdiger. *medium modice.*

Ceterum longis) Rehdig. *Iterum longis.* Ciaccon. emendat *longus*; ſine cauſa gravi. Poſt *ingens* deeſt *in* Olivarianis quibusdam.

inde Thermaicus) Codices, Boccatius c. l. et priſcae editiones ad Vinetum usque dant *inter maria.*

Schottus repoſuit *ingens hinc Thermaicus*; Voſſius cum reliquis *ingens inde Thermaicus*, ad codicum lectionem propius. TZSCHVCKE. Emendo: *ingens hinc Thermaicus ſinus eſt* ex omnibus Geographis et Hiſtoricis; nihil enim inter omnes notius Thermaico ſinu. Confirmat hanc caſtigationem, quod ſtatim ſequitur, *Axium et Peneum fluvios in Thermaicum ſinum emittere*, quod Ptolemaeus [5, 13.] etiam tradit. Item ſtatim redditur urbs *Aloros*, quam eſſe in intimo receſſu ſinus Thermaici auctor eſt Stephanus. In quo tamen librarius imperitus pro *Thermacus ſinus*, *Hermeus* ſcripſit. PINTIANVS. Acuta haec eſt et indubia Pintiani emendatio, quam recte probarunt viri docti. Olim alios veluti Ortelium, Vadianum vulgata lectio impedivit induxitque, ut Mecybernaeum i. e. Toronaicum ſinum et Thermaicum eundem putarent et hinc difficultates Melae moverent. De nominum propriorum in adpellativa mutatione exemplum paullo poſt ſubminiſtrabit *Peneus*, ubi alia dabo.

Axius) Gud. Rehdig. *aſius*; Prag. *anxius*. Poſt Rehdiger. *Macedones*.

et iam) Tò *iam* omiſit Vindob. et ed. 6. in reliquis coniuncte *etiam*. Cum diviſione legendum monuit Pintianus, uti iam dederat ed. 24. et Olivarianae. Poſt Rehdiger. *theſſalios*; Gud. Vindob. et ed. 1. *theſalos*.

Peneus) Codices et edd. antiquae adferunt *penitus*; 6. 7. 8. 10. 12. reliquae *Peneus* emendante Barbaro, ſuffragantibus auctoribus reque ipſa poſtulante. Tales quidem commutationes non infrequentes ſunt noſtris maxime codicibus. Sic ſupra *dirimit* pro *Derrim*; *inter maria* pro *inde Thermaicus*; 1, 4, 5. *in illo* pro *Nilo*; 1, 18, 3. *illo* pro *Ilio*; 3, 8, 6. *magnae* pro *Macae*; 2, 3, 11. *paulatim* pro *Taulantii*; 2, 6, 5. *deorſum* pro *Dertoſam*; *illam* pro *Vllam* 3, 1, 8. *eorum* pro

Eoum, *adpofita* pro *ad Colida* 3, 7, 1. *imo* pro *Indo* 3, 7, 5. *collis* pro *Colis* 3, 7, 5. *inde* pro *Indi* 3, 7, 8. *rara tenet* pro *Patalene* ib. *hoc illi* pro *Diolco* 2, 3, 7. Sic in Strabone lib. 9. p. m. 292. f. 424. MSS. quidam *θαλάσσης* pro *Θετταλίας*, *ἄλλος* pro *Ἅλος* 9. p. m. 298. f. 443. omnes eodem libro extr. *μάντεως* pro *Μαντοῦς*; lib. 9. p. m. 302. f. 439. *Μεγαρίδι* quidam pro *μερίδι*. — Idem in aliis auctoribus obfervatur. Sic *circa* pro *Cirta* in Sallustio femper Cod. Fabric. *per fe* (*Perfae*) Aurel. Vict. de Caefar. c. 11, 11. *cominus* (*Co minus*) Plin. 6, 21. f. 17. uti emendavit Holftenius ad Stephan. p. 183. et dedit Harduinus. Ex Silio Italico multa excitavit Drakenb. ad 9, 117. et quos commemorat Broukhuf. ad Propert. 3, 2, 45. 3, 5, 5. et 37. et 7, 44. Data opera de his fcripfit (1790.) Waffenbergh in differt. de nominibus hominum et locorum propriis librariorum culpa — vitiatis. Poft Cod. Ciaccon. *excurrunt*.

Theffalonice eft) Cibin. Vatic. Venet. Rehdiger. *Theffalonices*; Vindob. Gud. *theffalonices*; Prag. omifit *eft*. Vnde in illis *Theffalonices* ortum fit, facile intelligitur.

Caffandria) Superius facta eft mentio *Caffandriae* in fine Thraciae, ubi Potidaeam retulit. Eadem enim eft *Potidaea* cum *Caffandria*. Nec eft altera Caffandria. De ea vero nullo modo poteft hic intelligi. Tum quod fupervacua effet repetitio, tum quod Caffandria eft in cervice Pallenes, haec vero urbs, de qua hic agitur, longe illinc remota eft, inter fluvios Axium et Peneum. Quamobrem legendum hic videtur non *Caffandria*, fed *Chalaftra*, quae urbs eft Macedoniae, parva quidem, fed celebris in finu Thermaico, cuius Stephanus et, eo referente, Strabo, [epit. libri 7. p. 106. Hudf.] itemque Herodotus, [7, 123.] Plinius, [4, 17. f. 10.]

Lycophron, [v. 1044. incerta tamen lectione] multique alii meminere, quos ne ſim oneroſus, praetereo. Patet autem evidenter, legendum hic *Chalaſtra*; nam Strabo in Selectis [c. l.] tradit, Axium fluvium inter Chalaſtram et Thermen in ſinum Thermaicum emittere. Porro *Therme* eadem eſt cum *Theſſalonica* a Caſſandro rege condita et ſic dicta a nomine uxoris *Theſſalonicae*, licet Stephanus aliam etymologiae rationem ſequatur. Haec autem ante Axium fluvium ſita eſt, teſte Ptolemaeo, [3, 13.] et hoc loco Pomponio; ſequitur igitur Chalaſtran poſt Axium eſſe, finitimam Theſſalonicae, Axio fluvio ab ea diſterminatam. Accedit ad haec, quod Strabo in Selectis tradit Caſſandrum regem oppidula quaedam vicina transtuliſſe Theſſalonicam ad habitandum, hoc eſt, Chaleſtram, Aeneam, Ciſſon. Ceterum Strabo Theſſaloniceam nominat referente Stephano, ſcribitque Haliam prius dictam. *Chalaſtram* autem cum *a* in penultima Stephanus et Plinius; Strabo in Selectis et Herodotus in Polymnia cum *e Chaleſtram*. PINTIANVS. Caſſandriam alieno plane hic loco collocatam eſſe recte obſervavit Pintianus. Quod ſi locus emendandus ſit, non dubitandum, quin Chalaſtra hic locum habere poſſit, cum illa ſita ſit inter Peneum et Axium flumina. Sed videtur non tam librarius, quam ipſe erraſſe Mela. Nam, cum ſuperius antiquiores, ut fere ſemper, ſecutus Graecos, Thraciam usque ad Pallenen extenderit, ipſamque adeo Pallenen in Thracia collocarit, hic eandem oram relegens Mecybernam, Toronam, Phyſcellam totamque Pallenes peninſulam Macedoniae tribuit. Vti itaque Panen et Canaſtraeum promuntorium non hic, ſed ſuperius in Pallenes deſcriptione recenſere debuerat, ita quoque Caſſandriae meminiſſe debuerat, cum Potidaeae facit mentionem. Ex huius quippe ruinis altera conflata eſt, atteſtantibus omnibus, qui Potidaeam poſtea Caſſandram dictam fuiſſe ſcribunt. Quamvis non Potidaeatae ſoli, ſed et Olynthii et Pallenenſes huc fuere deducti. VOSSIVS.

Caſſandria, quo nomine Potidaeam dictam eſſe a Caſſandro multi tradunt, hoc loco intelligi non poteſt, cum iam ſimus in media Macedonia, at illa fuerit in Pallene. Nec tamen alii mentionem huius faciunt, ita ut vel ſoli Melae credere debeamus, urbem iſto nomine hic quoque fuiſſe, vel eum lapſum eſſe. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Caſſandria non utique ipſa, quae Phlegrae locum occupavit poſtea et Potidaeae, ſed, ut videtur alterius urbis eodem nomine, prout potuit Caſſander facile hic aliquam aliam exſtruxiſſe, ſed quae magnam famam non habuit, et ideo ab aliis omittitur. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Alterutrum ſtatuendum eſt, ſi quis velit hunc ſitum intelligere. *Chalaſtra* enim, vel quacunque alia forma in auctoribus prodeat, de quo Weſſeling ad Diodor. Tom. 2. p. 578. aliquantum a librorum lectione ſtabili recedit, ut ferri vel ad librarios vitium referri nequeat. Poſſit tamen et ipſe Mela hic vindicari, ſi vera ſunt et in Melae tempora cadunt, quae ex Cod. Graeco Veneto adtulit Leo Allatius in notis ad Acropolitae hiſtoriam p. 241. ed. Pariſ. 1651. f. Ποτιδαία ἡ νῦν Κασσάνδρεια ἤτοι ἡ Βέῤῥοια. Nam Berroeam inter Axium et Peneum poſt Pellam omnes ponunt. Vid. Ptolem. c. l. et tab. Peutinger. 7. Contra poſterius Potidaeae nomen Βύῤῥοια (ſic) memorat Schol. in Demoſth. Olynth. 1. p. 11. ed. Reisk. A vocibus *inter utrumque* cap. 20. incipit Vinetus.

Cydna) MSS. A. Gronovii *Cinda* vel *Cynda.* Ciaccon. Vatic. 3. Cibin. *Cynda*; Pariſ. 5. Gud. Prag. *cinda*; Rehdiger. *cyndra*; Lipſ. Vindob. Pariſ. 2. Boccatius c. l. *cindra*; Pariſ. 1. *cruda*; Vatic. 1. optimus cum ed. 23. *Cydnas* habuiſſe ex ſilentio conlatoris videtur. *Pydna* adſcriptum erat in margine conlatae ed. 40. etſi ſine codicis diſerta nota. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *cinda*; Voſſius et 40. 41. 42. *Cydne*, reliquae *Cydna.* TZSCHVCKE. Lego *Cydna* ex Theagene, qui et *Pydnam*

vocari eam tradit, auctore Stephano. Atque ita fere dicitur Plinio [4, 17. f. 10.] ceterisque. Poffet quis hoc loco et *Cinna* legere. Stephanus, *Cinna*, inquit, *Heracleae Macedonum propinqua eft, ab Amazone vocata, five a Cinno Coci fratre.* Sed prior lectio commodior. BARBARVS. Scribo *Pydna.* PINTIANVS. Scrib. *Pydna Aforos, Heraclea.* SCHOTTVS. Mela antiquiores fecutus Graecos *Cydnam* vocat, quam alii *Pydnam.* Vrbem enim hanc prius fic dictam et poftea κατὰ παραφθορὰν appellatam fuiffe Pydnam, ex Theagenis Macedonicis teftatur Stephanus. VOSSIVS. *Cydna* egregie tuetur Stephanus. Hinc etiam Pintiani emendationem reiicit Voffius ad Scylacem p. 61. ed. Gron. At tum *Cydna* praeftat, non *Cydne*, quia per α edidit Stephanus. An in Strabonis epitome p. 105. Hudf. pro Κίτρον, quo nomine poftea venit Pydna, legendum fit Κίθνον, disquirant alii. Equidem diverfa temporum ratione confiderata, vulgatam mutare dubitavi. Sed de hoc ad Strabonem et Melam fuis locis.

Aloros) Parif. 2. Vatic. 3. Lipf. Venet. Prag. *abros*; Cibin. *alors*; Rehdiger. *alloros*, reliqui, etiam Ciaccon. cum Boccatio c. l. et prifcis edd. *Aloros*. Vadianus cum fuis *Azoros*, ceteris reluctantibus. TZSCHVCKE. Pro *Azoros* fcribo *Aloros* ex Ptolemaeo [3, 13.] et Strabone in felectis. [lib. 7. p. 105. Hudf.] Nam *Azoros Pelagonum* diverfa res eft. Hic urbes maritimae finus Thermaici referuntur, in cuius intimo receffu, ut dixi, eft *Aloros*. PINTIANVS. Ita, *Azoros*, videtur dediffe Vadianus, fi notas eius adeas, quia *Azoros* maritima fit, *Aloros* prope Axii fontes fita Ptolemaeo 3, 13. Sed bene habet Codicum *Aloros*, quam urbem in finu Thermaico locat Stephanus h. v. Ita enim pro Ἑρμαίου legendum effe dudum monuerat Holftenius p. 28. Et fic Plinius 4, 17. f. 10. adiungit *Pydnae*, ubi fic pro *Oloros* recte repofuit Harduinus et iam ante emendaverat

Vossius ad Scylacem p. 61. ed. Gron. in quo idem pro Ἀλωρὶς cum Salmasio corrigit Ἄλωρος. In tab. Peuting. 7. videtur esse *Arulos* transpositis literis, uti et habet Geogr. Ravenn. 3, 9.

Icaris) Vossiani quidam libri *Sycharis* et *Hycaris*. Ex meis Vatic. 1. *itharis*; Cibin. Vatic. 3. Prag. *icharis*; Rehdiger. *icarys*; reliqui cum Boccatio c. l. et priscis edd. *Icaris*; edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Derris*; Schottus *Ichne*; Vinetus revocavit *Icaris*, quem secuti sunt Vossius, Gronovii, reliqui praeter Reinoldium, qui maluit *Ichnae*. TZSCHVCKE. Scribendum arbitror *Derris a Peneo Sepias*. De ipsa *Derri* Plinius, [4, 17. s. 10.] Ptolemaeus, [3, 13.] Stephanus prope *Cydnam*, sive, quod idem est *Pydnam*. De *Sepiade* post *Peneum* amnem sita iidem auctores. BARBARVS. Antiqua lectio *Icaris* praeferebat. Hermolaus pro *Icaris Derris* supposuit ex Ptolemaeo, Plinio, Stephano, a quibus ait *Derrin* locari prope *Pydnam*, quod salva manium Hermolai pace, falsum est, desideroque ea in re Hermolai ingenuitatem et in prodendo fidem. Nam *Derris* promontorium est Ptolemaeo et Stephano procul a Pydna, finis, ut dixi, sinus Toronaici, Boream versus et principium Singitici. *Derrin* autem urbem Macedoniae nusquam, puto, ostendet mihi Hermolaus. *Derram* solum in Plinio [4, 17. s. 10.] legimus, ubi de Macedonia disserit, in quo, ut constat, paria fere sunt errata cum verbis. Quomodo autem in eo legendum sit, quia non poterat paucis ostendi, distuli in aliud opus, in quo dicata opera res mihi erit cum Plinio. Ceterum ego pro *Icaris Ichnae* substituo, nobilem urbem in ora sinus Thermaici prope *Chalastram*, *Pydnam*, *Aloron*, quas hic recensuit Mela. Colligitur id ex Stephano, Herodoto, [7, 123.] Plinio [4, 17. s. 10.] aperte. PINTIANVS.

Forte legendum *Ichnae*, quam inter Axium et Aloron Plinius memorat. Quid ſi *Heraclea* ex Plinio, qui illam inter Axium et Pieres, ſed Peneo iunctam ponit? CIACCONIVS. *Ichnae* magis probo, quam quod Herm. Barbarus ſuppoſuit *Derris*, cum e veſtigiis antiquae lectionis *Icaris*, tum e Plinio ibidem. SCHOTTVS. Forſan *Sicyris*, quae aliter Sycurium. Sed potius exiſtimo hanc eſſe, quae Ptolemaeo [3, 13.] dicitur Κύριος, male, ut videtur, pro Κύρις, vel Κύρης. Ab hac ἐθνικὸν Κυρησῖται et contracte Κυρησταὶ, qui ſunt Cyreſtae Plinii. [*Cyrrheſtae* 4, 17. ſ. 10.] VOSSIVS. Cum hic urbes recenſeat, immiſceri Derris, promontorium ſinus Toronaici, ipſo etiam ſitu alienum et ſupra ſuo loco commemoratum, ferri nequit. Sinus enim Toronaicus a Canaſtraeo ad Derrin permittitur, ut diſerte adfirmat Stephanus ſ. v. Τορώνη, comprobantibus Ptolemaeo 3, 13. et Strabone in epit. lib. 7. p. 107 ſq. Hudſ. Praeterea hoc nomine urbs non facile in antiquis ſcriptoribus excitabitur, niſi quis *Derrham* Plinii 4, 17. ſ. 10. in ſinu Thermaïco huc referre velit, etſi dubia lectione et inquieta. Tum *Derris* longe recedit a librorum lectione, longius tamen *Ichnae* et *Heraclea*, quod etiam in nota ſuperiori ſubſtituit Schottus. Propius accedit Voſſii Κύρις vel Κύρης, Ptolemaeo 3, 13. Κυριὸς, pro quo Harduinus ad Plinium c. l. malit Κυῤῥὸς, uti legitur in Thucydide 2, 100. prope Pellam. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 53. At fuit in mediterraneis, ut aliae, ſi quis huc adferre velit. Quod, Voſſio quidem teſte, libri quidam praeferunt *Sycharis*, latere hic videatur *Sycurium*. Tum altera lectione *itharis* omiſſo *s*, quod non inſolens eſt, idem innui videatur. Sycurii mentionem, quod ſciam, ſoli faciunt Polybius 27, 8. ſ. et Livius 42, 54. ſ. et alibi. Hic tamen poſt Peneum ſub radicibus Oſſae montis verſus meridiem iuxta Theſſaliae campos locat, ex quo mirifice ordinem a Mela inſtitutum turbari et diſiici adparet. Verum igitur nomen dubium manet, et, dum

melius et rectius proferatur, plerorumque librorum verbum cum aliis relinquendum duxi.

a Peneo) Vatic. Parif. 1. 2. 3. Lipf. Cibin. Vindobon. Gud. Prag. Rehdiger. *apeno*; Venet. *Appeno*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *apeno*, quaedam etiam divife; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. reliquae *a Peneo*, quam lectionem nemo improbabit.

ad Sepiada) Lipf. *afepia*; Vindob. *afepiada*; Voffiani, ipfo tefte, Parif. 1. 2. 3. Venet. Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. Havn. Boccat. c. l. *adfepida*; Vatican. Ciaccon. duo *ad Sepiada*. Edd. 1. *ifelpida*; 2. 3. 4. 5. 9. 11. *ifepida*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Sepias*; Vinetus, Voffius, reliqui *ad Sepiada*. TZSCHVCKE. Scribendum arbitror *a Peneo Sepias*. BARBARVS. Legendum exiftimo: *a Peneo Sepias*. PINTIANVS. Legendum videtur *a Peneo ad Sepiada* ex confueto more Melae, et fic liber meus MS. et V. C. habet, et haec vera huius loci lectio eft. CIACCONIVS.

Gyrtona, Meliboea) De priori haec: Voffii omnes, Lipf. Vatic. 3. Venet. Prag. Gud. Havn. *corutra*; Boccat. c. l. *corrutra*; Rehdiger. *corruthra*; Parif. 1. 2. 3. *coruthra*; Vindobon. *corinthea coruthra*; Cibin. *chornicia*; Vatic. 1. *corinthia*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Corinthia*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Cordynia*; Vinetus *Gordynia*; Voffius, 40. *Gortyna*; 41. 42. aliae *Gyrtona*. Sequitur alterum: Venet. *melliboca*; Gud. *aneliboca*; Parif. 1. 2. 3. *ameliboca*; Cibin. Rehdiger. *Melybea*; alii *melibea*. Sic editiones antiquae variant *Moeliboca*, *Melibca*, *Moelibea*, *Melibaca*. TZSCHVCKE. Legendum exiftimo: *a Peneo Sepias, Dorion, Trachin, Meliboea* ex Cofmographis et

Hiſtoricis omnibus. Lucanus quoque noſter in ſexto: [v. 352.] *Quae tetigit Phylace, Pteleonque [Pteleosque] et Dorion ira Flebile Pieridum, Trachin pretioque nefandae Lampados Herculeis fortis Meliboea ſagittis.* [*pharetris.*] Male enim pro *Corinthia*, ut prius legebatur, ſubſtituerunt *Cordynia*, qui hunc librum ſuis ſacris initiaverunt. Sed quia ad hunc locum ventum eſt, et Hermolaus in Plinii caſtigationibus Lucanum noſtrum inceſſit, quod in verſibus paulo ante dictis allucinatus ſit et pro *Dotion*, quae eſt Theſſaliae urbs, *Dorion* poſuerit, examinemus, quam diligentiſſime fieri poſſit, quanto id Hermolaus iure fecerit. Ego certe nullo puto. Nam cui obſecro, vel mediocri iudicio praedito, perſuaderi poſſit, Lucanum tantum virum, Romae ſcribentem, hoc eſt, in urbe mundi domina, eruditiſſimis illis temporibus, in poëmate eximio, quod univerſo orbi legendum proponebat, bellum litteris mandans maximum omnium, quae unquam fuerunt, ita inconſideratum et conſilio praecipitem deviumque exſtitiſſe, ut ſimilitudine nominis in pudendum errorem raptus pro *Dotion* Theſſaliae *Dorion* Achaiae acceperit, praeſertim loca exſequens Theſſaliae, in qua bellum, quod prodebat, geſtum fuit, et unde nomen operi ſuo adſcivit. Quam ob rem ego ita cenſeo: quum in Graecia multa ſint loca non duplicia ſolum, ſed triplicia et plura, eodem nomine dicta, ut *Thebae*, *Argos*, *Orchomenos*, *Pteleon* et huiusmodi, ita duplex etiam *Dorion* fuiſſe, alterum Peloponneſi, alterum Theſſaliae, praeſertim cum ſcripta Plinii et Romana exemplaria *Dorion*, non *Dotion* propalam habeant, et ita oſtendat codex vetus bibliothecae Academicae Salmanticenſis, et codices etiam ſuos ſic habere Hermolaus ipſe fateatur. At nulla mentio *Dorii* Theſſaliae apud Geographos. Quid mirum? Multa enim a Geographis praetermiſſa apud poetas, oratores et hiſtoricos legimus; neque enim illi in opere tam vario ac diffuſo omnia complecti potuere. Nam et ipſe Hermolaus ad confir-

mandum *Teniam* oppidum esse Arcadiae, nullius Geographi testimonium inveniens, una tantum Ciceronis auctoritate contentus fuit, et ea ab angulo petita non illustri, etsi in omnibus Ciceronis exemplaribus non *Tenia*, ut Hermolaus legit, sed *Tene* habetur. Cur igitur et nos non tanti esse clarissimum vatem putamus, cui vel soli *Dorion* etiam esse in Thessalia credamus. *Dorion*, ubi Lucanus ait excaecatum Thamyrin, non fuit Thessaliae, cuius loca nunc refert Lucanus, sed *Peloponnesi*. Meminisse debuit Hermolaus, homo inter poetas tam diu versatus, usitatissimum esse poetis morem, ut, cum nominum similitudo invitet, confundant saepe fabulas, ut Virgilius [eclog. 6, 74.] *Quid loquar aut Scyllam Nisi* etc. et Propertius [4, 4, 39.] *Quid mirum in patrios Scyllam saevisse capillos Candidaque in saevos inguina versa canes;* et ipse etiam Lucanus paulo infra hunc locum, de quo dimicamus, pro *Thebis Phthioticis Thebas Boeotias* posuit: *Veteres*, inquit, *ubi fabula Thebas Monstrat Echionias*, quod eius interpretes non latuit. Nec finis exemplorum. Sed ut redeamus ad Melam. Desiderari in eo puto verbum *promontorio*, ut legendum sit: *A Sepiade promontorio*, ut non ita multo post: *A promontorio Sepiade per Demetriam et Boion.* PINTIANVS. Legendum *Erymne* pro *Cordynia*. CIACCONIVS. Scrib. *a Peneo ad Sepiada Erymne Meliboea.* SCHOTTVS. Cum libri veteres habeant *ad Sepida*, certum est, Melam scripsisse: *A Peneo ad Sepiada, Gortyna, Meliboea, Castanaea.* Inter ostia Penei et Sepiada promuntorium tria illa collocat oppida. Gortyna quidem sita erat ad ipsum os Penei fluminis. Itaque non est dubitandum de veritate huius lectionis, quam vetera confirmant exemplaria, in quibus omnibus *corutra* inveni. Meliboea vero sita erat in sinu, qui Ossam et Pelium montem interiacet. Strabo lib. 9. [p. m. 305. s. 443.] Τραχὺς δ' ἐστὶν ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηλίου ὅσον σταδίων ὀγδοήκοντα· τοσοῦτος δὲ καὶ τοιοῦτος καὶ ὁ

τῆς Ὄσσης. Μεταξὺ δὲ κόλπος πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. Inepte vulgo legitur Πηνειοῦ pro Πηλίου, quod miror non vidiſſe interpretes. Caſtanaea vero et ipſa ſita erat ad mare, ad pedem montis Pelii, ut ibidem Strabo et alii alibi teſtantur. Vere itaque Mela dixit, inter oſtia Penei et Sepiada promuntorium ſita eſſe haec tria oppida, *Gortynam*, *Meliboeam* et *Caſtanaeam*. VOSSIVS. Edi debuit *Gyrtone*, quomodo, licet non habeant libri veteres, etiam Voſſius non ſic in emendatione reponat, tamen et in fine eiusdem notae apparet, eum ſic utique cogitaviſſe; et vocabatur haec urbs Γύρτων vel Γυρτώνη. Sed eodem modo Γορτύνιος et Γυρτώνιος confuſum fuit in Polybio lib. 17. c. 18. I. GRONOVIVS. *Gyrtona* ſcribendum monui, ſed ſemidoctus librarius *Gortynam* exhibuit veluti notiorem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Verum urbis nomen corruptum eſſe, facile adparet, ſed quale illud fuerit, dictu facile non eſt, Pintiani emendatio, etſi ingenioſe ad codices eſt efficta, aliena tamen ab hoc loco, ignotiora etiam infercit. De Dorio vid. quae disputantur a viris doctis ad Lucan. 6, 352. ubi quidam praeferunt *Dotion*, quod et recepit Burmannus. *Dotion*, Olympi promontorium, commemorat Tzetzes ad Lycophron. v. 410. vicinum Libethris, quod nec ſic referri huc poteſt. *Trachin* iuxta Oetam montem ponitur a Stephano, unde etiam Oetaeam vocat Strabo lib. 9. p. m. 292. ſ. 423. Oeta autem hinc diſtat. *Erymnae* magis ſitu conveniunt, quam urbem prope Penei oſtia locat Plinius 4, 16. ſ. 9. Cf. Strabo lib. 9. p. m. 305. ſ. 443. Stephanus ex Hecataeo et quae disſeruntur a Drakenb. ad Liv. 39, 25, 3. ubi *Eurymenae* editur. Ita *Gyrton*, uti plerique vocant, Ptolemaeus 3, 13. cum Homero Il. 2, 738. *Gyrtone*, a Strabone in epit. lib. 7. p. 105. ed. Hudſ. ad radices Olympi iuxta Peneum ponitur, ſed ab ipſo lib. 9. p. m. 304. ſ. 442. iuxta Peneum et Pelium. Cf. etiam Plin. 4, 16. ſ. 9. Liv. 36, 10. in. 42, 54. in. Theſſaliae tri-

buunt seu Perrhaebiae, eius parti, Strabo 9. p. m. 302. f. 443. Stephanus, Schol. Apollon. ad 1, 57. Hyginus fab. 14. Magnesiae cum aliis quibusdam hic in Macedonia recensitis Plinius 4, 16. f. 9. At in Stymphalia procul hinc ponit Ptolemaeus 3, 13. Situm propius declarat Strabo lib. 9. c. l. in Pelasgico campo, qui fuit in campestri Thessalia et Magnesia, cui etiam adscribit ex his locis Ossam et Pelium. Facit etiam huc Livius 42, 54. in. Ibi enim magna ex parte dirutis et incensis Mylis, quae fuit urbs mediterranea, exercitus ad Phalarnam castra movit, inde postero die Gyrtonem pervenit, quam praetergressus Elatiam et Gonnum recepit. Vtraque autem oppida, magis vero Gonnum, in faucibus esse dicit, quae Tempe adeunt. Removit igitur etiam Gyrtonem in tabula Graeciae antiqua aliquantulum a mari Anvillius. Ita quidem situs, praeterquam quod nomen a Codicum lectione nimis discrepat, vix pati videtur, ut in hoc cursu Melae per oram maritimam acto legatur *Gyrtona*. Tum diserte Scylax p. 25. Hudf. Perrhaebos in mediterraneo tractu ponit. Nec *Sycurium*, licet propius accedit, convenit. An *Spalathra*, quam cum Castanaea coniungit Mela, et in ora Magnesiae commemorat Scylax c. l. At certi aliquid statui vix potest. Quare notatis difficultatibus lectionem hodie receptam reliqui, in primis cum Strabo lib. 9. p. m. 302. f. 439. propius mari admovere iuxta Peneum videatur; nisi quis potius de finibus Perrhaeborum versus aliam partem constitutis intelligat.

Castanaea) Vatic. 1. Cibin. *castanias*; Vatic. 3. Lipf. Gud. Venet. Prag. Rehdiger. uti edd. 1. 2. 9. *castaneas*; 3. 4. 5. et pleraeque aliae *Castanea*; 3. 8. *Castaneae*; 19. cum Vineto, Vossio, aliis *Castanaea*, ex Graeco Καστάναια, uti est apud Stephanum h. v. Lycophron. v. 907. Etymol. M. h. v. etsi forsan melius *Casthanaea*, quia antiquiores auctores, Graeci fere scri-

bunt Κασθάναια, in quibus Herodotus 7, 183. et 188. Eudoxus apud Stephan. h. v. Strabo 9. p. m. 305. f. 443. Plinius 4, 16. f. 9. *Casthanaea* ex correctione Harduini. Cf. Wesseling. ad Herodot. 7, 183. et quae notavi ad Strabonem lib. 9. p. 443. Paris.

pares — illuminat) Varietas in libris haec: Prag. *partus*; Vindobon. *nisi qui*; idem et Gud. Prag. *philotetes*; Cibin. Lips. *phylotetes*; Rehdiger. *phylothetes*. Ed. 2. *Philottetes*; 21. 28. *Phyloctetes*; Cibin. *alumpnus*; Prag. *melibiam*; Rehdig. *moelybeam* de quo supra; Prag. *illustriorem facit* pro *illuminat*, quod quidem hoc sensu non agnoscunt prisci bonique auctores. Depromsit sine dubio ex glossa. Ciacconius illa causa forte motus coniicit: *illustrat*.

§. 2. *Terrae interiores)* Cibin. *Interiores terrae*; Vindob. *nichil*, ut alibi.

Hinc non longe est) Sic libri veteres. Tantum *est* omittunt Voss. 1. Prag. Paris. 2. Ed. 8. *Hic non longe*. TZSCHVCKE. Castigo: *Hic nobilis Olympus*. Nam dixit statim ante: *pene nihil ignobile ferunt*, et succedit paulo post: *Hic sacro nemore nobilia Tempe*. PINTIANVS. Forte leg. *Hic est Olympus*. Cetera *non longe* vacant. CIACCONIVS. Scrib. *Hic est Olympus*. Reliqua lituram patiantur. SCHOTTVS supra ad verba: *a Peneo*. — Τὸ *hinc* utique offendit. Cum enim proxime antea interiora commemoret, ad quae inde a litore digressionem facit, minus commode ad illud relabi poterat, sine quo *hinc* intelligi non potest. Atque ita post aliquoties *hic* repetit, ut ad interiora respexisse eum adpareat. Non igitur temere docti viri substituerunt *hic*, quae particulae quam saepe commisceantur, docui ad 1, 5, 3. et alibi. Sed quid faciendum vocibus *non longe*, quae citius reciduntur, quam sanantur. Prius cum

nimis ſit violentum, poſterius vix medicinam ferat; tutius eſt, vulgatam lectionem retinere, ſic ut tamen litus antea relictum reſpiciat. Neque vero vel ſic ſatis accurate loquitur, cum et mare adtigiſſe illos montes aliunde conſtet, de quo Vol. 2. Ita vero in Horatio 1. od. 17, 14 ſq. *hinc* et *hic* connexa leguntur; olim quidem.

Pelion, Oſſa) Vtrique nomini Mediol. Voſſ. 1. 3. 5. Cibin. Zaluſc. Gud. Pariſ. 3. Rehdiger. Vindob. praemittunt *hic*, quod etiam Vaticani feciſſe videntur cum Havn. et Venet. Nec aliter editiones omnes ante Voſſium, qui ex utraque ſede expulit. Adſenſerunt Gronovii aliique. Deſideratur in Lipſ. Pariſ. 1. 2. aliisque A. Gronovii. Tum Cibin. Prag. *Pelyon*, hic etiam *et Oſſa*. TZSCHVCKE. Tὸ *hic* toties repetitum delevimus auctoritate meliorum librorum, ex quorum fide multa quoque alia minuta correximus, quorum ſigillatim rationem reddere non lectori minus, quam nobis ſit futurum faſtidio. VOSSIVS. Probo particulae omiſſionem, quae minus commodum in hac ſede locum occupet, quia non diverſa, uti poſt, ſingulatim diſtinguit, ſed eadem ſimul complectitur.

fabula belloque) Zaluſc. *fama bellorum.* Poſt edd. 9. 13. *hinc Muſarum*; Vindob. *domus* omiſſo *que*; Cibin. *pyeriam*; Rehdiger. *pyeria*; Vindob. *carcatum.*

Graio Herculi) Vatic. Pariſ. 1. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vindob. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *grato;* Pariſ. 2. Cibin. Havn. Prag. *gratum*; Venet. *Graco.* Sed iam olim recte Hermolaus mutandum vidit in *Graio*, uti hinc receperunt edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. et ſequentes. Nempe multi fuerunt Hercules, ut ex auctoribus conſtat. Eadem vero et alibi mutatio commemoratur, de qua vid. Heinſ. ad Claudian. de Conſul. Probini et Olybr. v. 198. ad Ovid. Metam. 4, 537. ad Faſt. 5, 8. ubi

plura loca adfert, Broukhuſ. ad Propert. 3, 6, 29. Drakenborch. ad Sil. Ital. 6, 327. et ad Liv. 45, 48, 5. A. Gronov. ad Iuſtin. 8, 4, 9.

ſaltus Oetaeus) Primum Prag. *ſalteus*; ed. 34. *ſaltusque*; deinde Vindobon. *orpheus*; Lipſ. Rehdiger. *cetheus*; Voſſ. 1. Cibin. *oetreus*; Venet. Gud. Prag. Voſſ. 3. Leid. *oetheus*. Edd. 1. 2. 9. 11. *Oetheus*; aliae *Oeteus* et *Oetaeus*; poſterius ex Graeca ratione recte invaluit, probatque Oudendorp. in Lucano 6, 389. ubi mire etiam aberrant codices. Cf. Bunem. ad Lactant. de falſ. relig. 1, 9. f. Poſt Prag. *in ſacro nemore*.

Libethra) Lipſ. Vindob. *lebetra*; Venet. Gud. *lebethra*; Prag. *libreta*; Pariſ. 1. *Libothra*; alii in iis Vatic. Cibin. *libethra*. Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. 15. 20. 23. *libetra*; 5. *liberta*; 16. 18. *Lybethra*; 6. 7. 8. 10. 17. et aliae etiam ab ed. 22. Vadianus *Libethra*, uti emendaverat Hermolaus, et Graeci in utroque numero, Λείβηθρον et Λείβηθρα, tuentur.

carminum) Ciaccon. *carmina*, *fontes obiacent*. Edd. priſcae cum Vadianis, Olivarianis, Schotto *carminumque*; Vinetus, Voſſius et poſt ceteri *carminum* expulſo *que*.

§. 3. *Obiacet tum)* Vatic. Pariſ. 3. Cibin. Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. Havn. Venet. Ciaccon. et edd. omnes ad Voſſium *obiacent*. *Tum* Pariſ. 1. 2. habuiſſe videntur *obiacet*, quod tamen plane omiſit Vindob. Vulgarem aliorum diſtinctionem primus mutavit Voſſius hac ſerie conſtituta: *fontes. Obiacet tum* et ſic Gronovii aliique. TZSCHVCKE. Pro *obiacent* legendum *obiacet*, ut ſit principium ſequentium, vel, quod magis placet, *adiacet*. PINTIANVS. Dele *obiacent*. SCHOTTVS *ſupra* ad 1, 19, 5. Nihil immutandum vel auferendum.

Tales ἐπανάληψις amat Pomponius. Sic quoque ſupra locutus eſt. VOSSIVS. Si ſtabilis illi verbo ſedes tribuatur, recte Voſſius mutavit in *obiacet*, transpoſita etiam diſtinctione. Codices retulerunt minus bene ad ſuperiora, unde manavit numeri inverſio. At graviter offendit in hoc nexu, ubi nulla vis ſubeſt, languida eiusdem verbi repetitio. Noſter etiam particulae *tum* non ſic ſolet praemittere verbum, ſed ad finem reiicere, uti 2, 6, 9. Videtur ex fine huc revocatum maleque intruſum eſſe, quare etiam forſitan Vindob. omiſit. Si ſit retinendum, malim ad ſuperiora referre, quam in utroque latere tolerare. At eiiciendum melius videtur, aut uncis certe includendum, quod feci. Ceterum hinc cap. 21. incipit Vinetus, cap. 4. Cocleus (ed. 11.) et Reinoldius praepoſita voce *Graecia.*

vaſte) Ciacconius malit *vaſta.* Sine cauſa. Poſt Rehdiger. omittit *Graecia.* Lipſ. ſcribit *mirthoum*; Gud. *mirtoum*; Vindob. *mirithoum*; Rehdiger. Prag. *myrthoum*, et ſic fere editiones antiquae; Lipſ. *attingit*; Cibin. *ab ſeptentrione;* Lipſ. *in meridie vecta*; Rehdig. *egeis.* In *Myrtoum* ex Graeca ratione adſpirationem expellendam eſſe monuit iam Pintianus.

Ac proximo) Cibin. *At*, ut Schottus; Voſſ. 1. 3. 5. Perizon. Lipſ. Cibin. Venet. Rehdiger. *proximo*; Mediolan. Leid. Gud. Vatic. Prag. Vindob. adnexo ſequenti *s proximos*; Pariſienſes et Havn. videntur habuiſſe *proxime*, uti edd. omnes cum 42. tantum 16. 18. *proxima*; poſt Reinoldius poſuit *proximo*, et hinc edd. 44. 45. et reliquae. TZSCHVCKE. *Proximo* et *proxime*, ut *aſſiduo*, *aſſidue*. *Proximo* etiam ab ipſo Cicerone in Catone maiori cap. 7. et 18. [15.] adhibitum fuiſſe conſtat ex Chariſio lib. 2. inſtit. Grammat. cap. 7. et 15. [lib. 2. p. 191. ed. Putſch.] ubi editiones *maxime* praeferunt. A. GRONOVIVS. Adtulit haec

Gronovius fine dubio ex ed. Putfchii. ubi fic lib. 2. p. 191. legitur. At in ed. prima Pierii Cyminii, Neapoli 1532. fol. p. 78. reperitur *proxime*, nec aliter in duobus Ciceronis locis, quod et fic repetiit conftanter ed. Bafil. 1551. 8. p. 234. etfi alias *proxime* et *maxime* invicem commutari docuerunt Oudendorp. ad Iul. Caef. de B. G. lib. 3. f. et quos memorat. Sed funt plurima alia utriusque formae in adverbiis exempla, quae a libris vetuftis et editoribus etiam variantur. Sic *fecrete* Publius Syr. v. 697. ubi Bentleius *fecreto*. *Certo* et *certe*, de quibus Scheller in obfervatt. p. 39. apud Terent. in Phorm. 1, 3, 12. *Opportuno* et *opportune* in Orof. 5, 15. ubi v. Havercamp. p. 323. *Inufitato* apud Plin. in Panegyr. cap. 5. quod ibi exercuit doctos viros, de quo Schwartzius ad c. l. *Commodo* ex Charifio et Cicerone ipfo tuetur Manutius ad Cicer. ad diverf. 1, 1. renitente tamen Graevio. Ita *maximo* pro *maxime*, ut *vero* pro *vere* vult Gronov. in Gellio 19, 3. Sic *arcano*, *tacito*, *falfo*, *primo*, de quibus praeter Charifium Voffius de arte Grammat. 6, 19. Hic aperte codices inclinant ad *proximo*, quod movere aut mutare dubitavi. I. Gronovius emendat *a proximo*, de quo deinceps.

fpatiofa et Hellas) Reinoldius dedit *et fpatiofa et Hellas;* ed. Saling. (1538.) 29. 33. *eft Hellas;* τὸ *et* ante *Hellas* abiecit Voffius cumque eo 40. 41. 42. nec agnoviffe videntur Parif. 2. 3. at fervant reliqui codices cum editionibus aliis. I. Gronovius tamen etiam *eft* et *et* ex Codd. adfert. Pro *Hellas* Lipf. *ellas;* Havn. Prag. *elas;* 1. 3. 4. et Vinetus *Helas;* 2. *Heleas;* 9. *Helcas.* TZSCHVCKE. *Ac proxime fpatiofa eft Hellas nomine)* Scribo *Ac proxime fpatiofa et Hellas nomine.* PINTIANVS. Pro verbo *eft* in V. C. coniunctio *et* habetur, ut legendum fit: *Ac proxime fpatiofa et Hellas nomine.* CIACCONIVS. Mutavi diftinctionem, quum haec, fi fic legantur, non poffint coniungi praecedentibus, et

alibi Mela ab ſimili copulativa periodum inchoat. Si tamen bene attendas, ſunt hae arenae ſine calce. Nam quod Voſſius τὸ *eſt* eiicit prorſus ex ſua editione, idque ſub generali praetextu auctoritatis meliorum librorum, unde minuta multa correxerit, neſcio, an ſic abire hoc debeat, quum vel *eſt* vel *et* hic nos viderimus in ſcriptis. Etiam in uno [Gud.] legi *ac proximos ſpatioſa et Hellas*, nec aliter Mediolanenſis. Hinc vide, quam nitida exſurgat deſcriptio: *Graecia — Ioniis fluctibus obiacet; a proximo ſpatioſa, et Hellas nomine, grandi fronte procedit.* Certe et Pintianus hic offendens ſcribebat: *ac proxime ſpatioſa et Hellas nomine. Ab proximo*, hoc eſt, ab ea parte, quam habet proximam regionibus enarratis, ut lib. 3. c. 8. *Ab ea parte, quae introeuntibus dextra eſt, urbes ſunt; in altera ab intimo angulo* etc. Nonne poterat dicere *ab dextro introeuntibus?* Sic paſſim *ab Oriente* et ſimilia, quae notant reſpectu illius partis. I. GRONOVIVS. In libris *et Hellas nomine*, quod et ipſum rectum. Quum autem novitius editor, quia in vitioſis quibusdam libris legitur *ac proximos*, confidenter reſcribit *a proximo ſpatioſa*, omnino id facit ſine ratione et iudicio. Sive enim referas ad Theſſaliam et Macedoniam, quae praeceſſere, ſive ad Hellada, quae ſequitur, non ſubſiſtit haec lectio. Quis enim ferat ſcriptorem ita loquentem, a proximo loco incipere Hellada? Quod ſi *a proximo* accipias pro ab initio, iam ne quidem Latine loquatur Mela; debuiſſet enim dicere *in proximo*. Quamvis neque iſtuc huic conveniat loco, cum non ſtatim, ſed paulatim in maiorem maioremque ſeſe Hellas explicet latitudinem. Retinenda itaque lectio vulgata, quam melioris notae exemplaria et prima editio nullos paſſa correctores confirmant, nec diſtrahenda haec a ſuperioribus; *proxime* enim conſtruendum cum Aegaeis et Ioniis fluctibus. A Macedonia enim incipiens Hellas primo eſt anguſta, in Magneſia nempe Theſſaliaque, huius ſiquidem partes a mari remotiores, non accenſentur Helladi.

Deinde ſit latior. Vbi vero Aegaeis et Ioniis fluctibus grandi fronte obiacet, a Sunio nempe ad Ambraciam, ibi demum eſt latiſſima. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Vbi mentio verbi *incipere*, immo vel cogitatio? Ab Mela iunguntur *ab proximo ſpatioſa.* An haec non ſunt et Latina et facillima intellectu? An non debuit partes Helladis, quum ſint diverſae ac discrepantes ſitu, plures conſiderare, et aut maxime vicinas, aut remotiores, aut remotiſſimas conſiderare? Porro an propterea, quod paulatim in maiorem maioremque ſeſe explicat latitudinem, non eſt ab proximo ſpatioſa, aut non poteſt eſſe? Immo et eſt nunc ſpatioſa, et deinde ſpatioſior, utque recte dicit Mela, grandi fronte procedit. Sed neſcivit ille, qui frontem nunc conſideret Mela, nempe partem verſus Meridiem. Hinc ſcribit: Vbi vero Aegaeis et Ioniis fluctibus grandi fronte obiacet. An unquam monſtrum maius auditum eſt? Frons obiacet Aegaeis et Ioniis fluctibus? Quaeſo igitur quod tergum? Si verſus Aegaeos eſt frons, averſam partem alluunt Ionii neceſſario. Latera clare conſtituunt eas partes, quae obiacent utrisque illis fluctibus. Ideo latera eius intrare dicitur mox utrumque mare. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Vltima recte monuit Gronovius; ipſa tamen eius emendatio, cum ſic nihil habeat, ad quod commode referatur, nec concinniorem nexum adferat, parum videtur probabilis.

grandi fronte — intrante) Rehdig. *grandi nomine;* Venet. *marique utroque;* Schottus *ſed Ionio,* quod antea maluerat Pintianus et ex veteribus exemplaribus adnotaverat Ciacconius; Gud. τὸ *et* ante Ionio omittit; 15. 17. 20. 23. *latere,* uti etiam in Vatic. 1. fuiſſe videtur, quia latera ex ſolo Vatic. 3. notatum erat; Vindobon. *eius latera magis intrante.* Non inepta eſt Pintiani emendatio, *ſed Ionio,* uti paullo poſt *verum in Ionium* etc. Propius forte acceſſerit *at,* quae particulae

commutari ſolent. Neque tamen neceſſaria eſt emendatio.

quatuor milia) Sic omnes Cdd. et edd. vetuſtae. At 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. reliquae ad Schottum *quinque millia.* Voſſius revocavit *quatuor millia.* Tum Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. Lipſ. *milia.* Cf. ad 1, 9, 8. Adde, quod Iſidorus 9, 3. aliique *miles* hinc derivant. TZSCHVCKE. Et hic et infra non *quatuor*, ſed *quinque m. p.* Auctores alii anguſtias eas in Peloponneſo faciunt. BARBARVS. Ante Hermolaum legebatur *quatuor millia,* atque ita V. C. CIACCONIVS. *Quinque* Hermolaus, quem ſecuti ſunt alii, cum prius legeretur *quatuor millia paſſuum,* uti quoque eſt in omnibus manu exaratis codicibus. Atqui Melam ſic ſcripſiſſe apparet etiam ex Solino, [c. 13. ſ. 7.] qui et ipſe ſecutus Melam quatuor millium latitudinem tribuit Iſthmo Corinthiaco. VOSSIVS. Pro *pateat* Schottus *patens;* ed. 38. et Lugd. 1605. *patet;* Venet. *ferme media;* ed. 9. *incidit.*

rurſum) Edd. 30. 32. *rurſus;* Pariſ. 2. Vatic. 3. Venet. Prag. Lipſ. *in terris;* poſt Vatic. 1. Gud. Vindob. *vero in;* Vatic. 3. Venet. Prag. *vecto in;* pro *Ionium* Vindob. *Ionum,* et poſt idem *magis lata* pro *tam lata;* Schottus *tam late;* Lipſ. Gud. Prag. Rehdig. *ceperat.*

pene inſula) Sic quidam codices et libri editi cum recentioribus Reinoldii, A. Gronovii et Kappii. Cf. ad 1, 19, 2. Poſt Vindob. *vocantque* et *peloponenſes;* Gud. et ed. 13. *peloponeſos;* Rehdiger. *pelloponeſſos;* Cibin. et edd. 2. 9. *peloponeſſos.*

ob ſinus) Prag. *obeſinus;* Ciaccon. *et ſinus.* Tum Venet. Prag. Pariſ. 2. *et etiam promontoria.* TZSCHVCKE. *Ob* in *et* mutandum. CIACCONIVS. Non video, quid hac emendatione ſpectaverit.

quis) Sic MSS. A. Gronovii et ex meis, quos ipſe inſpexi, Gud. Rehdiger. Prag. Cibin. (*q's*) Lipſ. (*qs*) alii cum editionibus ſuis. Antiquiſſimae *quis*, primae etiam Vadianae, 16. 18. nam poſteriores promiſcue *quis* et *queis*. Aliae multae, uti 15. 17. 20. 23. 24. 25. 28. 30. 32. 35. 39. 40. 41. 42. cum Reinoldianis *queis*. A. Gronovius inde ab ed. 44. revocavit *quis*, uti etiam antea praetulerat Vinetus. Vid. de hac ſcriptura ad 2, 1, 2. 2, 2, 2.

ut fibris) Lego *fimbriis*, non *fibris*; ſequitur enim *platani folio ſimilis*; et pleraque arborum et herbarum ſolia fimbriata ſunt. Plinius 21, 15. [ſ. 55.] de urtica: *caule quoque mordaci, fimbriatis foliis*. PINTIANVS. Alias *fimbriis*. Varro fol. 1072. [de L. L. 4, 15.] *Antiqui fibrum dicebant extremum, unde in ſagis fimbriae, et in iecore extremum fibra, hic fiber dictus eſt*. CIACCONIVS. Nihil hac Pintiani emendatione invitis omnibus codicibus, cum nec linguae uſus repugnet, opus eſſe docuit Salmaſius ad Solin. c. 13. ſ. 7. p. m. 99. ex Servio ad Virgil. Georg. 1, 120. aliisque, ex quibus adparet fibras et fimbrias eodem ſenſu dici de foliorum et radicum extremitatibus. Sed quod ex Cicerone in Piſon. c. 11. *fibrae cincinnorum madentes* excitat; pro *fibrae* ibi editur *fimbriae*. Reiicit etiam Pintiani emendationem Geſnerus in theſauro L. L. ſub v. *fibra*, cui ſuffragatur Garatonius ad Cicer. c. l. ubi de *fibris* praeter Salmaſium laudat Marii Mattii adnotationes cap. 22.

ſimulque) Sic Pariſ. 3. Prag. Rehdiger. reliqui, quos ego inſpexi *ſimul quod*; nec aliter habuiſſe videntur codices ab aliis conlati. Ita certe habent editiones omnes ad 44. quae Reinoldio duce poſuit *ſimulque*. Secutus eſt Kappius et editor Norimbergenſis. Subeſt certe hiulci aliquid in nexu, ſi *ſimulque* legeris; at durius tamen et remotius videtur *ſimul quod*, pro *et quod*.

Retinui igitur prius, cum ſic etiam praecedentibus accommodari poſſit. Propius conſuluiſſe videtur Rehdiger. adpoſita lectione *effunduntur*. Nota autem eſt ex compendio ſcribendi utriusque voculae commiſtio.

tenui — effunditur) Vindob. *in tenui tramitte;* Schottus dedit *termite;* Vind. omittit *in;* Venet. habet *in latum*, quod ex Pintiani ſententia recepit Schottus; Rehdig. *effunduntur.* TZSCHVCKE. Aeſtimandum, an in hoc loco potior lectio ſit *termite*, quam *tramite*, quia aſſimilat Peloponneſon folio platani; ut perſtet in imagine. Nec immemor ſum, ſequi infra: *anguſto tramite Helladi Peloponneſum annecti;* ſed ratione dicta magis hic placet *termite.* PINTIANVS. Scribo: *in latum effunditur.* IDEM. Acute hunc *termite* transtulit Pintianus, ſed et argute nimis. Miſcet enim comparationem cum re comparata. Nec opus eſt, *latus* in *latum* mutare, quippe quod ineſt in *effunditur*. Si quid mutandum, malim *in latius*. Locus plane ſimilis eſt 1, 17, 3. *anguſtis cervicibus reliqua extendit in latius.*

ſimillima) I. Gronov. ad 2, 2, 8. malit *ſimilis*, quod et in Cod. Chiſiano invenerat. Vid. ad c. l. Pro eo Gud. Rehdiger. Vindob. dant *ſimilia*, nempe ex ſcribendi compendio.

§. 4. *A Macedonia)* Plerique codices et editiones hic legunt *In Macedonia;* Vinetus, Schottus, Voſſius reliqui *A Macedonia*, uti iam olim dederat Cocleus. TZSCHVCKE. Legendum *A Macedonia*, hoc eſt, poſt Macedoniam. Neque enim regreditur in Macedoniam, ſed ea finita transit ad referendas Graeciae provincias, quarum prima eſt *Theſſalia.* Nam etſi Ptolemaeus [3, 13.] Macedoniae Theſſaliam contribuere videatur, ſimul de utraque disſerens, quod alias facere ſolet, minores regiones maioribus inſerens, (ne cogatur

parvis etiam terminos aſſignare, quod fuiſſet tum ei, tum lectori oneroſum, et non nimis neceſſarium) diverſa tamen eſt Theſſalia a Macedonia. Quin Strabo [8. p. m. 255. ſ. 370.] ſolos Theſſalos appellari *Graecos* et *Hellenes* Apollodori teſtimonio ſcribit, et Arrianus Hiſtoricus lib. 2. [cap. 5. de exp. Alex. M.] equitatum Theſſalicum a Macedonico ſeparat. Strabo quoque in Selectis [lib. 7. p. 104. Hudſ. cf. 9. p. m. 496. ſ. 429.] Peneum fluvium diſterminare tradit Macedoniam a Theſſalia, Caeſar [de B. C. 3, 36.] Haliacmonem, ut dixi. Quod nonne et ipſe Mela hoc manifeſte monſtravit in ſuperioribus cum dixit: *in eum Axius per Macedonas, et iam per Theſſalos Peneus excurrit.* PINTIANVS. Forte pro *In Macedonia* erat ſcriptum *In ea* ſc. Graecia. Hoc autem ita eſſe videtur, cum ſupra dixerit: *Tum iam vaſte et multum prominens Graecia.* Theſſaliam autem in Graecia eſſe, Strabo [c. l.] auctor eſt. Sic lib. 1. cap. de Aſia: *In ea primos hominum accepimus ab oriente Indos, Seres et Scythas;* et cap. 2. de Phoenicia: *In ea eſt Tyros aliquando inſula;* et cap. 19. *In eo Mariandyni urbem habitant.* Infra h. l. cap. 7. de inſulis: *Hae Thracum Graiorumque terris obiacent;* et lib. 3. c. 1. de Hiſpania: *In ea primi ſunt Artabri.* In Aldino exemplari et antiqua lectione non eſt *in Graecia*, [ante *Doris*] quod magis adiuvat hanc emendationem. At dubium eſſe poteſt, quare, cum in enumeratione Macedoniae Theſſaliam et Magneſiae partem numeravit, deinde non eas provincias Graeciae tribuerit, cum poſt eas numeratas dicat: *tum iam vaſte et multum prominens Graecia;* ſed dici poteſt, Theſſaliam, ut Strabo [c. l.] ait, in Graecia eſſe, neque excludi hic a Pomponio, ſed ipſum dicere, a Theſſalia Graeciam incipere, et a Sepiade illam prominere, cum antea vaſte retracta fuerit in Thermaico ſinu. Sic in Europa poſt Macedoniam locat Graeciam Livius lib. 45. fol. 546. [c. 9.] Solinus cap. 15. CIACCONIVS. Male prius legebatur, *in Macedonia.* Licet

enim Theſſalia a Philippo et Alexandro et poſtea a Romanis attributa fuerit Macedoniae, hoc nihil ad rem facit, cum antiquam Mela, ut oſtendimus, ſequatur diſtributionem. Sequentia praeterea hanc lectionem non admittunt. Nam illa, quae ſequuntur in vulgatis editionibus: *in Graecia Doris, Locris* etc. adſuta ſunt ab aliquo, cum in nullis, quae viderim, compareant exemplaribus. VOSSIVS. *A Macedonia* utique praeferendum eſt. Quis enim dixerit, quas regiones eadem ſerie paullo poſt recenſet, omnes Macedoniae adſcriptas fuiſſe, cum tamen ſupra ad Graeciam proceſſerit. Nec, quod Ciacconius ſuſpicatur, *in ea* ſcriptum eſſe antea hic potuit, quia praecedit Peloponneſus, licet ipſe ſubplere malit *Graecia.* Ceterum hic intervallum conſtituunt edd. 24. 25. Olivarianae, et caput 22. Vinetus.

Theſſalia — Phthiotis) Haec et ſequentia nomina in libris varie corrupta eſſe, facile quivis praevidet. Sic Cibin. *theſſalea;* Vindob. Gud. ed. 1. *theſalia;* 2. 9. *Teſſalia;* Vindob. *mogeſia;* edd. 15. 20. 23. *Meſſania;* Lipſ. *Phiotis;* Rehdiger. *phyotis;* Prag. *pheotis;* Gud. *ptiotis;* Cibin. *pthyotis;* Vatic. *pthiotis;* edd. 1. 2. 9. *Phiotis*, quae quidem poſt facile ſanata ſunt.

Doris) Vadianus invitis libris omnibus praepoſuit: *In Graecia*, quod repetiit familia, in ea etiam 21. 28. 30. 32. 37. praeterea 24. 25. et Olivarianae cum Schotto. Abiecit Vinetus, poſt Voſſius et reliqui. TZSCHVCKE. Dictiones *in Graecia* ſuperfluunt, adiectae ab his, qui perſuaſum habebant, Theſſaliam, Magneſiam, Phthiotida ad Macedoniam pertinere, non ad Graeciam, decepti auctoritate Ptolemaei [c. l.] male intellecti. PINTIANVS. Monuit etiam de hoc additamento Voſſius in ſuperiori nota.

Locris, Phocis) Cibin. *lochris;* Rehdig. *locrys* et *phocys.*

Boeotis) Lipſ. *Bochotis;* Prag. *Boethis;* Rehdiger. *boethys;* Vindobon. *boetis;* Gud. aliique *boeotis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *Boetis;* 13. 15. 16. et reliquae *Boeotis,* ad quam quidem formam omnes ducunt libri. Quis tamen ea praeter Melam uſus ſit, ignoro. Forte hoc nomen ad reliqua accommodarunt librarii. Infra enim *Boeotia* dicit, ubi eandem formam debebat repetere, ſi ex Graeco aliquo transtuliſſet. In aliis illa occurrit, uti *Achais* apud Ovid. Metam. 5, 577. 7, 504. Cf. Salmaſ. ad Solin. c. 8. f. 2. p. m. 45. et ubi plura conlegit ad c. 14. f. 8. p. m. 108. Variat tamen etiam noſter, ſi libros audias, in *Laconice,* quam *Laconidem* infra vocat.

Atthis — Arcadia) Cibin. *athys;* Vindobon. Rehdiger. *athis;* Prag. *atis.* Edd. antiquiſſimae, et poſt plurimae cum iisque Schottus *Attis;* Vinetus, Voſſius reliqui *Atthis,* uti Cod. Lipſ. et alii quidam. Graece Ἀτθίς. Cf. ad 2, 7, 10. Poſt Vindobon. *peloponenſi;* Cibin. et ed. 9. *pelopommeſſo;* Gud. Lipſ. *peloponeſo;* Rehdiger. *peloponenſo.* Tum Lipſ. *agro* pro *Argolis;* Prag. *Latonice;* Gud. *Meſana.* Edd. 2. 9. 11. *Meſenia;* 15. 20. 23. *Meſſania.* Hinc Vatic. 3. Prag. *achea;* Rehdig. *achaica;* Gud. *archaea;* Cibin. *archea;* ed. 1. *chaia.* Deinde Lipſ. Gud. Venet. et edd. 1. 2. 9. *Helis.* Poſtremo Lipſ. Cibin. Gud. Vindobon. Prag. Rehdiger. *archadia.*

ultra Aetolia) Rehdiger. *ethólis;* Vindobon. *etholia;* Prag. *et etholia;* Gud. *aetholia;* Cibin. *aeotholca.* Edd. quaedam vetuſtae *Aetholia* et *Etolia.* Poſt Lipſ. Prag. *Acharnania.* Edd. 7. 8. 10. *Arcanania.* Denique Cibin. Lipſ. Prag. Rehdiger. *epyros.*

Adriam) Cibin. Gud. *adrian;* Rehdig. *adriam;* Pariſ. 1. *andrian;* Pariſ. 2. *adriade;* Vatic. 3. Prag.

abriade. Nempe *de* adhaefit ex fequente voce, cetera depravata. De adfpiratione, quam praefixi, vid. ad 1, 3, 3.

alluit) Vindobon. Gud. Prag. Rehdiger. Lipf. et editiones omnes cum Reinoldianis ad 45. *alluit*, Vadianae etiam pofteriores *alluunt*. Tandem A. Gronovius in ed. 45. pofuit *alluit* eumque fecutus Kappius. Voff. 1. 2. Mediolan. Cibin. Vatic. *adluit*, unde commiftio melius intelligitur, de qua dictum ad 1, 4, 4. Poft verba *memoranda funt* titulum praemifit Cod. Zalufc. *de Theffalia.*

Lariffa) Rehdiger. *laryffa;* Vindob. *lariffima;* Voff. 1. Cibin. Vatic. 1. *nunc Lariffa*, uti etiam dedit Vinetus. Locum haberet, fi fubiiceretur praemiffo *aliquando*, ut 2, 5. in. *fuit aliquando Braccata, nunc Narbonenfis.* Infra in noftro capite: *Pola quondam a Colchis habitata, nunc Romana colonia.* Dicit quidem 1, 5. f. *Mulucha — nunc gentium, olim regnorum quoque terminus;* at ibi prodit in obpofitione, quae id requirit; uti *nunc — tunc* 1, 13. in. et fic inverfo ordine *aliquando — nunc* 1, 12, 2. *olim — nunc* 2, 5, 2. Hic vero feparatas urbes commemorat, quibus Theffalia inclaruit, ubi abeffe poteft. Minus enim bene Carrio ad Valer. Flacc. 1, 171. ex hoc loco putat, Lariffam aliquando Iolcon adpellatam fuiffe. cum omnia alia doceat Strabo lib. 9. p. m. 500. f. 436. Malui igitur cum aliis negligere, et adfcribere librariorum curiofae fedulitati. Simile exemplum, in quo tamen *quondam* praecedit, habes paullo inferius. Cf. 2, 6, 4.

aliquando Iolcos) Lipf. Vatican. 3. (qui et omittit *aliquando*) *Iolchos;* Vindob. *icolos;* Rehdiger. *iodeos;* Prag. *idchos;* Schottus minoribus literis expreffit verba *aliquando Iolcos.* TZSCHUCKE. Haec verba, ni fallor, Pomponii non funt. Nam paulo ante teftatus eft,

dicturum ſe de locis atque urbibus, quae mare non abluit. Porro *Iolcon*, urbem eſſe maritimam, nemo neſcit. Citare auctores in re comperta, quid attinet? Satis ſit pro omnibus Strabo: [lib. 9. p. m. 300. ſ. 436.] *Iolcos*, inquit, *iam dudum diruta iacet, quo ex loco Pelias Iaſonem ac navem Argo foras emiſit.* Et infra paulo: *Supra Demetriadem autem urbem Iolcos ſtadia ſeptem ad mare iacet.* PINTIANVS. Et haec quoque eraſerat Pintianus, quia nempe Iolcon dicit eſſe ad mare ſitam, hic vero Melam mediterraneas tantum recenſere civitates. Licet hoc verum eſſet, non tamen video, cur exiſtimemus, auctorem noſtrum errare non potuiſſe. Verum ipſe errat Pintianus, cum ex Strabone oſtendere conatur, Iolcon fuiſſe ad mare ſitam. Verba Strabonis haec ſunt: Τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάσσης Ἰωλκός. Ipſe interpretatus eſt: *iacet ad mare.* Sed quis neſcit, ὑπερκεῖσθαι ſemper accipi de locis a mari remotis? Recte itaque Euſtathius [ad Homer. 11, 280. p. 455, 16. Baſil.] τὸν Ἰωλκὸν ὑπερκεῖσθαί φασι τῆς κατὰ Δημητριάδα θαλάσσης ἑπτὰ σταδίους. Vides, quantillo ſpatio a mari abfuerit Iolcos, ut non mirum ſit ab aliis inter maritimas urbes recenſeri. Porro cum poetae Argonem Iolco ſolviſſe aiunt, id de Aphetis, de quibus infra, vel de litore, quod et ipſum Iolcon vocari tradit Strabo, [c. l.] accipiendum eſt. Sed et cum ſcholiaſtes Apollonii [1, 582.] Sepiadem dicit eſſe ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ, manifeſte Iolcon pro litore accepit. VOSSIVS. Sic *Antronia*, quam noſter mediterraneis accenſet, ab Homero Il. 2, 697. ἀγχίαλος vocatur. Cf. Strabo lib. 9. p. m. 299. ſ. 435. qui tamen patitur ſitum admitti haud procul a mari. Atque ita caute dixit noſter: *quae mare non adluit*, ut tamen in conſpectu quaſi litorum iter perſequatur.

in Magneſia) Prag. *in Imagneſia*, ex geminato *i*; ed. 6. *id eſt Magneſia.*

Antronia) Lipf. *alcronia.* Edd. veteres cumque iis 9. 11. *Anthronia;* Schottus *Antron.* TZSCHVCKE. Scribendum *Antronia* fine *h.* Vrbs autem haec et *Antron* vocatur. BARBARVS. Scribendum *Antron*, non *Antronia* ex Strabone, [lib. 9. p. 299. f. 435.] Stephano, Homero. [Il. 2, 697.] PINTIANVS. *Antron* utique ufitatiori forma dicitur. Sed cum variata terminatione urbes adpareant multae, et hanc, ex auctore forfitan Graeco ductam, conftanter tueantur libri, mutare nolui, quod et olim fuaferat Holften. ad Stephanum p. 38. Sic alia forma quidam Ἀντρῶνες dixerunt, de quo monuerat Strabo c. l. in quibus Demofthenes in Philip. 4. p. 133. ed. Lipf. Suidas h. v. Ita vero infra §. 6. Brauronia, quae aliis Brauron vocatur.

Phthiotide) Vatic. 1. Cibin. *Pthiotide;* Gud. *thiotide;* Vindob. *phiotici;* Prag. *protheoti;* Rehdiger. *phyoti;* Parif. 2. *phtioti;* Lipf. Auguftinor. *phiotide;* Vatic. 3. *phthioti.* Edd. 1. 9. *Phiotide.* Syllabam ultimam, quam hic quidam detrahunt, proximae voci addunt. Hinc Vindob. *de pithia;* Vatic. 3. Prag. *Dethia;* Rehdiger. *depthia;* Parif. 2. *Delthia;* edd. 5. 9. 11. *Phthia;* Auguftinor. *phitia.* Vera fcriptura, fupra etiam depravata, ex Graecis conftat.

in Doride — Erineum) Abfunt haec verba ab omnibus Voffianis, Vatic. Cibin. Lipf. Gud. Prag. Rehdiger. Auguftinor. Vindob. Venet. Havn. nec magis agnofcunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Primus inferuit Vadianus et fequentibus tradidit, renuente tamen Reinoldio; A. Gronovius ab ed. 44. minoribus literis diftinguere coepit. Soli tres Parifienfes exhibent verba: *in Doride Pindus*, exclufis reliquis. *Erineon* Vadianus et Olivarius cum fuis. TZSCHVCKE. Expende, an legendum fit *Pindus, Boeon, Cytinium, Erineos, Doris* enim *tetrapolis*

erat, ut ſcribunt Strabo [9. p. m. 294. ſ. 427.] et Thucydides, [1, 107. at vid.] etſi Stephanus *tripolin* tradit, modo codex menda vacet, quod non puto. *Erineos* autem non *Erineon* proferunt Stephanus et Ptolemaeus, [3. 15.] qui etiam *Cyteinium* vocat, ceteri *Cytinium*. Idem in Doridis tetrapoli pro *Pindo Lilaeam* ſubſtituit. In Plinio, [4, 13. ſ. 7.] quoque libentius legerim *Erineos*, quam *Erineon*. PINTIANVS. In omnibus, quae vidi, exemplaribus abſunt haec, et ab aliquo forſan adiecta ſunt, qui haec aut ſimilia deeſſe exiſtimavit. Nam cum paulo ſuperius Doridis meminerit, putavit huius regionis oppida hic excidiſſe. VOSSIVS. Deſiderantur hic utique, quae ad Dorida referantur, cum, in ſingularum regionum iterato adiectis potioribus urbibus recenſu, hanc recte praeterire non poſſet. Commode hic adſunt Pariſienſes, ex quibus certe priora verba *in Doride Pindus* adieci, poſteriora uncis incluſi. Dedi tantum *Erineus*, uti in caſu recto ſcribunt Stephanus et Ptolemaeus 3, 15. Feminino genere effert Strabo lib. 10. p. m. 328. ſ. 476. Pintianus, quae vulgo hic producuntur, cum dubia partim ſint, vel omnino ſpuria a quibusdam cenſeantur, tum novis figmentis auget, ut taceam incerta eſſe, quae de Doride tetrapoli et quatuor eius urbibus adfert. Alii enim modo plures modo pauciores urbes commemorant, adeoque in ipſarum nominibus invicem disſentiunt, de quibus, cum prolixior expoſitio nimis hinc aliena videatur, plura disſeram Vol. 2. Ita vero adparet, quam recte Pintianum propter inſerta haec verba notet Hemſterhuſ. ad Schol. Ariſtophan. in Plut. p. 385.

Locride) Cibin. *loride;* Rehdig. *locryde;* Prag. *lethride.* Poſt Lipſ. Auguſtin. Vindobon. Gud. Prag. *cinos.* Ed. 19. *Gynos.* Recte, quod aliae habent, *Cynos*, praeter primas, uti 1. 3. 4. 5. 9. 11. in quibus *Cinos* fertur.

Calliaros) Vindob. Gud. Lipf. Prag. Auguftin. edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Calioros;* Rehdiger. *calyoros.* Edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Callicros;* 12. 14. 19. *Callioros.* Recte ed. 10. cum aliis *Calliaros,* uti emendaverat ex Homero Il. 2, 531. Strabone 9. p. m. 293. f. 426. Plinio 4, 12. f. 7. quibus et alii addi facile poffint, Hermolaus Barbarus.

Phocide) Prag. *Photide;* Rehdiger. *phocyde.* Tum Cibin. *delphy.*

Parnafos) Prag. *pernafos;* Cibin. Rehdiger. Vindob. edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. et pleraeque aliae cum Vadianis et Olivarianis *Parnafus;* Lipf. Gud. Vatic. (puto) cum editt. 23. Gronovianis, Kappianis *Parnafos;* Vinetus, Schottus, Voffius *Parnaffus;* Reinoldius *Parnaffos.* Terminatio in *os* cum et codices praeferant, Pomponio utique eft accommodatior. Nec magis fcriptura eorum, et quidem conftantior dimittenda videtur, qui per *f* fimplex efferunt. Eandem exhibent et alibi codices vetuftiffimi probantque viri eruditi. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 15, 311. Oudendorp. ad Lucan. 3, 172. Heinf. ad Ovid. Met. 1, 468. Pierius ad Virgil. eclog. 10, 11. et quos nominant Drakenb. ad Liv. 42, 16. in. et Dausquius in Orthogr. P. 2. h. v. etfi hic vult *Parnaffus,* uti dedit in Orofio 1, 9. Havercampus. Broukhufius adeo ad Propert. 2, 23, 13. nunquam per *ff* Latinos fcripfiffe contendit, etfi fic Graeci velint. Sed et in his variatur, uti in Strabonis libris fcriptis et editis. Simplex σ antiquiffimi habent Codices in Diodoro Sic. 11, 14. Παρνησὸς fcribendum cenfet Brunk ad Apollon. Rhod. 2, 705. Videtur fuffragari metrum, unde Παρνησὸς pro Παρνασὸς, quare Παρνασσὸς extruditur apud Homer. in Apollin. Pyth. v. 91. 269. ut vitium ab Ilgenio, quod iam antea fecerat Ernefti. Idem in aliis cum dubitatione notatur. *Nyffa*

quidem infra 3, 7, 4. fed et Thifaphernes, de quo Staveren. ad Nepot. Alcib. 5, 2. Vfus et in his dominatur, et librorum antiquiffimorum exempla. De illo cf. Euftath. ad Homer. Odyff. 19, 432. p. 706, 46. Bafil. Poft Vindob. *apolinis;* Prag. *phanum.*

Boeotia) Lipf. Vindob. Gud. *boetia;* Rehdiger. *boethia;* Prag. *boecia.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *Boetia.* Tum Prag. et edd. 21. 28. *Thebe.* Poft Cibin. *chyteron;* Rehdig. *cytheron;* Prag. ut edd. multae veteres *Citheron*, quam fcripturam, mirum, fic reliquit adeoque tuitus eft in Hygino fab. 8. Munckerus ex Fefto, qui dixerit, rufticorum non effe, pronuntiare diphthongos, et hinc Servium commemoravit ad Virgil. Aen. 4, 463. (303.) et Lactantium 1, 22. ubi fic editiones multae. Vid. tamen idem ad Hygin. fab. 240. Graecis Κιϑαιρών.

celebratus) Vindob. *celebratis;* Rehdiger. *celebrati;* Parif. 3. Venet. et edd. omnes cum Vineto (tantum hic *celeberrimis*) et Schotto. Voffius revocavit *celebratus*, quod eft in reliquis MSS. etiam Havnienfi, idque fervarunt reliqui. Recte et apte.

Atthide) Gud. *athiode;* Cibin. Rehdig. *athyde;* Vindob. *athide.* Edd. 24. 25. Olivarianae, et antea quaedam in iis 20. 23. *Attide.* Sed verba in Atthide non habent Vatic. 3. Prag. Parif. 2.

Eleufin) Rehdiger. *eleufyn;* Vindob. *elufim;* Gud. *eleufim*, uti fcribit ed. 21. quae tamen in corrigendis reponit *Eleufin;* Parif. 2. Lipf. *Eleufis*, quam fcripturam ex Iulio Firmico notat Gronovius in obferv. in Script Ecclef. cap. 9. p. 96. At et Ἐλευσὶς Scylax p. 21. Hudf. Stephanus h. v. et *Eleufis* olim vulgo in Ovid. epift. 4, 67. In Strabone lib 9. p. m. 272. f. 395.

'Ελευσὶν, sed post p. m. 274. s. 597. 'Ελευσὶς reperitur. Grammatici tamen, veluti Servius, Priscianus pugnant pro forma *Eleusin*, quam et multis adstruere conatur Heinsius ad Ovid. c. l. Atque hinc posterior aetas duxit *Eleusina* in casu recto. Hic cum plerique et tantum non omnes codices *Eleusin* aut praeferant, aut certe innuant, moveri non debet. Post Vindob. *consacrata.* Rehdiger. omittit *ut.* Ciaccon. *egeat;* Cibin. *aegant.* Vossius ex libris aliquot notat *soleant* pro *egeant.*

Megaride) Vatic. Lips. Paris. 2. *in Megarida,* uti post Paris. 2. Lips. Gronoviani aliqui et edd. 1. 9. *Argolida.* Tum Gud. *regioni unde.*

ut in) Sic omnes codices et primae editiones, quaeque eas proxime sunt secutae. Tantum Paris. 1. *ut etiam.* Paris. 3. videtur habuisse *at in,* uti primus posuit Vadianus in ed. 16. et hinc excepit eius familia cum Olivarianis, quibus accesserunt 21. 24. 28. Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Inde Reinoldio duce 44. et ceterae *ut in,* sensu, inquit A. Gronovius, plano et venusto. Nempe continua serie recensum institutum persequitur, in quo accommodatius est *ut,* etsi abesse etiam salvo sensu possit. Prag. *ut in Argolica.*

Mycenae) Cibin. Gud. Prag. Rehdig. Vindob. *micene;* ed. 2. *Micenae;* 25. in altero exemplari *Mycaenae.* Post Vindob. *precelebre.*

in Laconide) Cibin. *lachonide;* Rehdig. *laconyde.* TZSCHVCKE. Salmasius in Plin. Exercit. p. 139. [ad Solin. c. 13. s. 7. p. m. 97.] malebat *in Laconice,* ut paulo ante hoc cap. *in Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia.* A. GRONOVIVS. At Codices variare Melam voluisse indicant, uti in *Boeotis* et *Boeotia,* de quo supra. Cf. etiam ad 2, 7, 15.

Therapne) Vatic. 3. *Therampne;* Vindob. *trapene;* Rehdiger. Gud. *therapnae;* Prag. *terapne;* Cibin. et alii *Therapne.* Edd. pleraeque inde a primis fine adſpiratione *Terapne,* quam poſt addiderunt Vinetus, Schottus et alii. Gr. Θεράπνη. Sola ed. 13. habet *Theramne.* Certe ſic Plinius 4, 8. ſ. 5. in hoc tractu commemorat, pro quo Stephanus olim quidem Θεράμναι, quod in Θεράπναι mutari voluit Holſtenius p. 134. mutavitque ex Codd. Berkelius, etſi nihil intereſſe putat Barthius ad Statii Theb. 3, 422. utro modo ſcribas. Sed *Therapnae* tuetur Meurſius in Miſcellan. Lacon. 4, 12. Eadem variatio notatur in Silio Ital. 6, 303. ubi vid. Drakenb. et Ruperti, et in adiectivo gentili ap. Sil. Ital. 8, 412. Ovid. epiſt. 16, 196. Statium Theb. 3, 422. 7, 793. ubi vid. docti viri. Hic receptam ſcripturam tuentur libri praeter Vaticanum 3. At de hoc poſſit quaeri, utrum per *ae* an per *e* in fine ſcribendum ſit, cum in utramque partem fluctuentur libri, in quibus etiam *e* ſaepe pro *ae* adferatur, et pluralis fere ſit uſitatior. Sic *Amycle* olim in Silio Ital. 4, 358. et hic poſtea *Amicle.* Alia utroque numero inveniuntur apud auctores, uti *Mycene, Argos.* At cum etiam *Therapne* in uſu fuerit, nolui receptam formam relinquere. Poſt Cibin. *lachedemon;* Rehdiger. *lacedemon.* Idem deinde *amiclae,* ut edd. quaedam, in iis 2. 13. Cibin. *amycle;* Prag. *amicle.*

Taygetus) Vindobon. Vatic. 3. Prag. *Tagetus;* Rehdiger. *thaygetus;* Lipſ. *taigetus,* ut edd. quaedam, in iis 2. 9. 11. Graeca vulgatam ſcripturam confirmant.

in Meſſenia) Τὸ *in* omittit ed. 14. Tum Vindobon. Pariſ. 1. 2. *Meſania;* Cibin. Gud. Prag. *Meſſania;* Rehdiger. *Meſſama.* Tum Prag. et Pariſ. 2. omittunt *Meſſene;* Gudian. dat *Moſſene;* Pariſienſ. 1. *Moſene.* Edd. aliquae, uti 2. 13. 20. 23. *Meſſenae.* Gr. Μεσσήνη.

Methone) An fcribendum *Ithome?* Notum eft, illam fuiffe et urbis Meffenae et totius regionis arcem. Sed quia iam monuimus, Pomponium valde fui oblitum fuiffe toto hoc capite, credamus potius, et hic quoque dormitaffe, vel faltem alios errantes effe fecutum, cum Methonam mediterraneam facit. Adeò enim mari vicinum eft hoc oppidum, ut vicinius effe non poffit. Olim in litore depreffiore fedebat, fi vera dicit Grammaticus Anonymus, qui penes me exftat, poftea vero terrae motu triginta octo ulnis, five pedibus ducentis viginti octo in altum evecta eft. Ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ λέγεται ἐκπεπηδηκέναι καὶ φανῆναι ἀνωτέρα τῆς θαλάσσης εἰς ὀργυιὰς λη. Sed cum dicit ἐκπεπηδηκέναι, videtur adlufiffe ad vocabulum Pedafi, quomodo Methone prius vocabatur. Verum hoc grammaticale eft fomnium, cum iam Homeri aevo Πήδασος fuerit. Alterum vero de terrae motu quod ait, id credo, quia fimiles habeo hiftorias. Vel ipfa haec Peloponnefos exemplum exhibet in urbibus Achaicis, radicitus evulfis et translatis alio. — VOSSIVS.

Elide) Lipf. Venet. *helide;* Vindob. *ellide;* Rehdiger. *elyde.* Edd. 1. 9. *Helide;* 14. *Eliade.*

Pifae) Prag. *Pifa;* Rehdiger. *pyfe;* Cibin. *pife;* Vindob. *ipfe;* ed. 9. *pifce.* Poft Cibin. *oenomay;* Vindobon. Parif. 2. *cenomai.* Edd. 11. *enomai;* 58. et Lugd. 1605. *Onomati;* Parif. 1. *pifconomai.* TZSCHVCKE. Legendum puto inverfis dictionibus *Pifae Oenomai quondam*, ut Melae cum Plinio conveniat. Cui ut fuppetias ferremus, libenter incidimus in hanc mentionem. Is lib. 4. [6. f. 5.] *Pifa*, inquit, *eorum* [pro quo nunc *Pifaeorum*] *quondam oppidum praefluente Alpheo amne.* Corrige: *Pifa Oenomai quondam oppidum* etc. Vnde apparet, legendum hic *Pifa*, non *Pifae.* Nam *Pifae* urbs Italiae multitudinis numero dicitur, Peloponnefi vero *Pifa* unitatis numero ex Strabone, [8. p. m.

245. f. 556.] Stephano, Diodoro. [4, 73.] Lucanus quoque nofter [2, 401.] *Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pifae.* Et Statius quarto Thebaidos [238.] *depreffae populus fubit incola Pifae.* Et feptimo [416.] *Oenomaum fua Pifa refert.* Accedit Demetrii Triclinii, nobilis Grammatici, auctoritas, qui in enarratione Pindari [ad Olymp. 1, 28.] appellatam ait *Pifam* a *Pifa* filia Endymionis. Sed et Pindarus ipfe [c. l.] *Pifam* numero fingulari nominat. PINTIANVS. Non omnino valere hoc Pintiani effatum ex Lutatii verbis ad Statium Theb. 4, 238. putat Barthius. Nempe is etiam plurali numero effert. At quaeritur, an fic in vetere auctore; quem quidem ignoro praeter Ptolemaeum 3, 16. in quo Ὀλυμπία πίσσαι, (cf. Herod. 2, 7. in varr.) ubi certe vitiofum eft duplex σ, tum propter aliorum auctoritatem, tum quod diferte monet Euftath. ad Dionyf. v. 409. fimplici fcribendum effe. Sed aliae editiones Ptolemaei, veluti Argentor. 1520. Πίσα. Forte Ὀλυμπία ἡ Πίσα. Certe haec forma fi non mutanda propter librorum optimorum in primis confenfum, at notanda videtur. Vbi enim *Pifae* occurrunt, Etruriae urbs fpectatur. *Quondam* autem locum fuum occupare poteft, quia fic antiquius eius nomen indicatur, cui recentioris oppidi mentio obponitur.

Elis) Rehdiger. *elys;* Voff. 2. *Helys.*

etiam nunc) Voff. 1. Mediolan. Vatic. 1. Cibin. *etiamnum;* Lipf. Rehdiger. *etiamnunc;* Voff. 3. 4. Parif. 1. Leid. Perizon. Vindob. *etiam numen;* Voff. 2. Gud. Prag. Parif. 2. 3. *et numen,* uti editiones omnes ad Voffium, qui repofuit *et fanum;* et fic 40. 41. 42. Notatur haec lectio in variantibus ed. 27. adfcriptis. Reinoldius repofuit *etiamnunc,* quem fecuti funt reliqui. TZSCHVCKE. Et hic quoque correctores, non Mela, loquuntur. Optimus codex legit: *Elis etiamnum.* Alii *Elis etiam num.* Legendum eft: *Elis et fanum delubrumque*

Olympii Iovis etc. Cicero quoque [cf. Catil. 3, 9. de N. D. 3, 40. pro C. Rabirio c. 10. —] haec coniungit, cum ait, *pro fanis atque delubris propugnare.* Differunt enim fana a delubris in eo, quod fana et templa dicantur loca fingulis diis attributa, delubra vero multarum aedium fub uno tecto a diluvio pluviae munitarum, ut loquitur Afconius. [ad Cicer. divinat. in Caecilium c. 1. f. §. 5.] Idem quoque confirmat Servius. [ad Virgil. Aen. 2, 225.] Cicero etiam alibi [cf. antea] coniungit templa et delubra. Fana vero et templa nemo recte coniunxit, cum idem fit prorfus. Nam a ναὸς ναϜός transpofitione Aeolica fit Φάνος, unde Latinorum *fanus.* Vtrumque enim rectum fanum et fanus. Hinc apud Ciceronem 3. de Natura Deorum [c. 18.] *Eumenidum fanus.* Ita enim hoc loco legit codex nofter optimus et infignis antiquitatis. Mela itaque hoc loco fanum Olympii Iovis vocat ipfum templum Olympium, in quo ingens illa eborea Iovis ftatua erat a Phidia elaborata. Iovis vero delubrum vocat facellum, in quo fimiliter Iupiter Olympius σύμβωμος Neptuno vifebatur, et quidem longe antiquior illo Phidiaco. Sex enim illic erant delubra totidemque arae, quibus infiftebant θεοὶ σύμβωμοι. Vide de illis Paufaniam, [5, 14.] qui copiofe de his agit, et Scholiaften Pindari Ode 5, [v. 8.] Olympiorum. VOSSIVS. *Etiamnum* vel *etiamnunc* aptius videtur tamquam oppofitum praecedenti, quod defideratur. Tum delubrum propius adficit Iovem Olympium. Alterius lectionis caufa quaerenda eft in lineola impofita, quae modo negligitur, modo obtruditur. Docet id ed. 1. in qua *et num̄* legitur. Poft Gud. *gimicos;* Prag. *Gingrico.* Ante Rehdiger. *olimpii.*

tamen) Agnofcunt hanc particulam notante Abr. Gronovio Mediol. quatuor Voff. Leid. Perizon. Gud. meique omnes praeter Gibin. et Vindob. agnofcunt etiam prifcae editiones, et hinc reliquae ad Voffium, qui pri-

mus expulit, eumque fecutae edd. 40. 41. 42. Poft reliquae inftaurarunt. I. Gronovius ex Chifiano adfert *ipfoque tamen.* TZSCHVCKE. Lego mutato loco illius particulae *quidem: certamine quidem gymnico et fingulari fanctitate, ipfo tamen fimulacro, quod Phidiae* etc. PINTIANVS. In quibusdam libris legitur *ipfo quidem tam,* ut videatur fcribendum, *ipfo quin etiam fimulacro.* Verum cum vocula *tamen* abfit a melioribus libris, vifum fuit illam potius expungere. VOSSIVS. *Ipfo quidem fimulacro* Voffius, quum priores ederent *ipfo quidem tamen fimulacro,* quod etiam in MS. mihi fuit obvium. Chifianus habebat *ipfoque tamen fimulacro.* Certe iuftam caufam non habuit Voffius, cur aut voculam hanc expelleret, aut nefcio qua coniectura fuffocaret, quae prorfus eft Pomponiana. Nam fic plane lib. 2. c. 5. *Maffilia olim inter afperas pofita, nunc ut pacatis, ita disfimillimis tamen vicina gentibus.* Lib. 1. c. 9. *Labyrinthus magno et inde explicabili tamen errore perplexus.* I. GRONOVIVS. Monui abeffe a quibusdam libris *tamen.* Iuvenis autem Leidenfis loca profert, unde oftendat, *tamen* effe Latinum. Libenter fane id credimus, fed quaeritur, utrum *quidem tamen* coniunctum fit Latinum. E libro, quem contulit, hanc profert lectionem: *ipfoque tamen fimulacro.* Vnde confici poteft librarios offenfos hac loquendi formula alterutram vocem expungendam effe cenfuiffe. Si fciret libris uti, facile ex hac varietate potuiffet colligere, vocem *quidem* non in fuo verfari loco, et transferendam effe ante *ipfo,* fic nempe: *Numen delubrumque Olympii Iovis, certamine gymnico et fingulari fanctitate quidem, ipfo tamen fimulacro, quod Phidiae opus eft, maxime nobile.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quafi in duobus illis locis ea vox non potuerit omnino abeffe fine damno fententiae ullo, perinde ut in hoc noftro loco, quum tamen, ut in illis, ita in hoc voluiffe videatur Mela additam. Sed praeterea quid vult? Cur non a fe ita rogat de illo *transiugare?* An eiusdem

hominis eſt, ſic loqui ad cap. 5. [in appendice] *Tunc poſt* an alibi apud Melam occurrat, quaerant, qui nugas bonis volunt redimere horis. Et ſic non definit ad cap. 5. nugari aliquid de iunctis *etiam alioquin.* Quid ſi iuncta occurrant, an tum Mela in ſalvo erit? Perinde etſi non occurrant iuncta. Potuit enim Mela iunxiſſe, quae ab aliis non iungerentur. Sed ſic Apuleius in Apologia [p. m. 338.] *et quidem C. Lucilium, quamquam ſit iambicus, tamen improbarem.* — I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Inſolitus certe utriusque particulae nexus, cuius exemplum ex bonis auctoribus non ſuccurrit. Ita tamen volunt Codices, certe alteram minus bene quidam omittunt; traiectionem prioris omnes improbant. Poſt Cibin. Rehdiger. *phydie;* Prag. *ſidie.*

§. 5. *Peloponneſiacae)* Cibin. *peloponneſyace;* Rehdiger. Gud. Prag. *peloponenſiace;* Vindob. *peloponenſiaſſe.* Tum Cibin. Rehdig. Lipſ. Gud. Prag. edd. 1. 2. 9. *Archadiam.*

Pſophis, Tegea) Pariſ. 3. Lipſ. Voſſ. 3. Vindobon. *perſophiſtenia;* Rehdiger. *perſophyſtenia;* Pariſ. 1. *perſofisema;* Perizon. *Perſophyſoenia;* Vatic. 1. Mediol. Venet. *pſophiſtenia;* Vatic. 3. Prag. *pſophiſtenea;* Pariſ. 2. *Phosphitenia;* Gud. *pſophisnia;* Voſſ. 1. Cibin. *ſophyſtenia.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. *Perſophiſtenia;* 9. *pſophiſtenia;* reliquae diviſe et quidem *Pſophis*, praeter 12. 14. 19. 21. 28. in quibus *Sophis;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *et Tenia;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. absque et *Tenea;* tum praeeunte Reinoldio ceterae *Tegea.* TZSCHVCKE. Legendum *Pſophis et Tenia.* De *Pſophide*, unde Aglaus ille Pſophidius, auctores omnes. De *Tenia* Cicero in epiſtolis ad Atticum. [6, 2.] BARBARVS. Scribe *Tegea,* non *Tenea,* etſi aliter ſentiat Hermolaus. Nam Mela,

ut ſaepe dictum eſt, celeberrima quaeque refert. *Tegea* autem nobile oppidum eſt Arcadiae Geographis omnibus, Hiſtoricisque ac Poetis, et in primis Homero, [Il. 2. 607.] ut credibile non ſit, in relatione Arcadiae omiſſam eſſe a Mela, qui locorum veluti flores delibat. PINTIANVS. *Tenea.*) Nihil hic mutandum. Licet enim *Tenea* Corinthiaci agri fuerit oppidum, *Tegea* vero dicta ſit haec Arcadica; ſaepe tamen confunduntur iſta vocabula, Teneataeque dicuntur, qui Tegeatae dici debuiſſent. Neque tantum cum urbs eſt Τέγεα vel Τένεα, verum etiam cum κόρυζαν ſignificat, utrumque dictum fuiſſe, teſtatur Heſychius. In pluribus vero vocibus literae iſtae permutantur. Sic μετάλειον et μεγάλειον, ἰστέον et ἰσγέον, Τόργος Γόργος, Τελέοντες Γελέοντες, et, ſi Stephano credendum eſt, Τάβιοι et Γάβιοι, Τένεα et Γένεα aliaque multa referenda erunt inter διττογραφούμενα. VOSSIVS. Cum Pintiano et Reynoldo Melam ſcripſiſſe putem *Pſophis Tegea. Tegea* etiam legendum videbatur Cellario Geogr. ant. 2, 13. p. 1001. A. GRONOVIVS. *Tegea*, quam cum Pſophide coniungit Ptolemaeus 3, 16. et alii commemorant tamquam Arcadiae urbem celebrem, neque omittere noſter hic recte potuit, ſine dubio praeferenda hic eſt. Atque ita legendum adſcripſerat etiam vir doctus in editione 23. *Tene* apud Ciceronem c. l. vel ut alii, conſentientibus Graevio et Erneſtio, malunt *Tenea*, ad urbes maritimas ibi refertur, ab aliis Corinthiaco agro adtribuitur, veluti a Strabone lib. 8. p. m. 262. ſ. 380. et a Pauſania 2, 5. a Corintho 60 ſtadiis removetur. Quod Voſſius τ et γ commiſceri exemplis docuit, in Teneatae teſtatur ipſe Strabo c. l. ubi notat pro Τενεάτης ab aliis adferri Τεγεάτης. Geographicae igitur hic rationi potius conſulendum eſt, quam librariorum negligentiae. Cf. Harduin. ad Plin. 4, 10. ſ. 6.

Orchomenos) Voſſ. 3. edd. 1. 2. 9. *orcomenos*; Vindob. *orcomeros*; in reliquis MSS. et edd. vetuſtis

Orchomenos; Vadiano placuit praeire *Orchomenon*, quod retinuerunt praeter ipſius familiam 21. 24. 25. 28. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. Poſt revocatum eſt *Orchomenos* duce Reinoldio. TZSCHVCKE. Scribe *Orchomenos*, non *Orchomenon* ex Strabone, [8. p. m. 267. ſ. 388.] Ptolemaeo, [5, 15. qui tamen de Boeotiae urbe cognomini] Pauſania in Boeoticis [9, 36.] et Homeri interprete [ad Il. 2, 605.] Idem error caſtigandus in Plinio. [4, 10. ſ. 6.] PINTIANVS. *Orchomenos* ſcribendum non ſolum MSS. et auctores, quos ad h. l. laudat Pintianus, evincunt, ſed etiam Scylax in Periplo p. 36. [ed. I. Gronov. ſ. p. 16. Hudſ.] A. GRONOVIVS. Nempe cum plures fuerint, (quatuor autem adeo commemorat Schol. Apollonii ad 2, 1190.) omnes tamen in *os* terminantur. Male igitur, Plinii libris forte motus, alteram formam praeivit Vadianus.

Pholoe) Lipſ. *foloe*; Prag. Vatic. et edd. 1. 2. 9. *phole*; 13. *pholee*; reliquae *Pholoe*. Recte. Tum Lipſ. Vindob. *cilenius*; Vatic. 3. *Celenus*; Prag. *cilenus*. Edd. 1. 9. *cilenius*; 11. *Cylenius*. TZSCHVCKE. Lego *Cyllene*, non *Cyllenius* ex Strabone, [8. p. m. 267. ſ. 388.] Stephano, Plinio [4, 10. ſ. 6.] et Halicarnaſſeo Dionyſio, [1, 13. in.] adiecta etiam ratione, unde ſic dicatur. *Cyllenius* enim poſſeſſivum eſt, non proprium nomen. PINTIANVS. Nihil mutandum. *Cyllene* Graecis, Latinis etiam *Cyllenius* dicitur. Sic quoque Feſtus Pompeius [p. 110. ed. Dacier.] *Cyllenium alii volunt ſic appellatum, quod a Cyllene avia ſit nutritus. Alii, quod in monte Arcadiae Cyllenio.* Inepte vulgo legitur *Cyllenia via.* Sed et pro *Cyllenio*, uti habent veteres libri, male repoſuerunt *Cyllene.* Nam et mons et Mercurius uterque Cyllenius vocatur, ut teſtatur Servius ad 8. Aeneid. [v. 139.] VOSSIVS. Abſolute quidem et Graecis et Latinis Κυλλήνη, Cyllene dicitur. An *Cyllenius* conſtanti librorum conſenſu alius cum Mela

dixerit, ignoro. In Festo, quem Vossius excitavit, aperte Mercurius spectatur. *Cyllenius* de monte legi in ed. Florentina a. 1526. Vibii Sequestris h. v. ubi alii *Cyllene*, codices quidam tamen etiam *Cyllenus*, quam formam ferebat olim Ovidius Metam. 1, 216. dum Heinsii manus in *Cyllene* mutavit, uti est Fastor. 2, 276. At subintelligitur hic *mons*, ut in proximo *Parthenius*, quem et Graeci vel adposita vel subintellecta voce ὄρος ita vocant. Pro *Parthenius* Vindob. *et perthenius*; Lipſ. *pertenius*. Idem, Cibin. Rehdiger. Gud. Prag. edd. 2. 11. forte aliae *menalus*; Vindob. *meralus*. Post Vindob. *herimanthus*; Gud. Prag. *erimantus*; Cibin. *erymantus*; ed. 11. *erimanthus*.

in Aetolia) Vindobon. Rehdiger. Prag. ed. 11. *etholia*; Cibin. *loetholia* pro *in Aetolia*. Tum idem, Vindob. Rehdiger. Gud. Vatic. Lipſ. *naupacto*. Ed. 1. *Haupactos*.

Acarnania) Vatic. 3. et Prag. substituunt *Archadia*, de qua iam antea. Vindob. habet *acarmania*; Lipſ. *ackarnania*.

Stratos) Cibin. *Strathos*; Gud. *astratos*. Tum Cibin. *opidum*; Ciaccon. *oppidum*, uti dederunt edd. 15. 17. 20. 25. Melius tamen cum aliis legitur *oppida*, ut praecedentia simul complectatur. Cf. ad 1, 8. 2. p. 282.

Epiro) Rehdig. *epyro*; Prag. *Epiridonei*; Cibin. Rehdiger. *doanei*. De sequentibus haec: Vindob. *universas* pro *immersas*; ed. Reinold. 1775. omisit *et*; Vindobon. *ceteros*; idem *exinguat*; ed. Reinold. 1775. *exstinguat et*; Vindob. neglecta lineola *admovetur*.

§. 6. *At cum)* Cibin. *Ac cum* mutatione crebra, de qua ad 2, 1. in. Post Prag. *legentur*; idem cum Vatic. 3. et Veneto *ex promontorio*; Rehdig. *sepyade*.

Demetriam) Rehdiger. *demetryam*; Prag. *de Metriam*; Parif. 2. *Demetiam*; Cibin. *demetrium*; Parif. 1. 3. videntur habuiffe *Demetrion.* Edd. omnes cum aliis MSS. dant *Demetriam* ad Voffium, qui repofuit *Demetrion* adnitentibus pofteris. TZSCHVCKE. Scribendum *Demetriada*, non *Demetriam* ex Ptolemaeo, [3, 15.] Strabone, [9. p. m. 300. f. 436.] Stephano et Plinio. [4, 15. f. 8.] PINTIANVS. Legendum eft *Demetrium* vel *Demetrion*, non *Demetriada*, ut Pintianus. Dictum vero Demetrium a Cereris illic fano. Demetrias autem civitas nomen habet a Demetrio rege. Saepius vero iam monuimus, Melam antiquiores fere fequi Graecos, itaque recentiorum urbium, licet famofae fuerint, raro meminiffe. VOSSIVS. *Demetriada* quidem a recto *Demetrias*, quod vult Pintianus recte habet; neque tamen Voffii emendatio reiici debet, cum et propius fequatur libros, et Geographorum aliorum fide comprobetur. Nempe *Demetrium* etiam habet Stephanus, qui vocat τόπον περὶ Θεσσαλίαν κείμενον περὶ τὸν Ἄμφρυσον, et a Demetriade diftinguit. Habet etiam ex emendatione doctorum virorum Livius 28, 6, 7. iuxta mare in Phthiotide, et ad Pagafaeum finum in urbibus commemorat Scylax p. 24. Hudf. Cf. etiam Euftathius ad Homer. Il. 2, 696. et Strabo 9. p. m. 300. f. 435. qui Cereris fanum vocat, et in urbe maritima Pyrafo ponit, etfi poft diruta. Accedit igitur etiam fitus, qui hanc lectionem tuetur, quam tamen, ut libris aliquid darem levi facta inflexione in *Demetrium* transire iuffi.

Halon) Omnes Codd. apud Voffium, ex meis Vatic. 1. 3. Parif. 2. 3. Lipf. Cibin. Vindob. Rehdiger. Gud. Prag. aliique conlati cum Boccatio de maribus f. v. *Macedonicum* et edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Balon*; 6. 7. 8. 10. 12. reliquae ad Voffium *Boion*; ille dedit cum ceteris *Halon*, quod fuiffe etiam videtur in Parif. 1. TZSCHVCKE. Scribendum *Boion.* BARBARVS. Poffet et

Dorion legi, quod in hoc tractu Plinius auctor [4, 7. ſ 5.] refert. At quia *Boion* Hermolaus probat, aſſentiendum tanto viro eſt. VADIANVS. Non video, quomodo hic *Boion*, ut Hermolaus caſtigavit, defendi poſſit, quum ſit *Boion* urbs in mediterraneo Doridis Ptolemaeo. [5, 15.] Doris autem nullam partem occupat in hac ora Magneſiae, quam refert Mela, ut planum eſt ex Ptolemaeo et ceteris. Quapropter commodius hic legetur *Boebon*, quam *Boion*. Eſt enim *Boebos* Stephano Theſſaliae urbs, quam ab Homero [Il. 2, 217.] vocatam ait *Boeben*. Quo in loco temperare mihi non poſſum, quin profitear, neſcire me, quare Stephanus idem tradat, *Boion* urbem Doridis nominari ab Homero *Boeben*, quum *Boebe* Homerica in Theſſalia ab ipſo Homero reddatur cum *Iolco* et aliis civitatibus Theſſaliae. PINTIANVS. Prius legebatur *Balon*, uti eſt in omnibus, unde Hermolaus fecit *Boion*. Recte hoc reprehendit Pintianus, verum ipſe non recte *Boeben* repoſuit. Non enim inter Sepiadem et Maliacum ſinum, verum inter Sepiadem et Penei oſtia ſita eſt *Boebe* palus et *Boebos* oppidum. Vera lectio eſt illa, quam reddidimus, *et Halon et Pteleon* etc. Duo vero ſunt oppida ita dicta, utrorumque vero meminit Stephanus, cuius verba ita concipiuntur in veteribus libris: Ἄλος πόλις Ἀχαΐας καὶ Φθιώτιδος ὑπάρχει τῷ πέρατι τῆς Ὀθρύος. Altera *Halus* erat ad ſinum Maliacum, de qua accipiendus eſt hic Melae locus. Idem Stephanus: Δύο δὲ Παρμενίσκος Ἄλους ἱστορεῖ, τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρχειν Πρωτεσιλάου. Ita libri veteres, ſed manifeſte et hic legendum, τὸν δὲ ὑπάρκτειον Πρωτεσιλάου, vel ὑπάρκειον, quod idem eſt. Nam pro ἄρκτος olim quoque ἄρκος ſcribebant euphoniae gratia, ut notatum Grammaticis. *Halos* vero vel *Alos*, nam utrumque dicebatur, quae ſub Proteſilao erat, quamque borealem hic vocat Stephanus, etiam Phthiotica dicebatur. Haec vero altera, quae Melae memoratur Maliaca vel Achaica

vocabatur. Vtriusque meminit Strabo lib. 9. [p. m. 298. f. 433.] Ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαί εἰσιν αἱ Φθιώτιδες. Καὶ ἡ Ἄλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται καὶ Ἀχαϊκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες. Sic recte olim legit locum iſtum Strabonis Plethon in deſcriptione Theſſaliae. VOSSIVS. *Boion* Hermolai locum habere nequit, uti recte docuit Pintianus. Cf. praeter Ptolemaeum Plinius 4, 13. f. 7. et Strabo 9. p. m. 204. f. 427. Sed et recte Pintiani *Boebon* profligavit Voſſius. Nempe *Boebe*, ita enim auctores, in vicinia fuit Pherarum in finibus Pelii et Magneſiae, quocum conſentit Orpheus, qui Argonaut. 1, 164. Boebeida lacum iuxta Peneum et Meliboeam commemorat. Cf. Homer. Il. 2, 711. et Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 448. qui inde *Oſſaeam Boebeida* a Lucano 7, 176. adpellari docet. At progreditur Mela a Sepiade ad ſinum Maliacum. Quare meliorem et Codicibus accommodatiorem lectionem protulit *Halon*, ab omnibus poſtea exceptam. Scilicet B. et H. in ſcriptura Langobardica ſaepe confundi notum eſt. Vid. Drakenb. ad Liv. 38, 1, 6. Adſpirationem, quam fere omittunt auctores Graeci, Latini in his frequentant, praepoſuit etiam Plinius 4, 14. f. 7. Sed et a Graecis promiſcue adhiberi, notavit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 682. quod quidem ita valere exiſtimat Politus ad Euſtath. T. 2. p. 683. ut noſtra, quippe maritima, Proteſilai olim, (quod adparet ex Homero Il. 2, 697.) potius cum ſpiritu aſpero ſcribatur, quippe ab ἅλς, ἁλὸς, altera, mediterranea, olim Achillis ab ἄλη, ob Athamantis errores, ſpiritu leni.

Pteleon) Pariſ. 3. Vindob. Rehdiger. *Ptheleon*; Prag. *petheleon*; Pariſ. 2. *peteleon*; Mediolan. Voſſ. 1, Perizon. Ciaccon. Vaticani, Lipſ. et reliqui ex meis *Pteleon*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 12. 14. 19. 21. 28. *Ptheleon*; 16. 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto

Phtheleon; 13. *Phteleon*; 6. 7. 8. 10. 15. reliquae cum Vineto, Schotto, aliis *Pteleon*, tantum 42. *Pteiaeon*. Τὸ *et* praecedens Vadianae posteriores et 21. 28. 31. 33. omittunt. Ceterum *Pteleon*, quod iam emendaverat Hermolaus Barbarus, probat Graecum Πτελεόν.

Echinon) Vatic. 3. Lipſ. Pariſ. 2. Vindob. *ethinon*; Rehdiger. *ethynon*; Prag. *edhmon*; Gud. *ethionon*; alii in iis Venet. *echinon*. Edd. 1. ut Boccatius c. l. *ethmon*; 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Ethinon*; 13. *et Echinus*; 33. et Lugd. 1605. *Eckidnon*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. reliquae *Echinon*, uti iam emendaverat Hermolaus, non *Chmon*, uti dat ed. 42. Gr. Ἐχῖνος. Corruptiones ſimiles invenies apud Drakenb. ad Liv. 32, 33. ſ.

Pagaſaeum) Pariſ. 2. 3. *Pegaſaeum*; Lipſ. Venet. Rehdiger. Gud. Prag. et edd. 1. 2. 9. *pegaſeum*; Vindob. et edd. 3. 4. 5. et aliae quaedam *Pagaſeum*. Ciacconius notat *Pegaſiuum*; Boccatius de maribus ſ. v. *Aegeum* refert *pegaſum ſinum* ſemel iterumque, et ſ. v. Macedonicum *Pagaſeum*. Commutatio τοῦ *a* et *e* in prima ſyllaba non infrequens eſt in hoc nomine, uti docuit Burman. ad Propert. 1, 20, 17. aliique, quos ibi producit. Sic Πηγασαῖος habet Stephanus ſ. v. Ἀκέται, quod reprehendit Berkelius, et in Παγασαῖος, quod habet alibi, emendat Gavel in obſerv. miſcel. nov. T. 4. p. 239. Vera ſcriptura ex Graecis conſtat. Poſt Vatic. 3. et Prag. *eſi curſus*, minus numeroſe. Tum Lipſ. Vindobon. Rehdiger. Gud. Ciaccon. edd. 1. 9. *Pegaſam*; Pariſ. 2. 3. *Paegaſam*; Venet. *pegaſan*; Cibin. *pagaſan*; Prag. *pelagam*. TZSCHVCKE. Lego plurali numero *Pagaſas*, non *Pagaſam*, ex Strabone, [9. p. m. 300. ſ. 436.] Ptolemaeo, [3, 13.] Herodoto. [7, 193.] Erratum idem in Plinio. [4, 15. ſ. 8.] PINTIANVS. Dubium facit nexus in Plinio numerum. At ita erravit in numero etiam Propertius 1, 20, 17. Frequentioris

tamen uſus et in Graecis certe conſtantioris eſt pluralis Παγασαί.

Minyae) Vindob. *nunc*; Rehdiger. *minae*; Prag. *minie*; Cibin. Gud. ed. 2. *miniae*. Schottus poſuit *et Aphetae quia*, quem nemo probavit. TZSCHVCKE. Deſideratur procul dubio hic nomen *Aphetae*. Lucus eſt Theſſaliae in ſinu Pagaſitico, unde ultimo Argonautae ſolverunt. Scribe igitur ſic: *Aphetae, quia Minyae Colchida petentes* etc. ex Strabone, [9. p. m. 500. ſ. 436.] Stephano, Herodoto, [7, 193.] Apollonio, [1, 591.] qui tamen ut litoris meminit, non ut urbis. PINTIANVS. Interponendum *Aphetae lucum*, ita ut legatur: *et Aphetae lucum, quia Minyae*. CIACCONIVS. Recte Mela dicit, Argo navem Pagaſis ſolviſſe. Nam quod Aphetas hic repoſuit Pintianus, id non probo, tum, quod id adverſetur veteribus exemplaribus, tum quoque, quod Aphetae et Pagaſae pro eodem accipi debeant loco. Portus enim, ubi fabricata eſt Argo, Pagaſa eſt. Littus vero ei vicinum a re, ut teſtatur Apollonius Rhodius, [c. l.] Ἀφεταὶ vocabatur. Itaque et Aphetis et Pagaſis recte dicuntur ſolviſſe Argonautae. Lucanus [6, 400.] *Prima fretum ſcindens Pagaſaeo litore pinus*. VOSSIVS. Recte reiecit Voſſius Pintiani emendationem, quam propero nimis ſtudio excepit Schottus, quippe a libris alienam et errore vitiatam, qui hinc Melae obtruditur. Conſtat enim ex Apollonio 1, 525. aliisque, Argonautas Pagaſis ſolviſſe, et Sepiade promontorio, Sciatho et Pireſia, Magneſiae urbe, ſuperatis, biduo in illo litore moratos eſſe, quod, quia tertio inde evecti ſolverunt, Aphetas vocatum eſt, et ſic poſtea Meliboeam, acto curſu, praenavigaſſe; cf. Apollon. 1, 582 ſqq. Herodotus etiam 7, 193. eo Herculem aquatum ex Argo navi miſſum eſſe, narrat, ipſos Argonautas ibi aquatum egreſſos, et, quod poſtea inde ſolviſſent, nomen litori illud indidiſſe. Vtrumque locum porro diſtinguit Strabo c. l. et Pagaſis,

Pherarum navali, Argo emiſſam ſcribit; Aphetas, locum vicinum, ὡς ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν, ſubiicit. Quis vero cum Pintiano et Ciacconio *lucum* dixerit, neſcio. Poſt Cibin. *cholcida*; Rehdig. *colcyda*; Vindob. *petens*; idem et Prag. cum edd. 2. 9. 13. *argon.*

memoratur) Ciaccon. Vatic. Cibin. Lipſ. Rehdiger. Gud. Prag. Vindob. et ex ſilentio Venet. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. *memorantur.* Vadianus primus poſuit *memoratur* et hinc alii. Ita etiam ed. 28. quae hic a duce, 21. diſcedit. Recte, nexu poſtulante. Error natus eſſe videtur ex voce *ſolvere,* quam librarii ad infinitivum reiecerunt; tum quod praecedit *petentes.*

Ab eo) Hinc cap. 25. incipit Vinetus.

Sunium) Vindobon. Prag. *ſinum*; Pariſ. 2. *Simium*; Pariſ. 3. et edd. 2. 9. *Summum.* Tum Ciaccon. Vindob. *pernaviganda*, errore facili et noto.

Maliacus) Cibin. Gud. Rehdiger. *malliacus*; Prag. *maliachus*; Lipſ. *mallicus.* Cf. ad Lucan. 6, 367. Poſt Vindob. *opuntus*; edd. Lugd. 1605. et 30. *Opontius.* Tum Cibin. Prageuſ. *in hiis*; edd. veteres multae, etiam 15. 17. 20. 23. *in iis.* Vox *caeſorum* in Varr. ed. 27. obelo notatur. Pro *Laconum* Vindob. *lacaonum*; Prag. *lachonum.*

grandes ſinus) Immo legendum: *non grandes ſinus.* Nam in ora Locrorum ſunt ambo a duabus earum civitatibus *Malieo* et *Opunte* nominati; tota autem illa Locrorum ora vix excedit ducenta ſtadia, auctore Strabone in nono, [p. 294. ſ. 427.] ex quibus quadraginta tantum ſtadiorum eſt ſinus Opuntius, ut idem Strabo tradit eodem libro. [p. 293. ſ. 425.] PINTIANVS. Nihil

muto. Licet enim respectu Thermaici, Corinthiaci aliorumque sinuum isti perexigui sint, si tamen comparentur cum aliis Graeciae proprie dictae sinibus, erunt maximi. VOSSIVS.

tropaea) Cibin. Rehdiger. Lips. Gud. Vindob. Prag. aliique cum edd. *trophea* vel *tròphaea*, quod et retinuerunt Vinetus, Schottus, Vossius. Sed iam ed. 13. *tropea*; Gud *tropaea*, uti ex Graeca ratione scribendum esse hodie omnes probant.

Thermopyle) Lips. Gud. Prag. *termophile* vel — *ae*, uti etiam edd. 2. 9. Rehdig. *termophyle*; Cibin. *thermophyle*; Havn. *termophiles*; Vindob. *tremophile*; ed. 11. *termopyle.* Gr. Θερμοπύλαι.

Opoes) Vatic. 1. 3. Paris. 1. 2. 3. Lips. Cibin. Vindob. Rehdig. Gud. Prag. Venet. Havn. Boccat. s. v. Malliacus sinus et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *oroes*; 6. 7. 8. 17. *Opes*; 15. 20. 23. 35. *Opus*; 10. 12. 13. 14. aliae *Opoes*, uti voluerat antiqua manus ad ed. 6. TZSCHVCKE. Scribendum arbitror *Opoes.* Est autem *Opoes*, id est Ὀπόεις, eadem, quae et *Opus*, *Opuntis* κατὰ κρᾶσιν dicitur. BARBARVS. Scribe *Opûs* cum circumflexo, non *Opoes*, ut legit Hermolaus. Poetae enim perfectis utuntur, oratores contractis. Denique sic Ptolemaeus, [3, 15.] sic Strabo, [9. p. m. 293. s. 425.] sic Pausanias, [in quo certe 1, 23, 4. Ὀπούντιοι] sic Plinius, [4, 12. s. 7.] sic omnes proferunt. PINTIANVS. Forte *Thermopylae et intus.* CIACCONIVS. Vtrumque recte sese habet, Ὀπόεις et Ὀποῦς. VOSSIVS. Quod Pintianus de utraque forma observat, non semper usu venire solet. Nam Ὀπόεις habet Stephanus et Hesychius, contra Ὀποῦντος Pindarus Olymp. 9, 87. ante v. 22. Ὀπόεντος et Ovid. ex Ponto 1, 3, 37. *Opunta.*

Hinc vero Ὀποεσιος et Ὀπούντιος, uti notant Stephanus h. v. et Euſtathius ad Homer. Il. 2, 531. In nummis exſtat fere Οποντιων et Οπουντιων, de quo cf. Eckhel in doctrina num. vett. P. 1. Vol. 2. p. 192. De potiori tamen uſu ſi quis quaerat, recte Pintianus. Et certe noſter formas poeticas praeferre ſolet. At quo minus hic praeferatur, obſtant libri. Ciacconii coniectura codicum praeſcripta egreditur et praeter rem fertur.

Scarpha, Cnemides) Voſſius ex ſuis libris adfert *Carpha*, cui A. Gronovius addit *Carpa*. De meis ſic in utroque nomine, quod varie connectunt: Vatic. 1. Pariſ. 1. 2. Rehdiger. Gud. Venet. uti Boccatius de maribus ſ. v. Macedonicum *Carphaguemides*; Prag. Vatic. 5. *carphague mides*; Lipſ. *carfague mides*; Pariſ. 3. Havn. *carphanemides;* Cibin. (qui alias cum Voſſ. 1. concinit) *carpaguemides*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *carphanemides*; poſt diviſe ſic: edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Sanctius *Scarphia*; praeeunte Voſſio 40. 41. 42. *Tarpha*; Reinoldio 44. 45. reliquae *Scarpha*. Tum 6. 7. 8. 13. 15. 17. 20. 23. *Enemides*; 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. ceterae *Cnemides*, uti antiqua manus ad edit. 6. notaverat. TZSCHVCKE. Legendum *Scarphia, Cnemides* (ita ed. 1495. non *Enemides*, uti vulgo hic) ex Plinio, [4, 12. ſ. 7.] Strabone, [9. p. m. 293. ſ. 426.] Ptolemaeo. [3, 15.] BARBARVS. Pro *Scarphia* in omnibus veteribus libris ſcriptum eſt *Carpha*, unde fac *Tarpha* vel potius *Scarpha*. Tarpham et Scarpham, (quae aliter Scarphia) utramque recenſet Homerus, [Il. 2, 532 ſq.] et ex eo Strabo, [c. l.] licet prius aliter apud hunc poſteriorem legeretur, uti recte monuit Caſaubonus. VOSSIVS. MSS. *Carpa* et *Carpha* pro *Scarpha*, litera *S* abſorpta a ſimili praecedente. Homero Il. β. 532. Σκάρφη. *Scarphia* correxerat Hermolaus,

quem Afulanus [in ed. 17.] et Sanctius fecuti fuerunt. A. GRONOVIVS. Vtrum *Tarpha*, an *Scarpha* legi debeat, disquiri poffe videtur, cum utrumque oppidum in Homero c. l. Locrenfibus tribuatur, cum quo confentit Stephanus et ex emendatione Cafauboni, quam probat Holften. ad Stephan. p. 314. Strabo c. l. Neque enim, quod obfcurior eft Τάρφη, impedit, cum et obfcura ex prifca aetate perfequatur. Porro *c* et *t* alibi etiam confunduntur, de quo ad 1, 16, 2. et 2, 1, 13. Attamen, cum optio hic detur, inluftrius oppidum et a multis commemoratum rectius praefertur, et fine mutatione a libris accipi poteft. Nempe ob praecedens *S* alterum hoc facile periit, quod etiam in disfimili nexu praeter alias depravationes neglexerunt librarii apud Paufan. 2, 29, 3. Liv. 36, 19, 5. Dicitur autem non folum in Graecis Σκάρφεια, uti etiam in Strabone 1. p. m. 41. f. 60. pro Σκαρφία, quod praeferunt pofteriores, adfentiente quidem Cod. Mofcov. tacite tamen repofuit Siebenkeefius, fed et Σκάρφη, uti apud Homerum c. l. Strabonem lib. 1. et 9. cc. ll. Cf. notata ad Strabonem lib. 9. cap. 4, 4. p. 552. et §. 6. p. 556. Tum vero in terminatione adamatam Melae terminationem in *e* aliquis defideret, nec temere. At dandum id eft libris, cum et *Europa* legatur *Hermiona*, *Agathan*; contra mox *Larymne.*

Alope) Parif. 1. 2. *apolae*; Cibin. *alopae.* Poft idem, Lipf. et Vatic. 3. *antedon* cum editionibus vetuftis multis; Prag. *artendon.* Edd. 15. 20. 23. *anteon.* Tum Lipf. *larune*; Vindob. *lariume*; Parif. 1. 2. Rehdiger. Gud. Prag. *larumne* vel — *ae*; Cibin. *larumpne.* Edd. 1. 2. 9. *larunae*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. (*Larūnae*) 15. 17. 19. 20. 23. *Larumnae*; 11. *Larunnae*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius, 40. 41. 42. 44. *Larymna*; denique praevio Reinoldio, 45. et ceterae

Larymne. Datum et hoc eſt codicibus, cum Graeci frequentent *Λάρυμνα*, quod et ſic reddidit Plinius 4. 12. ſ. 7. Τὸ υ Graecorum in multis transire ſolet apud Latinos in *u.* Sic ſupra 2, 1, 2. *Buces*, et alibi *Boruſthenes, Illuricum, Themiſcurum* et ſimilia. Neque hic *Larumna* ſi quis malit, morabor, etſi ad Graecum propius ducit Vindob. codex. Sic poſt contra *Rhamnus* mutarunt.

Agamemnoniae) In his varie errat Vindobonenſis. Dat enim *agamenonie* — *graorumque* — *claſſes* — *in troia* — *virtum.* Prag. *maracio* pro *Marathon.*

teſtis, iam inde) Lipſ. Vindob. omittunt *inde.* TZSCHVCKE. Interpungendum poſt *teſtis*, vel voces *iam inde a Theſeo* parentheſi ſunt includendae. Nam ibi Theſeum Marathonium mactaſſe taurum inquit Strabo lib. 9. fol. 384. [ex ed. Baſil. 1549. p. m. 275. ſ. 399.] CIACCONIVS. De hac diſtinctione, quam ſuadet hiſtoria, monuit etiam Caſaubonus ad Strabonem 9. p. m. 275. ſ. 396.

Perſica) Vadianus, quem ſecutus eſt cum ipſius familia et edd. 21. 24. 28. Olivarius et cognatae, item Schottus *Perſarum*, invitis omnibus libris et ſine iuſta cauſa. Vindob. vitioſa traiectione *preſica.* Poſt codices omnes exceptis forte Vatic. 1. Venet. et Havn. *maxime*, ſed editiones *maxima* ad Voſſium usque, qui prius, duce tamen Vineto, monente etiam Pintiano, revocavit concinniore nexu.

Rhamnus) Vatic. 1. Rehdig. *Thamnis*; Havn. Venet. Gud. Prag. Pariſ. 1. *Tamnis*; Pariſ. 2. et ex Vaticanis alius *Tanis*; Lipſ. *ranis*; Cibin. Pariſ. 3. *rhamnis*; Vindob. *Iamnis.* Edd. 1. 2. 9. *Ramnis*; 3. 4. 5. *Rhamnys*; 11. *Rhamnis*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23.

Rammus; 13. *Rhamus*; 10. cum ceteris plerisque *Rhamnus*, quod voluerat Hermolaus Barbarus. Scilicet in Graecis est Ῥαμνοῦς. Igitur hic contra ab *u* Graeco deflexerunt ad *y* et inde ad *i*. TZSCHVCKE. Et hunc locum comminutum esse et corrosum, multaque deesse verba, pro comperto habeo. Nec enim in oppido Atticae Rhamnunte fuit fanum Amphiarai, sed in agro Oropi; qui locus celeberrimus alioquin est, medius inter Boeotios et Atticos magnarumque utrinsque contentionum materia. Sic invenies apud Pausaniam in Atticis. [c. 34.] Sic apud Strabonem, [lib. 9. p. m. 275. f. 399.] qui loco nomen dedit *Psaphis*; sic apud Plinium, qui lib. 16. [c. 87. f. 44.] apud Thebas periisse Amphiaraum tradit. Strabo in nono [p. m. 278. f. 404.] *Graea*, inquit, *Oropo vicina est et Amphiarai sacellum*. Demetrius quoque Triclinius in enarratione Pindari [ad Olymp. 6. 18.] auctor est, apud Oropum Boeotiae terram Amphiaraum absorbuisse et Oropi fuisse eius oraculum, certaminaque illic celebrari solita, quae ab eius nomine *Amphiaraia* vocarentur. Quam ob rem puto resarciri posse hunc locum, si sic legatur: *Rhamnus et Oropus parvae, illustres tamen, quod in hac fanum est Amphiarai, in illa Phidiaca Nemesis*. Fefellerunt haec Solinum. [c. 13. f. 7.] PINTIANVS. Melae lectionem vulg. confirmat Solinus, nisi hunc ille in errorem induxit. Discrepat tamen. *Dianam* enim, non *Nemesim*, Phidiae opus fuisse scribit c 13. *Delphi*, inquit, *Rhamnus quoque, in qua Amphiarai fanum et Phidiacae signum Dianae*. Pausanias Atticis [c. I.] a nobis stat, et *Rhamnusia Nemesis* in proverbium cessit, nec temere est, quod vulgo dictitant. SCHOTTVS. Et hic quoque errat Mela, cum dicit Amphiarai fanum esse Rhamnunte. Nec mendum hic latere, uti credebat Pintianus, ostendunt tot alii Melae errores in hoc capite, et Solinus, qui eadem habet. Athenis enim petentibus Oropum transeundum erat per Amphiarai templum; at

vero longe inde ſatis aberat Rhamnus. Dicaearchus [p. 11. Hudſ.] Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ δαφνοϊδῶν καὶ τοῦ Ἀμφιαράου διὸς ἱεροῦ ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πρόσαντα. Vulgo legitur διὰ δαφνιδὸν, unde Salmaſius [ad Solinum c. 13. ſ. 7. p. m. 103.] fecit διὰ Ψαφίδος. [de quo loco disputatur ad Strabonem lib. 9. p. m. 275. ſ. 399.] Noſtram vero lectionem probat ipſe Dicaearchus, qui ſic ſolet vias deſcribere, uti paulo infra, ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας. De Daphnoide ſive lauru ſilveſtri agemus ad Apuleium *de herbis*, quem ita emendatum et auctum dabimus, ut pene alius videri poſſit. In reliquis Dicaearchi verbis nihil mutandum. Graeci enim ſaepe ſic utuntur Dativis abſolute poſitis. Sic Homerus ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. Sic Plato, ſic alii loquuntur. Ita quoque locutus Martialis, *ſiat, quod utrique volenti*, quamvis vulgo aliter legatur is locus. Dicit vero a viro expedito et non onuſto illam, quae Athenas inter et Oropum interiacet, viam, uno circiter die poſſe confici. Licet enim ſit praerupta et montoſa, nullam tamen affert laſſitudinem propter crebra diverſoria et amoenitatem locorum, quae non patitur, ut viatoribus aliquod obrepat faſtidium. Πρόσαντα hic adverbium eſt, ut κάταντα, ἄναντα et ſimilia. Vt vero ad Melam redeam, Salmaſius [c. l.] et hic et apud Solinum pro *Rhamnunte* ſubſtituit *Harma*, nempe quia ſic vocabatur locus, ubi Amphiaraus cum curru abſorptus eſſe credebatur. Sed ſane multo haec lectio peior eſt vulgata. Vulgata enim ſcriptura, quam meliores confirmant libri, unum ſaltem, ut diximus, continet errorem. Verum ſi hanc Salmaſii ſequamur lectionem, quae quam longiſſime abit ab omnibus antiquis libris, iam neutrum erit verum. Nemo enim unquam vel Phidiacam Nemeſin, vel Amphiarai fanum in *Harmate* collocavit; omnes in eo conveniunt, hanc Rhamnunte, illud vero in agro Oropio, duodecim tantum ſtadiis ab Oropo, collocatum fuiſſe. *Harmatis* vero

ſitum, ubi deglutitum a terra fabulantur Amphiaraum, incertum fuiſſe olim, ſatis teſtantur veteres. Quodſi quis illum prorſus ignorare velit, legat prolixam diſſertationem, quam de hoc inſtituit Solinianus interpres. Mirum quam apud ipſum Strabo vapulet, cuius tamen verba adeo ſunt plana, ut nulla magis. *Cnopiam* usquam in Boeotia fuiſſe negat, cum tamen hoc oppidum ita dictum ſit a *Cnopo* fluvio, qui idem eſt atque *Iſmenus.* Ita ut *Iſmene* oppidulum et *Cnopia* eadem fuiſſe videatur. Sed vero Ποτνία ἑνικῶς, quam ipſe male ſubſtituit, nulla in Boeotia fuit, cum omnes πληθυντικῶς id nomen efferant. Deſinat quoque mirari, quod multi Oropum urbem in regione ſive agro Thebano collocarint. Recte enim hoc ab illis factum, cum Oropus non ſui iuris, ſed propria fuerit Thebanorum. Hoc manifeſte Dicaearchus docet: Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων οἰκεία τῶν Θηβῶν ἐστι. VOSSIVS. Erraſſe potius credam noſtrum, quam invitis libris illi augmentum Pintiani obtrudam. Vulgatam lectionem probat etiam Solinus c. l. certe vetuſtiſſimam eſſe docet. Niſi Rhamnunte etiam vere fuit Amphiarai fanum, quippe quem ab omnibus Graecis tamquam Deum cultum fuiſſe ſcribit Pauſanias 1, 34. locorum vicinia deceptus eſſe videtur, quo certe nomine eum excuſandum putat Baumgartenius in hiſtor. Univerſ. T. 5. p. 57. cum quo conſentit Politus ad Euſtath. ad Homer. Il. 2, 498. T. 2. p. 554. Neque enim, quod ſcribit Voſſius, tam longo intervallo remota fuerunt illa oppida, uti contra eum docuit Politus ad Euſtath. c. l. Nempe, quod narrat Pauſanias 1, 33. in. a Marathone ſtadia 60 Oropum verſus per litus progreſſis Rhamnus occurrit; haud procul a mari fanum fuit (Dicaearchus v. 87.) circiter 12 ſtadia ab Oropo, (Pauſanias 1, 34. in.) unde de ſitu iudicari poteſt, quia pluribus hic exponere non adtinet. Quod Harma vult Salmaſius, prope Oropum Harma nullum fuit. Cf. Politus p. 556. c. l.

fanum —) Vindobon. Prag. ed. 10. *phanum.* Cibin. omittit *eſt*; Lipſ. *amphirii*; Vindob. *amphirai*; Cibin. *amphyaray*; Rehdig. *amphyarai*; Prag. *amphiaray.* Tum Rehdiger. Cibin. *phydiaca*; Lipſ. *fidiaca*; ed. 1. *hemeſis.*

Thoricos) Pariſ. 1. 3. *Phauricos*; Vatic. 1. 3. Cibin. Vindob. Rehdig. Prag. Boccatius c. l. *phoricos*; Ciaccon. *phociros*; Lipſ. *forcos.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *phoricos*; 14. *Thoriacos*; 16. 18. *Toricos*, poſt Vadianus praeeuntibus aliis *Thoricos*, uti emendaverat ex ſitu Geographico Hermolaus Barbarus.

Brauronia) Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Rehdiger. Gud. Lipſ. Vindob. Boccat. c. l. *bauronia*; Prag. *ſauronia*; Ciaccon. *Brazion*; Vatic. *Brauronia.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 13. *Bauronia*; 11. *Gauronia*; 6. 7. 8. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Brauronion*; 10. *Bauronion*; 16. (Vadianus) 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Brauron*; Voſſius cum reliquis advocarunt *Brauronia.* Hermolaus voluerat diviſe *Brauron, Ion,* et ſic adſcripſerat antiqua manus in ed. 6. At nulla fuit in Attica *Ion*, niſi quis huc referre velit locum Scholiaſtae ad Ariſtoph. Ran. v. 501. ubi cum pagis quibusdam Atticae commemoratur Ἰὼ, et hinc Ἰωνα ματηρ in inſcriptione apud Sponium de pagis Atticis p. 18. At cum obſcurior ille fuerit pagus, quam ut hic praecipue notaretur, tum in Scholiaſte illo pro ἐξ Ἰοῦς, quidam forte rectius malunt ἐξ Οἴου, et ipſe ille pagus Ἰωνίδαι ſolet potius nominari, et hinc ἐξ Ἰωνιδῶν dici; vid. Corſinius in faſt. Atticis T. 1. diſſ. 5. p. 231. Si quid mutandum, magis adridet *Oenoa*, Gr. Οἰνόη, pagus item Atticus, duplex quidem hoc nomine, unus ad Eleutheras, alter prope Marathonem, qui in hoc nexu intelligi debeat et a Strabone 8. p. m. 264. ſ. 383. et Stephano ſ. v. Τετράπολις

in tetrapoli Atticae collocatur. De utroque idem Strabo lib. 8. p. m. 259. f. 375. Cf. etiam Harpocration h. v. pag. 260. Suidas h. v. Prior fuit in finibus Boeotiae, et monente praeterea Scholiaſte intelligitur apud Thucydid. 2, 18. ubi etiam conſuli poſſunt Hudſon et Waſſe, praeterea Meurſius de populis Atticae p. 765. (Theſ. Gronov. Vol. 4.) et Vindingii Hellen. p. 238. (Theſ. Gronov. Vol. 11.) Vnam tantum, quae noſtra videtur, commemorat Plinius 4, 11. f. 7. Dicit enim: *Fuere et Oenoa et Probalinthus*, qua formula ſolet exſtinctas urbes indicare. Huic tamen coniecturae, quo minus indulgeam, impedit particula *et* praemiſſa, quam omnes libri agnoſcunt. Eadem ratione ſupra dixit *Antronia*. Vtraque terminatio forte in uſu fuit, ut *Caulon* et *Caulonia*, etſi altera minus frequentata.

Sunium) Vindob. *ſinium;* Rehdiger. ut edd. 1. 2. 9. *ſummum;* Prag. *ſinnum;* cf. ſupra. Tum Prag. et quidam Voſſiani *latus* pro *litus*. TZSCHVCKE. Forte *ſinitque id latus Hellados. Latus* id eſt frons. CIACCONIVS. Salmaſius in Solinianis [c. 13. f. 7. p. m. 103.] tollit τὸ *eſt*, omninoque hic redundare exiſtimat. Sed ſimul tollit orationis nexum. Supra iam meminit Mela Sunii, verum non addidit, quid rei id ſit. Nunc vero dicit, eſſe promuntorium et finire littus vel latus, uti habent quaedam exemplaria, Helladis orientale. VOSSIVS. *Latus* poſſit commode hic ſubſtitui, quia ſitum diſtinctius notat, et propter ſimilitudinem facile commutatur. Cf. Salmaſ. ad Solin. c. 8. f. 2. p. m. 41. Sic contra in Noſtro 1, 5, 4. Mutari tamen quidquam vetant libri meliores, quibus nec ratio adverſatur. Poſt Lipſ. Gud. Vindobon. *eladoſ;* Rehdiger. *helados;* Prag. *elachos*. Antea pro *finitque* Cibin. *ſuitque*.

orientem) Ita A. Gronovii omnes et mei praeter Lipſ. et Prag. qui praeponunt *ad* cum edd. omnibus etiam Reinoldianis ad 43. in qua primum expulit Abr.

Gronovius, et hinc in ceteris abeſt. Voſſius plures et meliores eam voculam agnoſcere in appendice adfirmat, reluctante A. Gronovio. Si ex conlatorum ſilentio certi aliquid elicitur, certe habuerunt etiam Pariſienſes, Havn. et Venetus. TZSCHVCKE. Particula *ad* expungenda. Sic cap. 7. de Pachyno: *Pachynum vocatur, quod Graeciam ſpectat.* CIACCONIVS. Scio ſic lib. 3. c. 7. *ad Meridiem ſpectans*, et ſimiliter alibi. Sed hoc loco praepoſitionem neuter MSS. agnoſcebat. Et ſic forſan alii codices quoque, ut nunc etiam de tertio Mediol. teſtari poſſum. Certe non gravior nunc cauſa fuit inferendi eam, quam lib. 1. c. 4. *totum latus, quod meridiem ſpectat usque in Aſiae confinia poſſident.* Lib. 1. c. 15. *Etiam qua ſpectat orientem.* Lib. 2. c. 6. *Qua ſeptentrionem ſpectat.* Lib. 2. c. 7. *Pachynum quod Graeciam ſpectat.* Lib. 3. c. 1. *Qua mare Atlanticum ſpectat.* Lib. 3. c. 6. *Qua oceanum ſpectat.* Lib. 3. c. 7. *Terrae ſpectantis Orientem.* Neſcio, quid Voſſio acciderit, qui, quum citaſſet lib. 2. c. 3. *In eo ad ſeptentrionem ſpectare litora incipiunt*, et monuiſſet legendum *ſeptentriones*, tamen edi curavit *in eo ſeptentriones ſpectare litora incipiunt* ſine ulla auctoritate et negligenter. Quin etiam pari et cura et veritate in eiusdem editione legitur lib. 3. c. 8. *Tigris ita deſcendens in litora permeat*, quum omnes editiones his inferant voculam *usque*, quam ab tribus MSS. comfirmatam et agnitam ſcio, nec dubitans de aliarum membranarum conſenſu, eam rurſus appoſui; maxime quum ſic quoque loquatur plus vice ſimplici Auctor. I. GRONOVIVS. Cum utrumque rectum ſit, *ſpectare orientem* et *ſpectare ad orientem*, et non hoc tantum loco, ſed et paſſim alibi promiſcue in libris utraque occurrat ſcriptura, contenti fuimus eam ubique ſequi lectionem, quam in antiquioribus et magis emendatis invenimus exemplaribus. Sed iſte nimis feſtinus iuvenis auferendam hoc loco affirmat praepoſitionem, quod eam duo MSS. non agnoſcant.

Verum ego longe plures et meliores poſſim oſtendere, a quibus non abſit. In eo quod ſequitur *ad ſeptentriones*, ubi aliter in obſervationibus ac in ipſo Mela additur praepoſitio, id, ut paſſim alibi, ita quoque hoc factum eſt loco ad ſignandam variantem lectionem, liberum relinquentes lectori, quam vellet eligere. Quod negligenter id a me factum eſſe exiſtimet, id ſane libenter audio. Ingrato et inepto labori quantumvis ſupinam praefero negligentiam. Fruſtra vero eſt, cum fidem noſtram infirmare conatur et in hoc et in eo, qui proxime ſequitur loco: *Tigris ut natus eſt, ita deſcendens in litora permeat;* ac ſi librorum auctoritate deſtitueretur haec lectio, cum et Arundellianum ſic habeat exemplar et Ciacconius in ſuis ſic ſcriptum invenerit codicibus. Quin et optimus ille liber, quem praecipue ſecuti ſumus, eandem exhibet lectionem, cui demum a manu recentiore ſuperſcriptum erat *usque ad litora.* Cum bibliotheca et libri mei omnibus pateant, ſatis iſti teſtabuntur, non me malae fidei hominem, ſed iſtum iuvenem gnaviter eſſe impudentem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Quaeſo te, Lector, an alibi citatum a me *ad ſeptentriones?* prout tamen legi debet habetque Mediolanenſis? Credisne autem ita Voſſium ſollicitum tui fuiſſe, adeoque indulgentem? Quid legere tamen poteras, ſi non perfecte aperiret? Nulla fuit dubitatio illic in vocula *ad.* In eam enim conſentiunt omnia exemplaria. Quaeſo autem, conſidera, quid ſit illud *relinquentes.* I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Non tanti erat haec vocula, ut eas lites moveret. Solet Mela plerumque omittere, praeponit tamen etiam interdum, ut infra §. 10. quare ex Codicibus plerisque agendum eſt. Potuit tamen ob praecedens ſpectat vel abſorberi *το ad* vel repeti.

§. 7. *Inde ad)* Hinc cap. 26. exorditur Vinetus. Pro *convertitur* Rehdiger. *convertit.* Cf. ad 2, 1, 2. 2, 2. in. et alibi paſſim.

Megaram) Prag. *Megariam.* Post idem et Vindobon. *Athice.* Venet. *ita tunc;* Gud. *nunc fronte nunc pelago;* Prag. *adiacens pelago.* TZSCHVCKE. Lego *Megara* genere neutro, non *Megaram*, ex omnibus. PINTIANVS. Scrib. *Attica* et *adiacet.* Plinius 4, 7. [f. 11.] *Attica*, inquit, *attingit Isthmum parte sui, quae appellatur Megaris.* CIACCONIVS. Dissentiunt passim in hac forma codices, viri docti in utramque etiam partem disceptant. Feminino genere in recto et obliquis casibus occurrit et hodie in Cicerone de divin. 1, 27. epist. ad div. 4, 5. m. Livio 31, 22, 6. Plinio 4, 11. f. 7. Valer. Max. 4, 1. ext. 3. 1, 7. ext. 10. ubi Kappius contra Torrenii monita Megaram retinuit, Frontino 4, 1, 8. sine librorum discrepantia. Sic in cognomini Siciliae urbe Liv. 24, 30, 9. Sil. Ital. 14, 273. In priori loco neutrum exhibent Codices quidam, omnes in Iustino 13, 5, 9. ubi *Megara* pro *Megaris* pleraeque editiones. Sic variatur in Livio 28, 7, 16. inter *Megara* et *Megaram.* Feminino renituntur Vorstius et Graevius ad Iustin. 2, 8, 3. Heins. ad Vellei. 1, 2, 5. Admittendum tamen censent Dukerus ad Liv. 31, 22, 6. Oudendorp. ad Sueton. Tiber. c. 4. Ruhnken. ad Vellei. c. 1. Sed et ita passim neutra Graecorum a Latinis efferri observatum est, certe in libris iactari, veluti *Leuctram* Nep. Epamin. 8, 3. Ages. 6, 1. ubi vid. Heusinger. *Pataram*, Mela 1, 15, 3. *Assyram*, idem 1, 13, 2. antea quidem, ut *Deltam* 1, 9, 2. Sic Σοῦσαν et Σουσῶν Theophrast. hist. plantar. 9, 15. f. et 9, 17. Λύστραν et Λύστροις Actor. 16, 1, 2. haec quidem adeo in Graecis. Sic *Hierosolymam* in omnibus libris testante Ernestio apud Ciceron. pro Flacco cap. 28. qui tamen reiicit; cf. Oudendorp. ad Suetonii Aug. c. 93. Ita passim *Abdera*, *Ecbatana*, *Bargylia* aliaque feruntur, etsi in bonis libris omninoque in auctoribus Graecis Orientis maxime nomina neutra sunt et pluralis numeri, de quo Burmann. ad Propert. 2, 10. in. Feminino

genere poſterioris potius aetatis eſſe videntur, et ſi quando in Latinis auctoribus veteribus obiiciuntur, aut dubia, aut certe notanda, non imitanda. Vid. ſupra ad 1, 15, 3. In ſequentibus emendatione Ciacconii opus non eſt, cum in vulgata lectione ſenſus ſit rectus et expeditus.

Piraeeus) Vindob. Prag. Lipſ. *pireus;* Rehdig. *pyreus;* Cibin. Gud. (hic et antea *ubi*) *piraeus;* reliqui cum ſuis editionibus. Edd. 1. 2. 9. 11. *Pyreus;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 17. 19. 20. 21. 23. 26. 28. *Pyraeus;* 13. *Pyreaeus;* 15. 24. 25. Olivarianae pleraeque, Schottus, Reinoldianae *Piraeus;* 16. 18. *Pyrraeus;* 22. 30. 32. 37. Vadianae *Pyrrhaeus;* Vinetus, Voſſius, Gronovii cum ceteris *Piraeeus.* Ita et alibi hoc nomen varie agitatur. Vadianus de ſcriptura haec ſubiecerat: Multi *Pyrrhaeum*, plerique *Piraeeum* pronuntiant ſcribuntque, et *Pyreum*, a quo *Pyrrhaea* et *Pyrrhaeea* accuſandi caſu, ut Statius libro 12. [v. 616.] *Munychiam et trepidis ſtabilem Pyrrhaeea* [*Pyraeea* Barthius] *nautis*, et *Pyrrhaea* plurali Ovidius Faſtor. 4, 563. ubi Burmannus *Piraeaque.*" At τὸ y ferri nullo modo poteſt, cum in Graecis conſtanter ſcribatur per ει, de altera tamen forma diſceptari, utrum *Piraeus* an *Piraeeus* edi debeat. Sic *Piraeus* defendit Schurzfleiſchius, Micyllus ad Ovid. Metam. 6, 446. aliique quidam; *Piraeeus* probant fere hodie viri docti, quia in Graecis, ut loca a Meurſio de Piraeeo congeſta docent, adparet Πειραιεύς. Vnus quod ſciam, Stephanus tradit, Πειραιὸς portum Atticae dictum, poſt Πειραιεὺς de pago. At aegrotare iſtum locum docuit ex Pauſania 1, 1, 2. Holſten. p. 248. Poetae per contractionem dicunt *Piraeus*, uti monuit Donatus ad Terent. in Eun. 3, 4, 1. et exemplis adpoſitis probavit Cellarius in Geogr. ant. 2, 11, 545. *Piraeus* etiam ſemper ſcribendum tradunt Guyetus ad Terent. c. l. et Muret. ad Platonis lib. 1.

de republ. p. 622. Cf. praeterea Gronov. in obſervatt. 1, 3. Vorſtius ad Iuſtin. 5, 8, 5. Oudendorp. ad Iul. Obſequ. c. 116. idem ad Frontin. 1, 11, 20. aliique paſſim. Subſtantivum tamen *Piraeeus* uſitatius efferri et hic redditum eſſe arbitror. Poſt Vindobon. *Athinenſium.*

Scironia) Cibin. Venet. Gud. Vindob. *Schironia;* Rehdiger. *Syronia;* Lipſ. *ſironia.* Edd. 1. 2. *ſchyronia;* 9. *ſchironia;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Scyronia;* aliae et maxime recentiores *Scironia.* Sic paullo poſt Venet. Gud. Vindob. Prag. edd. 1. 2. 9. *Schironis;* Cibin. *chironis;* Lipſ. *Syronis;* Rehdiger. *Syrotus;* edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. aliaeque *Scyronis;* aliae, ut antea, *Scironis.* In Lipſ. deeſt *quondam.* TZSCHUCKE. Scribendum *Scironia*, vel per duplex *rr Scirrhonia*, ſemper cum *i* in prima ex innominato apud Graecos ſcriptore de ſignis aquarum et ventorum, qui ait, petras in Megaride *Scirrhonidas* appellari. — Latronem Plutarchus [in Theſ. c. 10.] modo *Scironem*, modo *Scirrhonem* appellat cum *i*, ut dixi, in prima. Ariſtoteles ſecundo Meteorῶν [c. 6.] ventum, qui a petris dictus eſt, *Scirrhonem* cum *ei* diphthongo nuncupat; quam orthographiam ſecutus eſt etiam eius Enarrator Alexander Aphrodiſcus. Pauſanias in fine Atticorum [1, 44, 10.] latronem *Sciroua* vocat cum *i* tantum. Itemque Herodotus in *Vrania* [8, 71.] viam in Iſthmo a *Scirone* latrone nominatam ſcribens. Euripides in Heraclidis [v. 860.] *petras Scironidas* cum *ei* diphthongo appellat. Quem ſecutus Alexandrinus Heſychius Γλωσσογράφος, *Sciron*, inquit, Ἀργέστης *dicitur; videtur autem a petris Scironidibus flare.* Licet in Heſychio non Ἀργέστης, ſed Ἀρχέτις perperam ſcriptum ſit. Strabo quoque in initio noni [p. m. 270. ſ. 391.] et petras *Scironidas* et latronem *Scironem* eadem diphthongo

ſcribit: *Hoc loco*, inquit, *res Scironis et Pityocaptae a Poëtis memorantur, qui partem eam regionis, quae montana dicitur, depopulabantur, quos Theſeus peremit. Ab his iugis procellas cientem a laeva Argeſten, Scironem Athenienſes cognominarunt. Poſt petras Scironidas promontorium imminet Minoa.* Haec Strabonis verba adduxi, ut laborantibus eius codicibus Latinis opem ferrem, in quibus partim interpretis culpa, partim Librariorum, male ſcripta erant. Quin et Nicander in Theriacis [v. 214.] et eius Enarratores *Scironem* cum eadem diphthongo ſcribunt. Orthographiam hanc tam moroſe praeter conſuetudinem meam proſecutus ſum, quod recentiores Litteratores, velut coniuratione facta, ad unum omnes in ſuis Lexicis per *y* ſcribunt. Praeterque in cunctis fere Latinis auctoribus non aliter invenias, inter quos eſt etiam Seneca, conterraneus noſter, ut ego quoque caſtrenſi verbo utar, quinto Naturalium Quaeſtionum. [c. 17.] PINTIANVS. Vt ex hoc nomine expelleret *y*, ſatis prolixa diſputatione effecit Pintianus. Variatur autem in prima *ει* et *ι* non ſolum, ſed et in proxima ſyllaba *ω* et *ο*, in Graecis quidem, de quibus vid. ad Diodor. Sic. 4, 59. Herodot. 8, 71. et in primis Heyne ad Apollodor. 2, 8, 1. p. 497. Sed duplex *r* non niſi in codicibus quibusdam paſſim reperitur, veluti apud Plutarchum c. l. et probari nequit. Poſt Rehdiger. *infamis.*

Iſthmon) Vindob. *hiſtimonos;* Lipſ. *hyſtmons;* Prag. *Iſchimons;* Cibin. *hiſmon;* Gud. *hiſthmon.* Cf. infra §. 9. Tum ed. 9. *attigit.*

Diolco) Voſſiani omnes, Vaticani, Ciaccon. Lipſ. Pariſ. 1. 2. Cibin. Venet. Rehdiger. Gud. Prag. *de illo;* Vindob. *de illo hoc illi;* Pariſ. 3. *hoc illi*, uti editiones omnes ad Voſſium usque, qui, ſequentibus Gronoviis et reliquis, repoſuit *Diolco.* TZSCHVCKE. Temporibus

Melae quid ſignificaret Iſthmos et dictionis eius etymon, puto fuiſſe omnibus luce clarius. Itaque nullum erat operae pretium auctori gravi, et verborum parciſſimo, ea docere, quorum nemo ignoratione teneretur; aut, ſi omnino ſtabat ſententia, tanto ſua tempora beneficio afficere, cur non ſupra animadvertit in Cherroneſo Thraciae, cuius anguſtias dixit appellari *Iſthmum*. Legendum itaque, ut opinor, ſic: *Hic quinque millium paſſuum ſpatio Aegaeum mare ab Ionio ſubmovens* etc. Reliqua ſuperfluunt. PINTIANVS. Gloſſema putat Pintianus; mihi tamen ſine libris veteribus delere religio ſit; quod non infrequens ſit Graecis Latinisque auctoribus etiam ſuo ſeculo notiſſima inculcare, quod de poſteritate exterisque cogitarent. Non longe abiero. Lib. 3. c. 1. Oceani aeſtum explicat, et Solin. c. 26. et lib. 3. ab V. C. [9, 2, 6.] Livius *furcae* quid fuerint. Omitto innumera. SCHOTTVS. Cum nemini olim ignotum eſſe potuerit, quid ſit iſthmus, delet Pintianus interpretamentum. Alii ſimilium locorum locutiunculis vulgatam lectionem adferunt. Sed videtur aliud latere; omnium quippe antiquorum codicum, quos vidi, haec eſt lectio: *Iſthmon attingit, de illo cognomen eſt.* Vnde fecerim: *Iſthmon adtingit, Diolco cognomen eſt, qui quatuor millium ſpatio* etc. Quia enim naves ex uno in alterum mare trahebantur per iſtas anguſtias, ideo Δίολκος hic locus vocabatur. Heſychius: Δίολκος ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρεῶν τόπος. VOSSIVS. Recte ad vulgatam lectionem offenderunt viri docti, quam tamen hac forma melius gloſſam cenſuit Pintianus, quam explicationem Schottus. Diverſiſſima etiam eſt locorum adpoſitorum ratio, quippe in quibus obſcuriora aut memoratu digniora exponuntur; at hic cognomen agitur, quod tamen non adparet. Ingenioſa igitur eſt at acuta emendatio Voſſii, digna utique, quam poſteriores reciperent. Poterat tamen teſtem producere Strabonem lib. 8. p. m. 262. ſ. 380. ubi diſerte δίολκον hic commemorat. Cf. etiam

Suidas f. v. διϊσθμονίσαι et Ἰσθμὸς, Strabo 8. p. m. 231. f. 335. Plura de ipfa re Vol. 2.

qui quatuor) Pro priori voce Parif. 1. 3. Cibin. Gud. Lipf. Prag. Vindobon. et ex filentio Vatic. Venet. Havn. cum edd. omnibus dant *quia* ad Voffium, qui tacite mutavit in *qui*, quod pofteriores retinuerunt. Nempe, ut, cum cognominis nulla fubfit caufa, proxime Ifthmum addita explicatione refpiceret. Hinc etiam cum Reinoldio A. Gronovius in edd. 44. et 45. ceterique verba *Diolco cognomen eft* uncis incluferunt. Librarios falfa lectio ad *quia* deduxit, e quibus tamen Parif. 2. auctor eximendus videtur. Pofteriorem vocem, quam conftanter fervant codices, cum edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. 13. reliquae duce 6. ad Voffium mutarunt in *quinque*. Librorum lectionem ille revocavit eaque ftetit. Etfi enim Strabo 8. p. m. 231. f. 335. et Agathemer. 1, 5. τετταράκοντα faciunt σταδίων, Euftathius ad Dionyf. v. 403. τεσσαρακονταστάδιον, unde 5 M. P. conficiuntur, quot habet Plinius 4, 5. f. 4. nihil tamen contra libros immutari debet, in primis cum etiam Solinus c. 13. f. 7. et Martianus Capella lib. 6. p. 210. tantum 4 M. P. numerent.

milium) MSS. *milium* et *millium*, de quo vid. ad 1, 1, 4. 1, 9, 8. Lipf. IIII. *milia paffuum fpatio.* Sed reliqui, etiam A. Gronovii, uti notat ad 2, 1, 4. *milium fpatio* fine *paffuum*, quod etiam alibi omittit. Vid. ad Melam c. l. Poft Vindobon. *egeo mari;* Gud. *egaeum;* ed. 13. *aegeon.* Tum Lipf. Cibin. Rehdiger. Prag. forfan et alii cum edd. antiquis plerisque *fubmovens*, quod recepi, uti poft *adnectit*, quod etiam eft in ed. 44. et in Cod. Cibin.

Helladi) Prag. *cladi;* Vindob. *heladi.* Similia fupra. Proxime Parif. 2. *peloponefiou;* Prag. *pelopo-*

nensium; Vindob. *peloponeson;* Cibin. *peloponnesson;* Rehdiger. *pelloponensium*, ut alibi talia.

Cenchreae) Multas corruptiones expertum est hoc nomen. Vaticani *centirae;* Parif. 2. *centiroe;* Lipf. *cetiroe;* Venet. *centre;* Gud. *cenchiroe;* Parif. 1. *cenchirae;* Prag. *centirce;* Vindobon. *chencera;* Rehdiger. *cerittre;* Parif. 3. *cinchcrea;* Cibin. *cenchree.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. *Chencerea;* 2. *Chenecrea;* 11. *censhrea;* 6. 7. 8. 10. 12. reliquae *Cenchreae*, ex emendatione Hermolai, ad quam usus est auctoritate Strabonis 8. p. m. 262. f. 580. Plinii 4, 5. f. 4 et aliorum, suffragante quidem hic Cibiniensi. Nam etiam in auctoribus Graecis variata scriptura hoc nomen producitur, veluti Κεγχρεαὶ vel Κεγχρέαι, quod quidem usitatius est, Κεγχρειαὶ, quod cum priori forma notavit Thomas Magister h. v. pag. 520. Κεγχρειὰ vel Κεγχρεία, quae et in iisdem auctoribus, veluti Thucydide, libri versant. Sed dabunt variantis scripturae exempla plurima Solanus ad Lucian. de conscrib. historia c. 29. Reitzius ad eiusd. navigium c. 32. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 402. Wetsten. ad Nov. Testam. Tom. 2. p. 96. Schweighaeuser. ad Polyb. 2, 59. et 60. et in primis Wasse ad Thucyd. 8, 19. Sic *Teucris* et *terris* dant MSS. pro *Cenchris*, quod repositum est apud Ovid. Trist. 1, 10, 1. In Callimacho ad Delum v. 271. Κερχνὶς legitur pro Κεγχρίς, et sic alia. Ceterum *est* omittunt 50. 52. Gud. Vindobon. ut alibi, scribunt *opidum;* post Prag. *phanum.*

ludis — celebre) Cibin. Zalusc. Vindob. Rehdiger. Gud. aliique conlati cum edd. vetustis omnibus etiam Camertinis, Ald. Iunt. Vadianis, Olivarianis *ludi celebres;* Lipf. Prag. et alterum exemplar ed. 25. cum Vineto *ludis celebres;* Vatic. 3. omisit *ludis;* Schottus, Vossius, ceteri *ludis — celebre*, uti habuisse videntur

Parisienses. Pro *Isthmicos* Vindobon. *Shimeos;* Prag. *hismochos;* Lipf. *hisimocos;* Cibin. *hismicos;* Gud. *histhmicos.* TZSCHVCKE. Emendatior lectio: *Cenchreae, fanum Neptuni ludis, quos Isthmios vocant, celebre.* Strabo in octavo [p. m. 262. s. 580.] *In Isthmo,* inquit, *Neptuni, quem Isthmium vocant, templum eminet, picearum arborum luco circumclusum, ubi ludos Isthmios celebrare soliti sunt.* PINTIANVS. Propius huc facit Plinius 4, 9. s. 5. *Isthmi pars altera,* inquit, *cum delubro Neptuni quinquennalibus incluto ludis.* Ita quidem meliori et faciliori nexu ad fanum, quo pertinet, refertur. Quod porro Pintianus *Isthmios* reponit, facit ex usu auctorum, quem Pindarus maxime probat, solemni, neque Ἰσθμικὸς memoratur a Stephano, ubi tamen Ἰσθμιακὸς addi potest ex Schol. Pindari ad Isthm. praef. in. et 1, 11. auctoribus etiam Latinis. Quare haec forma, si detur librorum voluntati, cum omnino vitiosa censeri nequeat, utique tamen notanda videtur.

post clade) Ciaccon. Parif. 3. Lipf. cum edd. 1. 8. 9. *post cladem,* uti adleverat antiqua manus ad exemplar ed. 6. Reliqui libri *post clade,* quod praefero.

Acrocorinthum) Cibin. *chorinton;* Vindobon. *acrochinton;* Gud. *acrochorinton;* Prag. *acrocorinton.* Pro *utraque* Prag. *utrique.*

§. 8. *Peloponnesi)* Vindob. *peloponesi;* Gud. *peloponensi;* Rehdiger. *pelloponensi;* Venet. *Peloponnensium;* Prag. *peloponensium;* Cibin. (etiam *horam,* ut alibi) Lipf. *Peloponensem.* Sic apud Plin. 4, 9. s. 5. quidam libri editi *Peloponnensem oram* pro *Peloponnesi oram,* ubi prius recte reiecit Harduinus. Terra ipsa potius hic erat designanda. Aliae depravationes notae sunt ex superioribus et aliunde. Post Prag. *et sinus;* Vindob. *lacerat.* Hinc vero c. 27. initium statuitur a Vincto.

Bucephalos) Vindob. *bucefalos;* Prag. *bucephalus.* Cibin. Lipſ. Gud. Prag. ed. 15. *Cherſoneſſus;* Rehdiger. *Cherſonenſus.*

Scyllaeon) Lipſ. *ſcilleon;* Cibin. *ſcylleon;* Auguſtin. Gud. Prag. *ſcileon;* Rehdiger. *ſylleon;* Vindob. *ſchileon;* Venet. *ſchyleon.* Edd. 1. 2. 9. *Scileon;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Scyleon;* Vadianae, (tantum 18. hic *Scyllaeon*) Olivarianae *Scylleon;* Vinetus, Schottus, Voſſius, alii *Scyllaeon.* TZSCHVCKE. Scribendum cum *ae* diphthongo *Scyllaeon* ex Strabone [8. p. m. 257. ſ. 373. et alibi] et Stephano a Scylla, Niſi filia, nominatum, ut iidem tradunt. In Ptolemaeo [3, 16.] *Scillion* vitioſe. PINTIANVS. Occurrit etiam ſimplici λ ſcriptum in Agathemero 1, 3. Stephano ſ. v. *Δία*, minus recte. Ceterum ſimiles corruptiones idem nomen oſtentat infra, magnamque in iis eorundem etiam librorum inconſtantiam, quod hic omnino, vitandi faſtidii cauſa, monui. Accedit tantum ex Gud. *ſcileum;* Prag. *ſtileon.* Vatic. 3. poſt recte dat *Scyllaeon.* Cf. etiam de his, quae ex libris proferuntur ad Liv. 36, 42, 6.

ad meridiem) Cibin. *a meridie.* Pro *Malea* 15. 20. 23. *Malaca;* Lipſ. *melea.* Tum Vindob. *theneros;* Lipſ. Rehdig. Prag. *thenaros.* Edd. 2. 11. 13. forte aliae antiquae *Tenaros.* Per *ae* probant Graeca, etſi in iis alia variatio obſervatur. Hinc Pariſ. 2. *Achriteras;* Prag. *Achritetas;* Cibin. *acrythos;* Rehdig. *acrytas.* Edd. cum quibus alii Codd. conſenſiſſe videntur, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 20. 23. *Achritas;* aliae ut Codd. Lipſ. Vaticani aliique *Acritas.* Recte, quia in Gr. veluti Strabone 8. p. m. 248. ſ. 359. Ἀκρίτας. Atque ita olim voluerat Hermolaus non *Acrytas*, ut male refert A. Gronovius.

Ichthys) Lipſ. *ietis;* Gud. *Ictis;* Vindob. *ythis;* Rehdiger. *uthis;* Cibin. *icchis;* Prag. *hietus;* alii, ut Vaticani Venet. Havn. habuiſſe videntur *Icthis;* Pariſienſes, uti ex 2. diſerte notatum erat, *Ichthys.* Edd. 2. *Ictis;* 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 17. 20. 23. *Icthis;* Vadianus primum et hinc 18. *Ichthys*, uti antea aliquae; poſt 22. et reliquae etiam 30. 32. 37. *Ichtys;* 24. 25. et poſt Olivarianae et reliquae *Ichthys*, uti ad vocem *Araxos* voluerat Hermolaus. TZSCHVCKE. Concinnius forte: *Ad veſperum Ichthys.* Nihil tamen neceſſe mutare, ſi recte interpungatur. PINTIANVS. [Non recte Schotto tribuit A. Gronovius.] Ichthyn Pintianus ad ſequentia transfert verba, quia potius ad meridiale, quam veſpertinum Peloponneſi latus ſitum hoc promuntorium. Sed iam ſuperius monuimus, Pomponium toto hoc capite ſui videri oblitum. Aliqua tamen hic ratio ſubeſſe potuit, quamobrem Ichthyn ad meridiem collocarit; nempe quia hoc promuntorium altero crure longe admodum in pelagus excurrat, et meridiem potius, quam occidentem, ſpectare videatur. Porro quod Pintianus totum hunc locum transponit, et promuntoriis mox ſinus ſubiungit, ac deinde urbes et flumina, nec hoc probamus. Prius enim populos et urbes recenſet inter illa, quae retulit, promuntoria ſitas. Dein vero ſinus, qui a populis et urbibus nomen accepere, non vero contra. VOSSIVS. Codices erraſſe Melam volunt, cum ad occaſum, non meridiem, adpareat hoc promontorium; Elidis enim fuit, uti docent Plinius 4, 6. ſ. 5. Ptolemaeus 3, 16. et alii.

Chelonates) Lipſ. *chelonaces;* Vindob. *chelonatos;* Rehdiger. *chelonathes.* Edd. quaedam ut 13. 19. *Chelonatas;* aliae pleraeque cum MSS. Cibin. Gud. Vatic. Prag. — *Chelonates.* In Graecis terminatur in α; et ης. Illud eſt in Strabone 8. p. m. 231. ſ. 335. Agathemero 1, 5. Dorica dialecto; hoc in Plinio 4,

6. f. 5. legitur, pro quo Ptolemaeus 3, 16. habet Χελωνίτης. Terminationem in *es* vindicant hic libri. Cf. infra et deinceps Pintianus.

et Araxos) Lipf. Rehdiger. *tharaxos;* Vindob. *tharoxus;* Vatic. 3. *traxos;* Prag. *trafos;* Parif. 2. *taracos;* Parif. 1. 3. Cibin. Gud. et alii adpenfo *t* ex voce praecedenti cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *taraxos.* Antea *at* pro *et* ed. 30. *Araxos*, quod habent reliquae, ex Strabone 8. p. m. 235. f. 337. et alibi et Ptolemaeo 3, 16. dudum emendaverat Hermolaus Barbarus. TZSCHVCKE. Scribendum alterutro modo, aut *Chelonites*, quod mallem ex Ptolemaeo, [3, 16.] aut *Chelonatas* declinatione Dorica ex Strabone, [8. p. m. 231. f. 335.] qui error et in Plinio [4, 16. f. 5.] caftigandus. Ceterum advertendum attentiore cura verba, quae poft haec protinus leguntur, confufo turbatoque ordine fcripta effe, non qualem tenuiffe Pomponium monftrarent, puto, eius exemplaria, fi non truncata, ut dixi, et tot lacerata plagis ad nos perveniffent. Naturalis enim ordo narrandi depofcebat, ut expofitis promontoriis continuo fubiiceret finus ipfis promontoriis inclufos, deinde nobiliores populos, civitates, portus et fluvios, quos finus ipfi cingerent. Videntur igitur, quae poft fequuntur verba, permutato ordine fcribenda hoc contextu: *Ad vefperum Chelonatas et Araxos. His litoribus appofiti finus. Inter Scyllaeon et Maleam Argolicus. Inter hanc et Taenaron Laconicus. Hinc ad Acritam Afinaeus. Inde ad Ichthyn Cypariffius. Habitant ab Ifthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aefculapii templo inclyti, et Troezenii fide focietatis Atticae illuftres. Portus Saronicus et Schoenus et Pogonus. Oppida autem Epidaurus et Troezen et Hermione. In Argolico funt noti amnes,* reliqua. PINTIANVS. Poterat ita Nofter, fed ita noluiffe codices clamant, quos fi quis velit abiicere, ex omnibus omnia refingat, ficubi aliqua caufa emicet. Hinc

Vossius in superiori nota hos Pintiani solitos conatus et hic contudit.

Isthmo) Paris. 1. *histro;* Cibin. *istinoi;* Prag. *hischinon;* Vindob. *ad hischinio;* Rehdiger. *isthmon;* Gud. *histhmo.* Similia supra adfuerunt. Post Lips. Vindob. Gud. Prag. et quaedam edd. *epidauri;* Cibin. Rehdiger. *epydauri.* Porro Rehdiger. *esculapii.* Deinde Cibin. *troegenii;* Prag. *troesenii.* Denique Rehdiger. Gud. Prag. *incliti;* edd. fere *inclyti* etiam hodie, quaedam, ut 14. *incliti;* Cibin. *incluti*, quem et hic secutus sum. Vid. ad 1, 1, 6.

Saronicus) Paris. 1. 2. 3. Lips. Cibin. Rehdig. Gud. Prag. Vindob. *Sardonicus;* Vatic. 1. 3. *Sadonicus.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. *Sardonicus;* 9. *Sardonibus;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 15. 17. 19. 20. 23. *Sarronicus;* 11. et omnino pleraeque, *Saronicus.* TZSCHVCKE. Scribendum *Sarronicus.* BARBARVS. Mirum est, quod, cum omnium magnorum Peloponnesi sinuum meminerit, Saronici non meminerit. An itaque hic pro *portus* legendum *porus Saronicus?* Strabo [8. p. m. 231. s. 335.] docet, sinum Saronicum dici quoque Πόρον Σαρωνικόν. Sed omnino retinenda est vulgata lectio. Portum Saronicum vocat portum Troezeniorum, qui et ipse sinus Saronicus dicebatur, ita dictum a quercubus eum ambientibus, ut testatur Plinius. [4, 9. s. 5.] Ab hoc sinu, sive portu Saronico, nomen accepit mare Saronicum, sive ingens ille sinus, qui inter Atticae et Peloponnesi latera usque ad Isthmum irrumpit. Quem, ut puto, ideo hic non refert Mela, quia non sola Peloponnesus illum efficit. Eadem ratione seorsum recenset sinum Corinthiacum; nam et hic quoque non magis ad Peloponnesum, quam ad oppositum Graeciae latus pertinet. Sinus itaque grandes Peloponnesi sunt quatuor tantum, Argolicus, Laconicus, Asinaeus sive Messeniacus et Cyparissius, con-

tenti a quinque illis, quae hic memorantur promuntoriis, multosque alios minores finus comprehendentes. Recte itaque fuperius Peloponnefum platani folio comparavit. VOSSIVS. Πόρον recte reiecit poft ipfe Voffius, cum Latinum potius vocabulum pofuiffet, aut fi Graecum, hoc certe fuo more explicaffet. Accedit, quod πόρος fic importune proxima adficeret. Quod de minore ad Troezenem, de magno feu mari Saronico inter Atticae et Peloponnefi litora ad Ifthmum usque extentum dicit, refutavit Spanhemius ad Callimachum in Delum v. 42. Sed fubeft aliud, quod ex Strabone 8. p. m. 257. f. 373. ferri nequit. Nempe Saronicus portus ad Troezenios, quod et vult Pintianus, minime pertinet, quippe quorum portum Pogonum diferte vocant Herodotus 8, 42. Strabo c. l. aliique, etfi, cum Troezene fecundum Stephanum dicta olim fuerit Σαρωνία, Σάρων etiam apud eundem Troezenes locus fuerit, veri fpecies inde emicare videatur. Portum enim Saronicum quis praeter Melam commemoraverit, nefcio. Sed cum omnis disputandi de eo materies ad Volumen alterum reiicienda fit, tantum hoc adferam, quod ex progreffione curfus inftituti adiuvatur, videri fuiffe prope Salamina et Eleufina, quia finum Saronicum etiam Salaminiacum et Eleufinium dictum effe fcribit Strabo 8. p. m. 231. f. 335. p. m. 262. f. 380. et *Troezenen* idem 8. p. m. 254. f. 369. non huic Saronico, fed proximo Hermionico finui tribuit; nominis autem caufa varia ab auctoribus iactatur. Alias Mela disiecit loca ordinemque turbavit. Cur vero finum non nominaverit, in quo illi alii portus, fatis probabiliter expofuit Voffius. Ceterum male cum duplici *r* emendabat Barbarus.

Schoenitas) Vaticani, Lipf. *Scenitas;* Prag. *Stenitas;* Cibin. *et cthfcenitas;* Vindob. *fchenitas;* Rehdiger. *fcoetinas;* Venet. Ciacconii codex *Scoenus;* alii fi fides Ortelio in thef. Geogr. h. v. *Schoenus;* alii etiam

Schoenitas; Gud. omisit hoc nomen et proximum. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 21. 24. 25. Olivarianae, 35. *Schenitas;* aliae pleraeque *Schoenitas*, tantum 15. 17. 20. 23. *Schoenus*. TZSCHVCKE. Scribendum *Schoenitas*. Fuit, quando *Caenitam* legi posse credidi, ut illo loco Plinii [4, 9. s. 5.] *Portus*, inquit, *Caenitas et Sarronicus*, [immo ibi *sinus Saronicus*,] quoniam *Caenae* urbs Ptolemaeo [3, 16. ubi quidem est Καινὴ] Pausaniaeque [3, 21. m. et 25. f. ubi Καινήπολις] ad Taenarum montem erat. Quia vero non inter Scyllaeum et Isthmum sunt *Caenae*, [ita ed. 1493. non *Taenae*, uti falso apud A. Gronov.] sed mediis Argolico et Laconico finibus ad *Taenarum*, et omnino procul a *Sarronico*, vertimus fere sententiam, et *Schoenitem* potius, quam *Caenitem* et hic et in Plinio defendimus. Habetur vero et portus *Schoenus*, sed in Attica, ut constat iisdem auctoribus Ptolemaeo [immo unus *Schoenus* 3, 16. prope Corinthum] ac Stephano. [h. v. At ibi Ἀρκαδίας χωρίον dicitur.] BARBARVS. Male apud Plinium *Caenitas*, cum in melioribus auctoris istius codicibus manifeste *Schoenitas* legatur. VOSSIVS. De Plinii lectione consulendi sunt eius interpretes; de ipso portu et eius situ disquiretur Vol. 2.

Pogonus) Paris. 1. 2. Lips. Cibin. Rehdiger. Venet. Havn. Vindob. Prag. cum Vatic. et edd. superioribus omnibus, quibus adhaesit Schottus, *Pagonus*. Vinetus, Vossius ceteri *Pogonus*, uti iam emendaverat Pintianus. TZSCHVCKE. *Pogonus* rectum est, quia Latini terminationem addiderunt. Graecis omnibus Πώγων vocatur. VOSSIVS. Vulgata lectio Pagonus ita Vadianum induxit in errorem, ut scripserit eius unicum Melam auctorem esse, nec se alibi eum legisse.

oppida autem) Vindob. *opida vero.* Post idem *epidaucrus;* Rehdiger. *epydaurus.*

Troezene) Prag. *Troerem;* Vindobon. *trozene;* A. Gronovii omnes et reliqui ex meis *Troezene.* Edd. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. *Troezen;* Reinoldianae et ab ed. 44. reliquae *Troezene*, uti primum 1. 2. 3. 4. 9. 11. 13. Si Graecam rationem requiras, utique *Troezen* melius habet. Graeci enim Τροιζὴν, quod et casus obliqui docent, et in *Troezena* servant etiam auctores Latini, de quo vid. ad Nepot. 2, 2, 6. *Troezen* habet etiam Plinius 4, 9. s. 5. Τροιζηνὴ tamen legitur apud Ptolemaeum 3, 16. et *Troezene* ante Heinsium in Ovid. Fastor. 2, 276. qui ex MSS. quibusdam, re ipsa adiutus, reposuit *Cyllene.* Videtur igitur posterioris aetatis haec forma fuisse, quam et hic invexerunt forte librarii. Sed timide in his nominum formis versatur iudicium, nisi quis plane codices spernere velit.

Hermiona) Rehdiger. *hermonia;* Prag. *heremona;* Cibin. *heritnona;* in aliis MSS. et in omnibus edd. *Hermiona.* Cum in Graecis plerumque scribatur Ἑρμιόνη, descivit et hic Mela a more suo. Vid. supra ad 2, 3, 6. de *Scarpha.* In Plinio 4, 9. s. 5. est *Hermione.*

Malean) Libri hic et proxime in hoc nomine multum, ut supra, variant. Venet. Prag. *Maleam;* Cibin. Rehdiger. *Malleam;* Mediolan. Paris. 2. ut edd. 15. 20. 23. et forte Vaticani *Malaeam;* Lips. *Malean.* Editiones aliae pleraeque *Maleam*, recentiores ab Abr. Gronovio maxime *Malean*, Graeca forma.

sinus Argolicus —) Haec et sequentia verba varie proferuntur in MSS. et editionibus, aliis detractis, aliis etiam additis, quae singulatim lustrata oculos mentemque obtundunt. Nempe verba *sinus Argolicus* —

inter Malean desunt in Vatic. Mediol. Lipſ. Pariſ. 1. 2. Venet. Prag. Rehdiger. Gud. et edd. 1. 3. 4. 9. Praeter illa omittit etiam Vindob. *et Taenaron*. Et ſic edd. multae, veteres maxime, in quibus 12. 15. 17. 20. 23. poſt *Malean* ſtatim ſubiungunt *Laconicus*. In aliis, uti Vadianis, Olivarianis, 21. 24. 28. 35. 39. 40. 41. 42. omiſſa ſunt verba *ſinus dicitur*. Eaedem editiones poſt *Argolicus* ita habent: *Inter hanc et Taenaron Laconicus. Hinc ad Acritam Aſinaeus; inde ad Ichthyn Cypariſſius;* tantum 16. 18. *Aſinae* pro *Aſinaeus*, praeter alias quasdam in nominum ſcriptura diverſitates, de quibus poſt Reinoldio duce inde ab ed. 44. (quae tamen omiſit *dicitur*) verba ſic componuntur: *inter Taenaron et Acritan Aſinaeus; inter Acritan et Ichthyn Cypariſſius*. At verba *Aſinaeus; inter Acritan* ignorant omnes MSS. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. quare etiam inde ab ed. 44. minoribus literis diſtinguuntur. Iisdem tamen, quibus reliqua, expreſſit Reinoldius, quaſi ſincera nec in controverſiam vocata. Neque habent Voſſ. 1. et Cibin. qui ſuperiorem in aliis lacunam ſoli explent. An ex codice Anglicano, uti putat A. Gronovius, ea hauſerit Reinoldius, hic certe nec probavit, nec adeo diſerte indicavit, etſi ex ſequenti Melae narratione facile ſe tueantur. Quare etiam reliqui. Decepit librarios repetita vox *Malean*, fecitque, ut interpoſita non ſolum, ſed et alia quaedam negligerent. Quod lectionem Vadiani, Olivarii, et quos adiunxi, ex Pintiani emendatione profectam ſcribit A. Gronovius, in eo fallitur, cum Vadianum auctorem agnoſcat. In ſingulis autem haec variantur praeter ea, quae iam notavi: Pariſ. 1. *Taeneron;* Vindob. *teneron;* Cibin. Venet. Prag. *tenaron;* Prag. poſt *tenarum;* Rehdiger. *thenaron;* Gud. *tenaron* et *trenaron;* Pariſ. 2. *tanaron*. Poſt Prag. ed. 11. *achritam;* plerique cum edd. *Acritam;* Cibin. *Acritan*, uti ed. 5. et Gronovianae cum Reinoldianis et reliquis. Porro Pariſ. 1. 2. 3. Gud. *hictim;* Cibin.

hicthym; Vatican. *hietin*; Prag. *hyetim*; Lipſ. *hictin*; Vindob. *ithym*; Rehdiger. *ythin*; Venet. *Nytin*. Sic edd. veluti 1. 9. *Ictim*; 3. 4. 5. 12. 14. 16. 18. 19. *Icthim*; 11. 22. *icthin*; 6. 7. 8. 10. *ichthym*; 13. 24. 25. Olivarr. *ichthyn*; 15. 17. 20. *Icththym*; 23. *Icthym*; 21. 28. *Icthyn*; poſteriores Vadianae *Icthin* et *Icthim*; Vinetus *Ichtyn*; Schottus, Voſſius, alii *Ichthyn*, uti et ſupra voluerat Hermolaus Barbarus, uſu Graeco. Denique Pariſ. 1. 2. 3. Venet. Auguſtinor. Rehdiger. Prag. *Cypariſſus*; Lipſ. Gud. Vindob. *cipariſſus*; Cibin. Vatic. *Cypariſſius*. Edd. 1. *cipariſſus*; 7. 8. 15. 17. 20. 23. *cypariſius*; 9. 11. *cypariſſus*; 3. 4. 5. 6. 10. 12. 13. reliquae *Cypariſſius*. Quae quidem omnia ex Graeca ratione ſine mora reparantur.

§. 9. *Eraſinus)* Venet. *Eraſmus*. Poſt Lipſ. *Inacus*; Vindob. *macus*; Rehdiger. *mathus*, in quibus *in* antiqua ſcriptura facile transiit in *m*; Gud. *a acus*; edd. 9. 13. *Iguachus*. Deinde Cibin. *totum oppidum*. Porro Prag. *lorne*; ed. 13. *Lernae*. A vocibus: *In Argolico* cap. 28. initium apud Vinetum.

Laconico Gythius) Prag. et ed. 1. *lachonico*; ed. 9. *laconio*. Tum Pariſ. 1. 2. 3. Rehdiger. et aliqui codices apud Ortelium in theſ. Geogr. ſ v. *Gythium cynthius*; Vatic. 3. Vindob. *cinthius*; Cibin. *cyncius*; Gud. *cincius*; Prag. *cirithus*; Vatic. 1. habuiſſe videtur *cithius*. Edd. 1. *cinthius*; 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. *Cynthius*; 6. (in qua antiqua manus adſcripſerat *cynthius*) 7. 8. 10. 13. 19. *Cythius*; 15. 17. 20. 23. *Cithius*; Vadianae *Gíthius*; 21. 24. 28. Olivarianae *Gythius*, exceptis quibusdam, veluti 26. 29. 36. in quibus *Githius*; Vinetus, Schottus, Voſſius et hinc ceteri *Gythius*. TZSCHUCKE. Lego *Gythium* terminatione neutra, non *Gythius* ex Ptolemaeo [3, 16.] et Polybio in quinto, [c. 19.] qui cum *i* in ſecunda ſcribunt.

Stephanus cum *ei* diphthongo. Xenophon Hellenicῶn [1, 4, 11. 6, 5, 32.] et Paufanias [1, 27, 6. 3, 21, 4. et 6.] variant, modo per *i* fimplex, modo cum diphthongo. PINTIANVS. *Gythium* erat dicendum, ut Graeci. Sed Latini faepe mutant iftas terminationes. Sic ftatim poft *Pamifum* pro *Pamifus*. VOSSIVS. Vtique praeferendum fit neutrum. Sed alia praecipiunt libri omnes, etfi fcribae minus accurato excidiffe hoc genus facile credi poffit Paciaudio in monument. Peloponnefiis Vol. 2. p. 124. Si tamen cum Ortelio c. l. intelligas fluvium, forte hic terminatione discrepuit, et, ut alibi, urbis nomen tacite innuitur. De penultimae variata fcriptura Vol. 2. Corruptionis exempla proftant a Drakenb. expofita ad Liv. 34, 29. in. Pro *Eurotas* Rehdiger. *Eurothas*.

Taenaro) Vindob. *tenero*; Gud. *taenero*; Rehdiger. *thenaro*; Prag. et ed. 11. *tenaro*. Poft Havn. *fpecus ille*; ed. 44. *τὸ et* ante *fpecus* omittit. Vindob. deinde *in pontum*.

Acherufium) Auguftin. *acherixium*; Prag. *acherufeon*; Gud. *acherrufium*; alii *Acherufium* cum editionibus *Acherufian* legendum monuerat ad 1, 19, 7. Oudendorpius, ubi addi a me disputata poffunt, ex quibus hic pofui *Acherufiam*, uti et adfcripferat, nefcio an ex codice, Ciacconius.

facie et fabula) Vatic. Prag. non male: *et facie et fabula*.

Afinaeo) Vatic. 3. Parif. 1. 2. *afinaco*; Prag. *afinacho*; Gud. *afianaeo*; Rehdiger. *afyneo*; Vindob. cum edd. vetuftis *afineo*.

Pamiffum) Parif. 1. 2. Cibin. Prag. *pampfum*; Venet. *pamphifum*; Lipf. Havn. *panipfum*; Vatic. 1. 3.

Rehdig. *panypsum*; Vindob. *parupsum*; Gud. *panissum*; Paris. 3. opinor, *Pamissum*. Edd. 1. 2. 9. *pampsum*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. reliquae *Pamissum* praeeunte Vadiano. TZSCHVCKE. Scribe *Pamisus*, non *Pamisum* [pro *Pamissum*] et cum uno *s* tantum ex Strabone, [8. p. m. 249. s. 361.] Pausania, [4, 34. in. et alibi] Plinio, [4, 7. s. 5.] Ptolemaeo, [3, 16.] apud quem tamen mendose *Panisus* pro *Pamisus* [uti vult Bertius] et Latine et Graece scriptum est. PINTIANVS. Recte de terminatione ex aliis monuit. Sed cum in inconstanti nominum forma altera etiam, quam codices tuentur, usum obtinere potuerit, tum, quod flumen adiicitur, eadem causa valere potest, qua *Rhenum*, *Metaurum*, *Ledum* probantur. Vid. ad 2, 5, 5. In eo tamen auctores alios sequendos putavi, qui simplici *s* proferunt. Vid. quae notavi ad Strabonem lib. 8. cap. 3, 1.

Cyparissio) Lips. Gud. Prag. Vindob. *ciparisso*; Venet. *cyparisso* cum edd. quibusdam vetustis, veluti 9. 11. Rehdiger. *cyparyssio*. Sed supra de his. Post in Rehdiger. verba *Alpheus* — *Cyparissae* desunt. Prag. *Alfeus*.

urbs — *sita* — *Asine)* Sic legunt MSSti fere omnes A. Gronovii, tantum, qui ipsius fuit, *Cyparisse*. De meis haec: *urbs* — *sita* exhibent omnes. Vadiano duce editiones reliquae dederunt *urbes* — *sitae*, quod ad codicum praescripta revocavit Reinoldius, et edd. ceterae inde a 44. probarunt. Cum utraque ratio valeat, non erat, cur a codicibus discederetur. Sic infra §. 10. *et notior aliquanto nomine Calydon et Evenos*. Vid. ad 2, 4, 5. ubi pro *flumen* Pintianus malebat *flumina*. In posterioribus verbis variantur maxime *huic* et *illi*, quae Vatic. 3. plane omittit, alii sic adferunt: Cibin. Vatic. 1. Lips. Ciaccon. *huic* — *illic*; Prag. *hic* — *illic*; Vatic. 1.

huic et forte poſt *illinc*; Gud. *hinc* — *illi*; Rehdiger. omiſſis, quae ſunt interpoſita, *in Cypariſſio illi aſyne meſſenio*; Pariſienſes cum reliquis meorum habuiſſe videntur *hinc* — *illinc;* contra A. Gronovius ex ſuis adfert *huic* — *illi*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. ceterae ad 42. *hinc* — *illinc*; poſt cum Reinoldio 44. 45. reliquae *huic* — *illi*. Praeter illa codices haec habent: Venet. *in littore oppoſita*; Cibin. A. Gronovii fere omnes *cypariſſo*; Lipſ. Gud. *cipariſſo*; A. Gron. *cypariſſe*; Venet. *cypariſſae*; Prag. *cipariſſe*; Vaticani, opinor, cum Pariſienſibus *cypariſſus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. *Cypariſſus*; 9. *cyphariſſus*; 6. 10. 17. 23. *Cypariſus*; 5. *cipariſſus*; 8. *cipariſſius*; 7. *ciparijus*; cum Reinoldio 44. 45. ceterae *Cypariſſae*. Poſt Cibin. *aſinaei*; Gud. *aſianae*; Lipſ. *aſinae*; Rehdig. *aſync*; Venet. Prag. alii *aſine*. Edd. 1. 2. *aſinae*; 3. 4. 5. ceterae *Aſine*. TZSCHVCKE. Scribe: *huic Cypariſſus, illi Aſine*. PINTIANVS. Legendum *Cypariſſae* cum Reynoldo. Ptolemaeo lib. 3. c. 16. Κυπάρισσαι. A. GRONOVIVS. De lectione *urbs* — *ſita* dictum iam eſt. Sic magis probatur ex nexu *huic* et *illi*. Nec *Cypariſſus* ferri poteſt, quae Phocidis urbs fuit prope Delphos, et a cognominibus in Stephano diſtinguitur. Haec ad Elida vel Meſſeniam pertinet, et licet varia forma et modo ſingulari (uti in Plinio 4, 6. ſ. 9.) modo plurali, interpoſito etiam fere *i*, efferatur, *Cypariſſae* tamen praeter Ptolemaeum praeeunt etiam codices. In Aſine, Gr. Ἀσίνη, nemo haeſerit.

Meſſenii) Pariſ. *Meſſen*; Vatic. Cibin. Gud. *Meſſeni*; Venet. Prag. *Meſenique*; Lipſ. *Piliique miſeni*. Poſt Vindob. Gud. Prag. *pilos*. Poſt Rehdiger. *phylliique*; Vindob. Lipſ. *piliique*; Pariſ. 1. *philiique*; Gud. *filiique*; Vatican. 3. Prag. *terras filii*; alii, in iis Venet. recte. Edd. 6. 7. 8. *pilique*; 19. et forte aliae quae-

dam *piliique.* Post Vindobon. *et in ipsa.* TZSCHVCKE. Cum sint tres *Pyli*, *Pylus*, Nestoris patria (quae et *Triphyliaca* dicitur et *Lepreatica* et *Arcadica*) a mari remota est stadiis XXX. Reliquae mari propinquae. At Pylum, Nestoris regiam, Homerus in principio [v. 5.] III. lib. Odysseae, mari propinquam facit. Item Ptolemaeus [3, 16.] in ora eam locat. Cui contributae erant non solum aliae *Pyli*, sed etiam sex amplius urbes. *Enneapolin* enim fuisse Pylum Enarrator Homeri [ad Odyss. 3, 7.] prodit, hoc significasse scribens, novem illas sedes, quas in litore Pyliorum Homerus fuisse tradit. De qua Ovidius ep. 1, 63. *Nos Pylon antiquam Neleia Nestoris arva* etc. Et Strabo [8. p. 232. s. 337.] omnia loca Nestori subdita, quae fuerunt tria, *Olympia*, cuius pars Pisa, et *Triphylia*, et *Caucouia*, et universam illam plagam usque ad Messenem, *Pylum* appellasse Homerum refert. Legendum ergo in Mela: *At ipsa Pelago Pylos adiacet*, hoc est Pylios interiora colere, at civitatem Pylon, Nestoris regiam, mari propinquam esse. PINTIANVS. Mutantur quidem hae particulae; sed et vulgata lectio potest retineri. De Pylis alibi.

Cyllene) Paris. 1. 3. *Cylenae*; Lips. Vindobon. Prag. *cilene*; Cibin. Gud. *cillene*; Rehdiger. *cyllene*, cum aliis quibusdam. Edd. 1. 9. *Cylene*; 2. *Cylane*; 7. 8. *cillene*; 3. 4. 5. 6. 10. 11. et deinceps *Cyllene*.

Enneapolis) Vatic. 1. Paris. 1. 3. Gud. Lips. Venet. *calipolis*; Cibin. *callipolis*; Rehdiger. *callypolis*; Vindob. *caupolis*; Vatic. 3. Prag. Paris. 2. Havn. et optimus Vossii *Neapolis*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Vadianae *Calipolis*; 9. *Caliopolis*; 25. et reliquae Olivarianae pleraeque, (nam 36. *Calipolis*) Schottus *Callipolis*; Vinetus *Callipollis*; Vossius cum Gronoviis aliisque *Enneapolis*. TZSCHVCKE. *Callipoleos* in

hoc tractu nemo, quod fciam, meminit. Sed neque optimus meus codex oppidum hoc agnofcit; fcribitur quippe in eo *Neapolis*. Omnino legendum exiftimo: *Cyllene, Enneapolis, Patrae.* Quaerat aliquis, quid hoc fit oppidi? Dico ego Pomponium fic appellare Pylum Eliacam. Tres vero funt Pyli iuxta illud commune [apud Strabon. 8. p. m. 234. f. 339.] Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο· Πύλος γέ μέν ἐστι καὶ ἄλλος. Meffeniae erat una, altera Arcadiae, tertia vero Elidis ad mare fita inter Penei et Selleentis oftia. Omnes tres Neftorem fibi vindicabant. Neftori novem parebant urbes iuxta Homerum, [Il. 2, 591 fqq.] quas omnes ordine in Boeotia [c. l.] recenfet. Harum vero caput, erat ipfa Pylos, atque inde Ἐννεάπολις vocabatur. Huc quoque refer novem fedilia [ἐννέα ἕδραι] in litore Pylio exftructa apud Homerum initio [v. 7.] libri 5. Odyff. Quae ita interpretatur Euftathius: οἱ δὲ παλαιοί φασιν ἐννέα Πύλοις ἕδρας εἶναι διὰ τὸ καὶ πόλεις τοσαύτας ὑπὸ ἐξουσίαν κεῖσθαι τῷ Νέστορι. Inepti vero funt, qui Neftorem tribus illis Pylis praefuiffe credunt. Hoc enim qui potuit fieri, aut cur controverfia fuiffet, quam Pylum intellexiffet Homerus? Itaque verum eft, urbes Neftori fubiectas fuiffe illas novem, quas ordine recenfere Homerum monuimus. Porro ab iftis tribus Pylis dicta eft regio Triphylia. Verum de hac alibi egimus. VOSSIVS. Nusquam diferto nomine occurrit *Enneapolis*, fed nec *Callipolis* hac fede reperitur. Quae igitur Voffius adtulit, veri habent fpeciem non levem, nec a codicum veftigiis recedunt. Effecit nempe τὸ *ene* in voce *Cyllene*, ut *Neapolis*, quod aliqui non temere exhibent, duabus illis fyllabis et hinc capite fuo truncaretur. At ex ipfa re gravis illi lectioni difficultas obftruitur. Etfi enim Neftori fubiectae fuiffent urbes, nunquam tamen illae uno nomine infigniuntur, neque hic potuerunt, cum Pylus praeceffferit, quae ad complendum eum numerum requiritur. Nec a Cyllene turbato ordine relabi ad

Pylum noſtram et inde ad Patras reſilire potuit; tum nec omnes illae urbes oram, quam hic adtingit, tenuerunt. *Illam* enim referendum puto, ad remotius, Cypariſſium ſinum, prius de Pylo ad Aſinaeum, ne idem bis et diviſe de his urbibus narret. Quid tamen aptius ſubſtitui poſſit, equidem non video, cum *Dyme*, et *Olenus*, quae a Ptolemaeo 3, 16. Plinio 4, 6. ſ. 5. interponantur, nimium a librorum ſcriptura recedant. Quod de Triphyliae nomine adpendit Voſſius, erroris coarguit Strabo 8. p. m. 232. ſ. 337. atque hinc eo nomine Voſſium notavit Politus ad Euſtathium in Homerum T. 2. p. 627.

Patrae) Vatic. Pariſ. 1. 3. Cibin. Venet. Rehdiger. edd. 1. 2. 9. *patriae;* Vindobon. *patrie;* Prag. *prime;* edd. 11. 13. *patre;* aliae *Patrae.*

Chelonates) Vindob. *telonates;* Lipſ. *chebonates;* Rehdiger. *chelonathes;* Venet. *chelonatae;* Prag. *celonates;* Cibin. Havn. Vatic. 3. nec minus, opinor, Pariſienſes *Chelonates.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *thelonates;* 11. *telonates;* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Chelonatas*, uti Vatic. 1. habuiſſe videtur; reliquae inde a 13. et Vadiano *Chelonates*, de qua terminatione ſupra.

Araxos) Venet. Havn. *taraxos;* Vatic. 3. *Traxos;* Prag. *Traſos.* Poſt Prag. *Chilene;* Vindob. *cilene;* Lipſ. *cylene.* Edd. 6. 17. *Cyllenae;* 7. 8. *Cillenae.* Cf. paullo ante. Tum Lipſ. *inſignes*, forte quia librarius *Cyllene* pro *Cyllenae* habuit.

Rhion) Pariſ. 1. 3. Vatic. 1. Gud. Vindobon. edd. 1. 2. 9. *Phion*; Cibin. Rehdiger. *phyon*; Venet. Vatic. 3. Prag. Havn. *philon*; in ed. 18. ſcribitur ῥίον. Aliae *Rhion*, quod ſervavit Lipſ.

maris —) Haec verba profecto corrupta, et quae nullum commodum ſenſum exhibent, tentabam ſic in melius reſtituere: *Rhium deinde, (montis id nomen eſt, anguſta velut falce latus maris ſecantis) quod incidens inter Aetolos* etc. PALMERIVS *in Graecia antiqua* 4, 20. p. 490. At nimis violenta eſt et dura haec emendatio, de qua deinceps. Ceterum hinc cap. 19. exorditur Vinetus.

latus — *ſequentis) Latus* meliores libri teſte Voſſio, neque aliter mei omnes, ſi recte hic ſiluerunt, qui Venet. et Havn. conſuluerunt. Nam edd. inde a prima cum Schotto etiam ad Voſſium habent *lacus*; ille praeeunte quidem Vineto (nulla enim discrepantia erat adſcripta) repoſuit *latus*, quod reliqui probarunt. Poſt Vatic. (tantum *orae*) Lipſ. Gud. Vindobon. Rehdiger. Havn. Prag. *ore ſequenti*; Cibin. et, quod puto, Pariſienſes *orae ſequentis*. Edd. pleraeque, etiam antiquiſſimae, *ore frequenti*. Vinetus *frequentis*; Schottus totum locum ſic ordinavit et inſtruxit: *anguſte et velut falce lacus ore frequenti incidens.* Voſſius primus ita: *anguſte et velut freto latus orae ſequentis incidens*, quae lectio poſt unice invaluit. TZSCHVCKE. Scribendum puto: *Maris id nomen eſt, anguſto ore velut freto, latiore fronte, incidens inter Aetolos* etc. Poſſet etiam legi: *anguſto ore velut fluvio*, ut de Gadibus: [3, 6. in.] *eaque a continenti anguſto ſpatio et veluti flumine abſciſſa.* Et in Cilicia: [1, 13, 3.] *Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens.* PINTIANVS. Ioannes Scribanus, Grammaticus Hiſpanus, emendandum cenſet *latus orae ſequentis.* CIACCONIVS. *Velut fluvio* Pintianus emendat. Mihi *velut falce*, ut et Fr. Sanctio magis placet, cuius proprium *incidere*. Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζοι καλῶς. SCHOTTVS. *Anguſte et velut falce lacus ore frequenti incidens*) Et haec quoque a bonis nimium viris excogitata eſt lectio, cum meliores libri long

aliter habeant, fic nempe: *angufte, et velut freto, latus ore fequenti incidens.* Prifca fcriptura fuit: *Rhion deinde, maris id nomen eft, angufte et velut freto, littus orae fequentis incidens* etc. Sic fupra [5, 6. in.] locutus eft, cum dicit: *angufto fpatio et veluti flumine abfciffa a continenti.* Porro, quod *Rhion* maris five freti nomen effe inquiat, id ex ufu vulgari fecit, cum et Livius lib. 7. [c. 29, 9.] et iterum lib. 8. [c. 7. f.] decadis tertiae fauces finus Corinthiaci ab accolis Rhion vocari fcribat. Antiquiores tamen Graeci unanimiter fita utrinque promuntoria ita appellant. VOSSIVS. Adgreffus etiam eft hunc locum Palmerius in Graecia antiqua 4, 20. p. 490. eumque, cum vulgatae lectioni fenfum commodum ineffe non putaret, ita in melius reftituere tentavit: *Rhium deinde (montis id nomen eft, angufta velut falce latus mare fecantis) quod incidens inter Aetolos* etc. At haec lectio omnium minime ferri poteft, quippe quae et in notis verbis libros deferit et aliena (*mons velut falce incidens*) infercit. Parcius mutant Pintianus et Schottus, (cui et Hifpanus interpres ob ufum hunc Melae adhaeret,) neque tamen vel fic aequius et commodius. Optime procedit emendatio Voffii a Ciacconio petita, quippe quae propius a libris abeft, fenfumque aptum admittit, quatenus libri fubminiftrant. Mare autem diferte vocat Livius cc. ll. nec aliter intellexiffe Polybium adparet ex 4, 64, 2. ubi dicit: ἔπειθον αὐτὸν διαβάντα τὸ Ῥίον ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἠλείαν. Hinc Antirrhion ignorat nofter, et poft Calydonem et Evenum extra Rhion ponit. Veterum editionum lectio fenfu deftituitur.

Aetolos) Lipf. Rehdig. Vindob. ed. 11. *etholos*; Gud. edd. 1. 2. 9. *aetholos*; Prag. *Edhos*. Poft Rehdiger. *pellopouefiacos*; Vindob. *polopouefiacos*; Prag. *polopouuefiacos*. Cum ante Gronovium editiones pleraeque veluti Vadianae, Olivarianae, Schotti, Voffii poft

incidens diſtinguerent, monuit de eo in nota ſubnexa. TZSCHVCKE. *Inter Aetolos et Peloponneſiacos usque a. I. irrumpit*) Id vero falſiſſimum eſt; nec ut huius maris alteri lateri appoſiti ſunt continue Peloponneſiaci usque ad Iſthmum, ſic quoque Aetoli alterum latus eo usque poſſident. Minimam certe litoris eius partem habent Aetoli. Vitium foedum et tamen in omnibus editionibus, quas vidi, exhibitum, ut diſtinctio ponatur poſt τὸ *incidens*, quum manifeſte conſtet, ſic diſtingui debere, *Rhion latus orae ſequentis incidens inter Aetolos et Peloponneſiacos, usque ad Iſthmon irrumpit.* Vult enim idem modo declarare, quod Dicaearchus [v. 49.] Λευκάδα, ἀφ' ἧς μέγας ἐστὶ κόλπος εἰς Ἰσθμὸν φέρων. Simile diſtinctionis vitium annotavi lib. 2. c. 5. ubi de exitu fere Rhodani ſic legitur in editis plurimis, *et ſubinde grandior inter Volcas et Cavaras emittitur;* niſi quod Sanctiana, *grandior, inter Volcas, et Cavaras emittitur.* Aliae nugacius, *grandior, inter, Volcas, et Cavaras;* una Vadiana nullam diſtinctionem prorſus agnoſcente. Sed certe Rhodanus non emittitur inter Volcas et Cavaras, quum Cavares non ſint litorales, ſed inter Volcas et Avaticos emitti ſupponit ſatis clare Mela, dum procedens in litore ab Maſſilia ad Rhodanum ſcribit Avaticorum ſtagnum contineri; quod videlicet in illo contineri non poſſet, niſi illic eſſent Avatici: et Rhodanus, *factus ſubinde grandior inter Volcas et Cavaras, emittitur* ita per Avaticos, quas ultimas voces neceſſe non habuit auctor adnectere, ne ingenii ſui ſincerum nectar acidum redderet. I. GRONOVIVS. Certum eſt ſine diſtinctione ſcripſiſſe Melam, utpote qui nullas parentheſes, commata, cola ſeu alias Grammaticorum notas ſcripto ſuo inſeruerit. Obſecuti tamen aliqua ex parte illorum, qui proximis vixere ſeculis, Grammaticorum placitis, ſola iſthaec verba, *maris id nomen eſt,* commatis incluſimus. Si penitus horum inſiſtere voluiſſemus monitis et praeceptis, non haec ſolum, ſed et ſequentia

et velut freto et denique ista *inter Aetolos et Peloponnesiacos* parenthesibus seu commatis, uti in editione Vineti, fuissent distinguenda. Verum nos, neglectis iis, quae ipse etiam neglexit Mela, maiorem prisci moris habendam censemus rationem, quam Grammaticorum parum inter se consentientium commentis, praesertim cum etiam absque illis plana sint huius scriptoris verba. Nam quod dicit novitius annotator, falsum esse, Aetolos pertingere ad Isthmum, id nihil omnino ad rem facit, nec confici potest ex verbis Melae, quamcunque demum sequaris distinctionem. Non Aetolos, sed sinum Corinthiacum usque ad Isthmum pertingere scribit, nec opus est, quia Peloponnesii, ideo quoque Aetoli in opposito litore usque ad Isthmum continenter habitarint. Si dixisset sinum Corinthium inter Rhium et Antirrhium, seu, ut Livius [27, 29, 9.] habet, inter Naupactum et Patras usque ad Isthmum irrumpere, et sic quoque recte fuisset locutus. In altero, quem subiungit, loco, ubi de Rhodano agit Mela, misere omnino decipitur, quum verba eius simili distinctionis vitio scribit laborare. Nam quod negat, flumen hoc inter Volcas et Cavaras in mare effluere, quod Cavares, ut ipse putat, non sint litorales, in eo quantum fallatur, satis docet Strabo, [4. p. m. 128. f. 185.] ex quo manifeste cognoscimus, Cavaras non tantum dictos illos, qui inter Isaram et Druentiam habitarent, sed et Salyas et omnes a Druentia et mare Rhodanum accolentes gentes, Cavarum censas fuisse nomine. Hoc tamen errore caecatus verba Melae sic distinguit: *post cursu in meridiem abducto hac intrat, accessuque aliorum amnium iam grandis et subinde grandior inter Volcas et Cavaras, emittitur.* Hac distinctione facta, quia locus ostiorum Rhodani desideratur, dicit, post vocem *emittitur* subintelligi *ita per Avaticos*, istas autem voces non additas a Mela, ne ingenii sui sincerum nectar acidum redderet. Iste profecto invenis nauteam pro nectare propinat, et putat

bene ſe de Mela mereri, ſi ilium ſibi ſimilem et nullius iudicii faciat hominem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Scilicet in his mihi placuit videre parentheſes, commata, cola, ſeu alias Grammaticorum notas, ad quas deviat in appendice Voſſius, in hoc tamen ſtolide garrulus, quod etiam iſta *inter Aetolos et Peloponneſiacos* diſtingui poſſe his ſignis iudicaret: De pravo inde intellectu mihi res fuit. Debuit enim Mela notare, ubi et apud quos populos incideretur hoc latus. Vbi autem dixi *falſum eſſe Aetolos pertingere ad Iſthmum?* Haec eſt Voſſii Latinitas, qui etiam grate repetit, *usque ad Iſthmum pertingere.* Sic eſt; non opus eſt, quia Peloponneſii, ideo quoque Aetoli, in oppoſito litore usque ad Iſthmum continenter habitarint. Hoc verum credo. Sed qui iunctim dicit mare inter Aetolos et Peloponneſiacos usque ad Iſthmum irrumpere, utrosque eodem modo conſiderat, idemque de duobus dicit. Etiam mentitur, dum ſcribit, ſe commatis incluſiſſe ſola iſthaec verba, *maris id nomen eſt*, quum fecerit Stephanus. Et qui credimus, ab ipſo factum, quum cap. 4. ad voces *Circes domus aliquando Circeii* fateatur redundare comma, temere a librariis ſe abſente additum? — De Cavaribus res in eo vertitur, an fuerint litorales. Illos autem certe tales eſſe manifeſte cognoſci dicit ex Strabone. — At Strabonis verba ſunt lib. 4. p. 186. *Οὐολκαὶ γειτονεύουσι τῷ ποταμῷ τῷ Ῥοδανῷ, τοὺς Σάλυας ἔχοντες ἀντιπαρήκοντας αὐτοῖς ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοὺς Καυάρους. Ἐπικρατεῖ δὲ τὸ τῶν Καυάρων ὄνομα, καὶ πάντας οὕτως ἤδη προσαγορεύουσι τοὺς ταύτῃ βαρβάρους.* Vbi hic mentio maris? aut gentium ad mare accolentium Rhodanum? Quid ſuſpicabimur dicturum fuiſſe ad haec verba Livii lib. 21. c. 26? *Volcarum agrum gentis validae; colunt autem circa utramque ripam Rhodani.* Etiam Plinius lib. 3. c. 4. *Deſuviates* et *Cavaras* intus locat. I. GRONOVIVS *in nota poſteriore.* Tanti certe non erat diſtinctio iſta, graves et acerbas lites exercere.

Si ad verum curiofius exigas, recte pronuntiavit Gronovius, cum ab obpofita regione inter Aetolos et Ifthmum obiiciantur Phocenfes et Boeotii. Quam difficultatem removet mutata diftinctio, etfi minus eleganter fic Mela verba trahere videatur. Aut igitur hoc ferendum, aut Aetoli quippe in aditu primi unice pofiti funt praeteritis ceteris. Cf. infra ad verba: *Extra Rhion.*

Ifthmon) Lipf. *hyfimon*; Gud. *hifimon*; Cibin. *ifimon*; Vindob. *hiftimon*; Prag. *ifchinon.* Cf. fupra §. 7. et alibi paffim in libris. Poft Vindob. *inrumpit*; Rehdiger. *erumpit.*

§. 10. *ad feptentriones)* Ita MSS. Abr. Gronovii, ex meis Vatic. Parif. 1. Cibin. Venet. aliique; tantum ex Parif. 5. Vindob. Zalufcian. ad quos refero Havn. notatur *feptentrionem.* Ignorat hanc vocem Parif. 2. Edd. ante Voffium legunt *feptentrionem*; ille omiffa praeterea praepofitione repofuit *feptentriones*, et fic 40. 41. 42. et Reinoldius. Hinc 44. 45. ceterae, fervata quidem illa terminatione, praepofitionem revocarunt. TZSCHVCKE. Sincerior lectio: *Ab eo ad feptentrionem* etc. Similis menda caftigata eft fupra: *In Macedonia prima eft Theffalia*, pro: *A Macedonia prima eft Theffalia.* PINTIANVS. Legendum *feptentriones*, ut habent veteres libri. Cum feptentriones dicit, intellige Auftrum et Boream. Sic quoque infra [5, 7, 2.] de India dicit, in ea neutrum feptentrionem apparere. In finu vero Corinthiaco cum duo fint latera oppofita, alterum boream, alterum auftros afpiciens, manifeftum eft, veram effe, quam reddidimus, fcripturam. VOSSIVS. MSS. et ed. Iuntina [at hoc falfo] *In eo ad feptentriones fpectare l. i.* Vide Paterna ad hoc caput p. 170. 171. A. GRONOVIVS. Nempe fupra §. 6. prolixius de ufu particulae *ad* in hoc nexu disputatur. Hic quidem omitti nolunt libri veteres. Iidem etiam, fcripti

maxime, praeferunt *ſeptentriones*, cuius explicationem dedit Voſſius, etſi pro *ſeptentrionem* poſitum eſſe et intelligi poteſt, quia ſubiectae urbes ad hanc plagam ſunt expoſitae. Sic inter utrumque numerum fluctuantur codices in Iul. Caeſ. de B. G. 4, 20. ubi Oudendorp. praetulit pluralem, aliaque exempla congeſſit. Et ſic aperte plurali utitur noſter 3, 2, 1. Cf. ad 3, 1, 9. 3, 2, 1. Ceterum non male vult Pintianus *Ab eo.* Poteſt tamen et alterum intelligi, cui poſt obponere videtur *extra Rhion*, et diverſa eſt plane huius loci ratio et ſuperioris, ubi *In Macedonia* ferri non poterat.

Aegion) Lipſ. Rehdig. *egion*; Boccatius de maribus ſ. v. Corinthius ſinus *egionem* vocat; Cibin. *aegyon*; Vindob. *eligion*; Pariſ. 3. *Aegeum*; Gud. *aegeon*; Prag. *Egeon*; Vaticani aliique *Aegion.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 14. 19. *Aegeon*; 11. *Egeon*; 15. 17. 20. 23. *Aegeon*; 13. et aliae *Aegion.* Gr. Αἴγιον.

Aegira) Pariſ. 3. forte et Havn. *aeginna*; Lipſ. Vindob. Prag. *egira*; Rehdiger. *egyra*; alii in iis Venetus, Cibin. Gud. *Aegira.* Edd. veteres *Aegina*, *Aeginna*, *Egina*, *Eginna*, et ſic *Aegina* etiam Camertinae, Ald. Iunt. Vadiano debetur *Aegira.* Gr. Αἴγειρα.

Oluros et Sicyon) Pariſ. 1. Lipſ. Gud. Vindobon. *oliros*; Pariſ. 2. *olitos*; Vatic. 3. *Olythos*; Prag. *Olithos*; Cibin. Rehdiger. Vatic. 1. *Olyros*; Pariſ. 3. videtur cum Voſſio habuiſſe *Oluros.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Oliros*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Olyros*; Vadianus reliquis praeivit *Oluros.* Poſt Vatic. 1. Cibin. Gud. *Scion*; Pariſ. 1. Vindob. *Scyon*; Rehdiger. *Syon*; Prag. *Schion*; Venet. *Syron*; Lipſ. Pariſ. 3. *Siron*; Pariſ. 2. *Styon*; Vatic. 3. *ſihion*; Boccat. c. l. vocat *Scironem.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Scion*; 19. *Sicion*; reliquae *Sicyon.* TZSCHUCKE. Scribe *Olyros*

five *Oluros* et *Sicyon*, omnibus, qui unquam de hoc fcripferunt teftantibus. BARBARVS. Quidam *Olyros* et *Holyros*, fed verior vulgata lectio. Graecis enim Ὄλουρος. Attamen etiam Graecos priores vocabulum hoc adfpiraffe exiftimo. Erat enim Oluros portus Pellenaeorum; propter commoditatem vero adpulfus non dubito, quin locum illum vocarint ὅλουρον, voce idem fere fignificante, quod πάνορμος. VOSSIVS. *Oluros* etiam Plin. 4, 6. f. 5. Sic fupra §. 6. libri in *Rhamnus*.

at) Venet. Vindob. *et*. Edd. veteres, in quibus etiam Camertinae, Ald. Iunt. *ac*. Sed recte Vadianus in hoc nexu dedit *at* codicibus plerisque fuffragantibus. Accedit etiam, quod boni fcriptores τὸ *ac* non folent ponere ante vocalem, de quo vid. Oudendorp. ad Iul. Caef de B. G. 6, 38. Sueton. Claud. c. 12. in. ubi eadem, vulgaris quidem illa, variatio, Burmann. ad Sueton. Iul. c. 27. et Calig. c. 3. Ernefti ad Cicer. Philipp. 11, 3. f. Ruhuken. ad Vellei. 2, 105. et praeter alios plures Garaton. ad Cicer. pro Flacco c. 3. 9. et quos commemorat. Hinc ne Eutropio quidem id concedit Verheykius ad 8, 14. f. 6. ubi etiam de hoc aliqua. Cf. ad 2, 4, 6. ubi antea: *ac Aterni* edebatur. Poft Rehdiger. *adverfo*; Parif. 2. *adverfis*; ed. Lugd. 1605. *averfis*.

Pagae, Creufis) Parif. 2. *Paguacreufis*; Vatican. 3. Prag. *Pagnachreufis*; Rehdiger. *pagnocreufis*; Venet. *page creufis*; Cibin. *pagae crefis* cum lineola inflexa fuper *e*. Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Pagecreufis* uno verbo, ex quo recte Hermolaus Barbarus duo *Pagae* et *Creufis* excitavit in nota.

Anticyra) Vindobon. Parif. 2. *Antycira*; Lipf. Venet. *anticira*; Prag. *Anthicira*. Ed. 1. *Aticyra*. In aliis recte *Anticyra* ex ufu quidem Latinorum et Grae-

corum plerorumque. Cf. infra ad v. *Cirrha.* Ceterum Vindob. hunc locum fic exhibet: *antycira openta promontorium oeanthia.* Quae unde duxerit, non liquet. Quod enim in confinio eft promontorium, Strabo 9. p. m. 291. f. 423. vocat *Pharygium.*

Oeanthia) Parif. 2. Vatic. 3. Venet. Prag. *Centhia*; Lipf. *ceantia*; Gud. *oeantia*; Rehdiger. *ocanthya*; Cibin. *oethya*; alii cum antiquis edd. *Oeanthia*, tantum 11. *eanthia.* Paffum eft et alibi varias hoc nomen corruptiones. Sic Polyb. 4, 57, 2. Οἰνάνθεια, quod ex MSS. emendavit Schweighaeuferus, uti Ὑανθέω in eodem 5, 17, 8. Sic Ptolem. 3, 15. Εὐανθία; Scylax p. 14. (Hudf.) Εὔανθις. Geogr. Ravenn. 4, 10. 5, 13. *Euantia*; tab. Peuting. 7. *Euanthia.* Cf. Waff. ad Thucydid. 3, 101. Graecis tefte Stephano Οἰάνθη, Οἰάνθεια, Οἰάνθειον et Οἰανθίς.

Cirrha) Vatic. 1. Lipf. Prag. *chirra*; Cibin. *Chyrra*; Venet. *Cirra*; Rehdiger. *cyrra*; Gud. *chira*; Vindob. *chiera.* Edd. 1. 2. 9. *Chirra*; 3. 4. 5. 11. *Cyra*; 7. 8. 10. et aliae *Cyrra*; quaedam *Cyrrha*, in quibus Vadianae, Olivarianae, Schottus; *Cirrha* inde a Vineto, Voffio locum occupavit. TZSCHVCKE. Scribendum *Cyrrha.* [ed. 1493. *Cyrra.*] Nam de *Anticyra* non convenit, aliis *Anticyram*, aliis *Anticyrrham* [ed. 1493. *Anticyrram*] fcribentibus, ut aliubi notavimus. BARBARVS. Κύῤῥα apud Ptolemaeum [3, 15.] et alibi non recte fcribitur, cum verum nomen fit Κίῤῥα. Quia autem *Cirrha* et *Anticyra* vicinae urbes in finu Cirrhaeo, et Anticyram interpretarentur quafi Cirrhae oppofitam, inde factum effe puto, ut vocales permutarentur. Licet autem hoc ita effe videatur, non debet tamen etymologiae ratio officere fcribendi receptae confuetudini. VOSSIVS. Sic ante Mafvicium in Polyaeno 6, 3. edebatur Κύῤῥα, et paffim alibi in libris legitur. At praefe-

rendum Κίῤῥα, Cirrha, uti exempla plurima a Palmerio in Gr. ant. 6, 3. propoſita docent. Cf. Oudendorp. ad Lucan. 3, 172. et quae de hac variatione inter y et *i* monuit Rezzonicus in disquiſ. Plin. Tom. 2. p. 63. Quod de *Anticyra* notavit Voſſius, uſus auctorum plerorumque comprobat, Latinorum in primis, quem, adnuentibus libris, ſupra ſecutus ſum cum aliis. Nempe initio dictum videtur Ἀντίκιῤῥα, tum Αντίκυῤῥα denique Ἀντίκυρα, uti non temere indicat Politus ad Euſtath. in Homerum T. 2. p. 558. Prima forma hodie reperitur paſſim in Strabonis libro 9. veluti p. m. 291. 295. 299. ſ. 425. 428. 434. etſi ſibi non conſtitit editio Caſauboni, et codices quidam in iis Pariſ. optimus, Moſcov. Ἀντίκυρα malunt, uti in eadem narratione, qua Straboni p. m. 295. ſ. 428. tribuitur Ἀντίκιῤῥα, Herodotus 7, 198. ſcribit Ἀντικύρη. Sed de his Vol. 2.

notior — nomine) Sic MSS. A. Gronovii et mei, Zaluſcianus etiam hic notatus, tantum quod de Pariſ. 2 et 3. ſiletur, et Prag. omiſit *nomine*. Sic et editiones omnes ante Voſſium, qui dedit *notiora aliquanto nomina*, quod repetierunt edd. 40. 41. 42. Poſt prior lectio rediit. TZSCHVCKE. Scribo: *et notiora aliquando nomina Calydon et Evenos*. Lucanus in ſexto: [v. 365] *Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi Evenos Calydona ſecat*. Scribendum enim cum y tenui in ſecunda ex Strabone, [10. p. m. 317. ſ. 460. et alibi] Stephano, Homero [Il. 2, 640.] et omnibus. PINTIANVS. *Et notior aliquando)* Nihil muto. Quidam [immo omnes, quos et ipſe in textu ſecutus eſt] libri *aliquanto*. SCHOTTVS. Solet quidem Mela, ubi plura nomina propria ſequuntur, adpellativum etiam in plurali praemittere, de quo cf. ad 1, 8, 2. Et ſic 1, 2, 5. in ſimili nexu: *et notiora iam nomina, Medi, Armenii* — Perire etiam facile τὸ *a* et abſorberi a ſequente voce *aliquanto* potuit, et hinc *nomina* in *nomine* mutari. Atta-

men ſic et ſupra §. 9. *urbs* ad prius retulit et de ſubiecto intelligi ſimul voluit.

Calydon et Evenos) Cibin. *chalidon*; plures *calidon*, uti edd. veteres, etiam 21. 28. et in prima Vadianus, uti ed. 18. Tum Vatic. 3. *aumenos*; Prag. *eumenos*; Rehdiger. *enenos*; Vindob. *enhenos*; ed. 9. *Eveos*. Similes huius vocis depravationes ſiſtent Bersmannus et Oudendorpius ad Lucanum 6, 366.

extra Rhion) Venet. *et Exerchion*; Rehdiger. *rhyon*; Lipſ. *extrachion*. Poſt vocem *Evenos* diſtinctionem maximam ponunt editiones, quam poſt *Rhion* reiecit Voſſius cum ceteris, et ego hic vidi in Cod. Lipſ. et ed. 1. TZSCHVCKE. Oppidum hoc fluviusque extra Rhion ſitum eſt. Sic itaque legendus et diſtinguendus hic locus: *Et notiora aliquanto nomina Calydon et Evenos extra Rhion. In Acarnania maxime clara ſunt* etc. VOSSIVS. De diſtinctione poteſt in utramque partem disputari, unde etiam libri hic variant. Nempe et altera diſtinctio poſt *Evenos* apta eſt, quia bene convenit cum Calydonis et Eveni ſitu, quem ſic Mela accuratius definit, et congruit cum orationis forma, qua in progreſſionis partibus ſingulis conſtituendis et quaſi ſegmentis uti ſolet noſter ne languide adiecta trahantur. Hinc ſaepe praemittuntur particulae, *iuxta*, *ultra*, *ſupra*, ſed et *extra* maxime ponitur poſt ſinum, mare vel maris partem finitam, uti declarant 1, 18, 5. 2, 6, 7. 2, 7, 4. 3, 1, 4. 3, 8, 8. et inde docuit I. Gronovius ad 2, 2, 8. Narratio autem ſic procedit, ut exponat de urbibus potioribus, quae in utroque Rhii maris litore iacent, eoque relicto alia ſubiiciat. Sinum autem Corinthiacum, quem hic intelligit, incipiebant fere ab Eveno fluvio, quidam adeo ab Acheloo, uti docent Strabo 8. p. m. 231. ſ. 335. et Plinius 4, 5. ſ. 4. *Calydon* parum hic quidem valet, quippe quam Strabo 10. p. m. 316. ſ. 459. Ptolemaeus

3, 15. in mediterraneis locant. De Eveno dubitatio moveri poſſit, ſi Rhion ſenſu aliorum intelligas de ſinus Corinthiaci oſtio, (Plinius 4, 3. ſ. 2. aliique) a quo ad Evenum ſtadia fuiſſe dicit 120. Strabo 10. p. m. 316. ſ. 460. At idem 8. p. m. 231. ſ. 336. 10. p. m. 316. ſ. 460. in Antirrhio confinia Acarnaniae et Aetoliae ſtatuit. Iam vero, ut ſingula artiori ſumma comprehendantur, ſi Rhion mare a verſo Peloponneſi latere ad iſthmum pertinet, et urbes inter Aetolos et Peloponneſiacos adluit, a quibus noſter ad Acarnaniam progreditur, ſatis adparet, quo ſenſu Rhion dixerit et hunc locum diſtinxerit. Ad ſuum igitur morem et diſtinctionem veterum editionum Melam revocavi. Ita vero aptis intervallis ſeparantur *In eo* (Rhio) et *Extra Rhium.*

Acarnania) Cibin. *archanania*; Vindob. *acharnania.* Cf. ſupra §. 4. Poſt Prag. *Leuchas; et fluvius Achelous*; Rehdiger. *achelorus.*

In Epiro —) Cibin. Rehdiger. *epyro*; Vindob. *nichil*, ut ſaepe alibi. Poſt Vatic. Lipſ. Gud. Prag. Vindob. *ambrachio*; Cibin. *ambrachyo*; Rehdiger. *ambratio.* Edd. 1. 2. 9. *ambrachio*; 13. *Ambrancio*; 15. 17. 20. 23. *bracio*; 19. *Ambratio*; 3. 4. 5. 6. reliquae *Ambracio.* Recte. Sic vero et alibi per *ch* in libris occurrit. Vid. Heinſ. ad Ovid. epiſt. 15, 164. Et ſic Boccatius de maribus h. v. Ceterum a verbis *In Epiro* capitis 30. initium ſtatuitur a Vineto.

Facit ſinus) Legendum fortaſſe: *Facit ſitus, quippe anguſtiis faucibus*, reliqua. PINTIANVS. Graevius in epiſtola ad N. Heinſium T. 4. Sylloges epiſtolarum [quas Burmannus edidit, epiſt. 261.] p. 351. legit: *Facit facies ſinus*, ut c. 1. lib. 1. [lib. 2.] *Poſt ſpatioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigat, et quaſi in mucronem longa colligens latera facie poſiti enſis*

allecta est; eandemque vocem etiam alibi occurrere monet idem, nempe lib. 2. c. 2. *iugo facie valli;* et lib. 3. c. 3. *facie amnium.* Avus autem in domesticis scholis *sinum* interprebatur *faciem sinus.* A. GRONOVIVS. Quod Pintianus emendat *facit situs*, ita quidem noster 1, 12, 4. *situs efficit;* at ibi apte et efficaciter ad adnexa ponitur, hic vix congruat. Graevii lectio insuavem adfert sonum et Melae elegantiam tollit. Nec est, cur invitis libris omnibus obtrudatur *facies*, cum, quae sit vel fuerit, ex ipsa descriptione adpareat; nec comparatio hic *cum alieni* desideratur, cum alieni nihil, ut in illis locis, adiunctum sit. Accedit concinnitas huius et sequentis narrationis, quae ex simili forma sibi invicem respondent. Equidem sensum, quem alias nullum inesse vult Graevius, ex brevitate nostri hunc video: *Non solum sinus ipse facit, sed et urbes adpositae.* Ita *facit* repetitum exposite partes declarat, *sinus* et *urbes* ipsas partes enarrant. Poterat quidem simpliciter sic efferre: *sinu nobilius, qui* etc. Sed quantum amet similes repetitiones ex plurimis exemplis adparet. Sic 3, 1. in. *dicta — dictae;* 2, 2, 7. *est — est* et deinceps; 2, 5, 3. *tangit — tangit — tangit* et sic alia. Inde vero simul, cum eius rei causae per partes exsequendae essent, nata hic est repetitio *sinus.*

angustis —) Cibin. *angustos*; vox *grande* desideratur in Vatic. 3. Paris. 2. et Veneto. Male propter obpositam rationem. TZSCHVCKE. Polybius in quarto [c. 63.] vix sexcentis passibus [λείπει γὰρ τῶν πέντε-σταδίων] scribit patere os sinus Ambracii; cui subscribit Strabo, [7. p. m. 224. s. 325.] paulo maius faciens quatuor stadiorum. In Plinii [4, 1.] impressis codicibus locus hic mutilatus habetur: *maximeque*, inquit, *nobilitatus Ambracius sinus, faucibus spatiosum aequor accipiens.* Codex vetustus: *maximeque nobilitatus Ambracius sinus faucibus passuum.* Numerum autem

librariorum incuria [uti in Martiano Capella lib. 6. p. m. 209. In Plinio Harduinus ex MSS. addidit D] praeteriit. Legendum igitur in Plinio *passuum o.* [D] Verum expendamus exactius, an haec verba Pomponii alio magis pertineant. Nam auctore Thucydide lib. 2. [c. 86.] os finus Corinthiaci, five, ut ipfe nominat, *Crifaei*, quod Pomponius paulo ante *Rhion* vocavit, feptem eft ftadiorum. Quae cum propius accedant ad millenarium numerum, videntur *Rhio* potius convenire, quam ori finus Ambracii, atque illuc effe transferenda, ut fortaffe hic pofitus fit alienus numerus; illic defideretur proprius, et legendum fit hic: *anguftis faucibus quingentorum paffuum;* illic: *angufto ore et quod minus mille paffibus pateat, latiore fronte,* etc. PINTIANVS. Lege *ut quae* pro *et quae*, vel, *ut minus mille paffibus pateant.* Strabo lib. 7. fol. 142. CIACCONIVS. Plinius [4, 5. f. 2.] hoc fpatium tribuit non oftio finus Ambracii, fed faucibus finus Corinthiaci. Itaque Pintianus omnia haec verba alio transpofuit; cum et ex Strabone et Polybio manifeftum fit, fauces finus Ambracii plus quatuor, minus vero quinque ftadiis patere. Sed Mela antiquiores fere fequutus eft auctores. Fieri vero potuit, ut cornua iftius oftii, utrimque pene concurrentia, cura regum Epiroticorum excreverint fretumque anguftarint. Quod fi quis exiftimet potius erraffe hic Melam, et hoc quoque per me licet. Longe certe ignofcibilior eft hic error, quam is, quem committit Strabo, cum dicit ambitum finus Ambracii effe trecentorum ftadiorum. Polybius enim certiffimus teftis prodit, tantam effe longitudinem eius, latitudinem vero ftadiorum centum. Polybium fequutus effe videtur Plinius, cuius verba ope libri veteris ita funt reftituenda: *Ambracius finus* DCC *paffuum faucibus*, longitudinis XXXVII *millia paffuum, latitudinis* XII *millia.* Nifi itaque nos fallat lectio vulgata, quod tamen vix puto, valde exiguum fecit hunc finum Strabo, quod optime colligere poffunt, qui non funt

plane ἀγεωμέτρητοι. VOSSIVS. De Plinii lectione confulendus Harduinus. In Mela reluctantibus libris nihil mutandum, etfi ab aliorum indiciis aliquantum aberrat. Ciacconii emendatio elegans quidem eft, fed nec vulgata omnium inepta.

affidunt) Sic omnes libri, tantum ad orthographiam rectius Cibin. *adfidunt.* In Vaticano 1. tamen fuiffe videtur *affident*, uti etiam fcribunt edd. 4. 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. Aliae *affidunt;* quae quidem verba cum fimplicibus et cognatis inter fe et alibi commutantur, de quo Burmann. ad Quinctil. Inftit. 2, 1. Declam. 13, 4. Sueton. Tiber. c. 14. Cortius ad Plinii epift. 3, 1. quos laudat Drakenb. ad Liv. 9, 21. f. Cf. idem ad Liv. 2, 29, 6. et Sil. Ital. 5, 3. ubi plures alios producit; item Burmann. ad Propert. 3, 7, 37. et Garaton. ad Cicer. in Pifon. c. 33. — Proprie quidem *federe* quietem in loco fpectat, *fidere* motum, nifum ad locum inferiorem. Sed vel auctores ipfi vel librarii promifcue hic agunt faepe, uti contra *federe* 3, 9. in. *circumfident* 1, 12, 4. et fic alibi. Edd. 38. et Lugd. 1605. *quis affidunt.* Pro *Actium* 15. 17. 20. 23. *Accium*, uti contra in libris *Actius* pro *Accius*, de quo cf. Heufinger. ad Cicer. de off. 3, 21, 12. et 28, 7.

Argia Amphilochis) Vindob. *argi anphilocis;* Cibin. *argiam phylochys;* Rehdiger. *argi amphylocis;* Prag. *argi amphilocis;* Lipf. *argos amphylocis;* Gud. Parif. 3. altero verbo omiffo tantum *argi;* reliqui cum Voffianis et Ciaccon. *argi amphilochis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Argi, Amphilocis;* 9. *Argi, Amphilogis;* 13. 15. 17. 20. 23. *Argi Amphilochis;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Argi Amphilochii;* Voffius, Gronovii, Reinoldius, reliqui *Argia Amphilochis.* TZSCHVCKE.

Plinius [4, 2. f. 1.] et Ptolemaeus [3, 14.] *Argos Amphilochium* [— icum] vocant. Strabo *Amphilochos*, qui etiam lib. 7. [p. m. 225. f. 326] ab Amphilocho *Amphilochicum* vocatum ait. Livius lib. 38. [c. 10. in.] *Profectus ab Ambracia conful in mediterranea Aetoliae ad Argos Amphilochicum (viginti duo millia ab Ambracia abefi) caftra pofuit.* CIACCONIVS. Omnes alii *Argos Amphilohicum* nominant. Stephanus tamen Amphilochos etiam urbem vocat. Verba eius, quae in vulgatis exemplaribus defunt, haec funt: Ἀμφίλοχοι πόλις, Ἀκαρνανίας, οἳ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα, οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀμφιλοχικοὶ ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. Attamen cum neminem inveniam, qui urbis huius nomen πληθυντικῶς extulerit, ac praeterea in omnibus melioribus libris fcriptum fit *Argi Amphilochis*, non dubito, quin prifca lectio fuerit *Argia Amphilochis*. VOSSIVS. Facile quidem in hoc nexu abforberi potuit τὸ *a*; fed non magis quisquam *Argiam* vocavit, nec vocari fic poteft, cum *Argos* primarium fit nomen, cui alterum diftinctionis caufa adiicitur. Hinc ufitate a Graecis vocatur *Argos Amphilochicum*, quod et Latini funt imitati, vel *Argos Amphilochium* apud Liv. 38, 10. in. uti quidem dedit Drakenb. etfi adfentientibus etiam Codicibus vulgaris forma revocari poterat. An fimpliciter *Amphilochi* dixerint auctores, uti Stephanus a Voffio et Holftenio ex MSS. reftitutus adfirmat, eius quidem exemplum non exftat, etfi fic videri poffit in Strabone 10. p. m. 318. f. 462. et de Callaetiae urbe vel portione in eodem 3. p. m. 108. f. 157. et Iuftino 44, 3, 4. Sed rectius, ut aperte alibi veluti apud Strabon. 7. p. m. 225. f. 326. de populis intelliguntur, a quibus etiam in Hifpania ductum eft nomen, ut fimile exemplum praemiffum in Ἕλληνες declarat. Occurrit quidem et hic *Argia*, veluti apud Thucydidem 3, 105. at de agro valet et praecedit Ἄργος Ἀμφιλοχικόν. Pro

eo in fimili nexu 2, 68. in. Ἀμφιλοχίαν dicit; in utroque fubpleri poteft γῇ vel χώρα. At Mela urbem, non agrum, hic commemorat. Adfcripferat in ed. 40. vir doctus leg. *Argos Amphilochiorum*, et fic Ἀμφιλοχίων in duobus numis, Goltziana quidem fide, legitur, fed nimis hoc a librorum praefcriptis diftat. Proxime primum accedit *Argi*, quam formam Latini poetae adhibere folent, et purae Latinitatis adeo cenfet Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 520. Attamen cum fupra nofter Graecam praetulerit, eademque hic in cod. Lipf. exhibeatur, *Argos* reponi commode et hic poffe putavi. Librarii enim ufitata potius corrumpunt, quam ex corruptis ufitata refingunt. At *Amphilochis*, five *Argi* legas five *Argos*, ftare nequit, in quo quidem temere adiectum eft *s*, fic ut *Amphilochi* declaret conditorem, quo a fuperiori Argo diftinguitur.

Ambracia) Cibin. *ambrachya*; Lipf. Gud. Prag. Rehdiger. Vindob. Parif. 3. ut edd. 1. 9. *ambrachia*; 19. *Ambratia*. Sic codd. multi in Frontino 2, 8, 14. et alibi. Vid. fupra.

Aeacidarum) Cibin. *aea cydarum*; Vindobon. Prag. ed. 11. *eccidarum*; Rehdig. *eacydarum*; Parif. 1. *ad Acidarum*. Poft in omnibus MSS. eft *regna*, quod et primo retinuit Vadianus, et hinc 18. 21. 28. Sed deinde mutavit in *regia*; atque hinc manavit in editiones cognatas, admiffumque etiam eft ab edd. 24. 25. plerisque Olivarianis, Vineto, Schotto. Voffius reftituit *regna*, quod manfit. *Regia* tamen adfert etiam Boccatius f. v. *Ambrachius finus*. Pro *Pyrrhi* Lipf. *pirrhy*; Prag. *pirhi*; Rehdig. *pyrri*; Cibin. *pirri*; Vindob. *phiri*; ed. 13. *Phyrri*. TZSCHUCKE. Quid attinebat addere *Pyrrhi* poft verbum illud *Aeacidarum?* Quafi Pyrrhus non fuerit unus Aeacidarum. Quod vel illo Silii verfu [1, 627.] conftat: *Hic fpolia Aeacidae; hic Epirotica*

ſigna. Puto igitur ſcribendum: *Ambracia Aeacidarum regia Epirique Buthrotos ultima*, ut poſtremum verbum *eſt* redundet, uſitatiſſima Melae conſuetudine claudendi regiones his vocibus, *Finis*, *Terminus*, *Vltimus* et huiusmodi. Eſſe autem ultimam urbem Epiri *Buthroton*, occidentem verſus, Ptolemaeus, [3, 14.] ut ceteris ſuperſedeam, tradit. PINTIANVS. Recte quidem ad hunc locum Pintianus, Pyrrhi hic fruſtra mentionem fieri, cum ipſe Aeacida fuerit; non tamen placet illa, quam adhibet medicina. Vera eſt prior lectio, quam meliores confirmant codices: *Aeacidarum regna Pyrrhique.* Hoc non ad Ambraciam ſolum, ſed ad praecedentes quoque referendum eſt urbes. Ambracia nempe nobilitata eſt, quod Pyrrhi fuerit regia. Argos vero Amphilochicum, Actium, aliaeque Epiri urbes ceterorum Aeacidarum fuerunt regiae. VOSSIVS. Eſt eadem locutio, qua dicitur a Petronio: [2, 4.] *Pindarus novemque Lyrici.* Nempe Pyrrhus, Achillis filius, Pelei nepos, Aeaci pronepos, unde omnes Epiri reges Aeacidae. I. GRONOVIVS *MS.* Fieri ita paſſim ſolet, ut ex pluribus ſociis, conlegis, aequalibus praecipuus aliquis et quaſi princeps ſeparatim nominetur, reliqui in univerſum memorentur, uti ad Petronium notat etiam Antonius exemplo adiecto ex Ovid. Metam. 6, 72. *bis ſex coeleſtes medio Iove — ſedent*, etſi ad complendum illum numerum ipſe pertinet Iupiter. Poteſt tamen hoc ad uſitatam rationem et vulgarem revocari, ita ſedent, ut Iupiter etc. Sed ita Marc. 16, 7. εἴπατε τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Πέτρῳ. Sic paulum mutata forma *Iupiter Diique* Plautus Captiv. 5, 1, 1. et alibi.

Buthroton) Venet. Rehdiger. Lipſ. *bitroton*; Gud. *bytroton*; Vindob. *vithrotum*; Prag. *butrotum*; Vatic. 3. *butoton*; Pariſ. 2. *buthroto*; Cibin. aliique cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. aliaeque etiam Camertinae, Ald. Iunt. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Butroton*;

13. Schottus, Vossius reliqui *Buthroton.* TZSCHVCKE. Scribitur *Buthrotos* cum adspiratione in media Stephano, Straboni, [7. p. m. 224. f. 324.] Ptolemaeo [3. 14.] et neutra quidem terminatione Ptolemaeo et Straboni; in *os* autem Stephano definit, qui per *t* exile in secunda proferri a Lepido tradit *Butroton.* PINTIANVS. Adspirationem, quippe quae lubrica est et vaga in codicibus, probant maxime nummi, quos producunt Rasche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1630. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 163.

Ceraunii) Lipf. Cibin.* Gud. Prag. Rehdiger. Vindob. forte alii cum edd. plurimis vetustis etiam Camertinis, Ald. Iunt. *Ceraunii*; 20. *Geraunii.*

ab his flexus) Cibin. *hiis*; Venet. *iis* et sic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. hinc Vadianae, Olivarianae, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Post, Reinoldio praeeunte, repositum est *his*, uti habent Vatic. Havn et alii. Pro *flexus* Vatic. 1. 3. Paris. 2. Lipf. Venet. Cibin. Vindob. Gud. Prag. Havn. Rehdiger. uti edd. 1. 2. 9. dant *flexibus*; in aliis *flexus*; melius ad distinctam etiam expositionem. Ciacconius profert: *ab iis iam flexus.* Librarii *flexibus* ad praecedentem vocem accommodandum putarunt. Pro *Adriam* Vindob. *audriam.* Quod adspirationem praefixi, de eo ad 1, 3, 3. et 2, 2, 2.

§. 11. *Hoc mare magnum)* Pro *hoc* ed. 25. in utroque exemplari *huc.* Post Vatic. Cibin. Lipf. Paris. 1. 3. Rehdig. Gud. Prag. Vindob. quibus, opinor, accedunt Venet. Havn. *magnum;* Ciaccon. adnotavit *magno*, quod Paris. 2. etiam habuisse videtur. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *magnum;* inde ab Ald. et Iunt. ceterae *magno*, quod

Melae locoque aptum exiſtimo. Poſt Vindob. *ſeceſſu*; reliqui *receſſu*; at edd. antiquae et poſteriores cum Vadianis, Olivarianis, Schotto *ſeceſſu*, ex vitio 6. 7. 8. *ſucceſſu*; poſt Vinetus, Voſſius reliqui *receſſu*, quod ex vetuſtioribus iam habent Aldina et Iuntinae.

in latitudinem) Gud. *in altitudinem* transpoſitis primis literis, uti 1, 2, 1. ubi vid. notata et de *latus* et *altus* ad 1, 19, 15. et 2, 2, 10. Poſt Cibin. Rehdiger. Vindob. et quaedam edd. *illiricis*; Prag. *hiliricis*; Pariſ. 3. *Illyrisque*; ed. Lugdun. 1605. *Illyricae.*

Tergeſtum) MSS. ab A. Gronovio inſpecti *Tergeſtum* vel *Tergeſtrum*; mei, in quibus Vaticani, Pariſienſes, Lipſ. Gud. *Tergeſtum*; Cibin. *tergreſtum*; Prag. *trigeſtum*; Rehdig. *tergereſtam*; Voſſius poſuit *Tergeſte* cum edd. 40. 41. 42. cum et priores et poſteriores recte exhibeant *Tergeſtum*, uti volunt codices. Cum de mutationis cauſa nihil monuerit Voſſius, haec moviſſe videtur, quod *Tergeſte* infra recurrat et ab auctoribus frequentetur. Ita nempe *Tergeſte* Plin. 3. 22. ſ. 18. Antoninus in itiner. p. 270. ed. Weſſ. tabula Peutinger. 4. A. Geogr. Ravenn. 5, 14. (etſi hic 4, 30. *Tergeſtae* et 4, 31. *Tergeſton* etiam habet.) Illud *Tergeſte* occurrit etiam in inſcriptt. apud Gruterum p. 388. n. 1. Gudium p. 126. n. 1. Hinc Strabo 7. p. m. 217. ſ. 314. ἐκ Τεργέστης, etſi mox idem ἀπὸ Τεργεστῶν, et 5. p. m. 149. ſ. 215. Τεργέσται. Sed nec terminatio in *um* ſua auctoritate deſtituitur, etſi ipſum nomen in aliis corruptum ſaepe profertur. Sic Ptolem. 3, 1. Priſcian. v. 375. Avienus v. 529. Servius ad Virgil. Aen. 1, 246. *Tergeſtum*. Euſtath. ad Dionyſ. v. 382. Τέγεστρον et Τέργεστρον; Stephanus ex Artemidoro Τέργεστρον, ipſe Τέργεστρα οὐδετέρως. Appian. in Illyr. c. 18. Τεργετὸν, pro quo Τεργηστὸν repoſuit Schweighaeuſer, quem vide p. 673. Non erat igitur, cur hanc formam

Vossius repudiaret. Terminationis variatio eadem est, qua supra dixit *Boeotis* et *Boeotia*, *Iberes* et *Iberi*. Cf. ad 2, 7, 15.

Italicisque) Vaticani cum ed. 23. habuisse videntur, uti certe habent Gud. Rehdiger. *Italisque*, atque idem ferunt etiam editiones omnes, exceptis Camertinis et Vinetiana, in quibus est *Italicisque*, quod excepit Vossius et propagarunt reliqui. Prag. *Italicis Gallicisque*. *Italicis* pro *Italis* legi etiam volebat Cluverius in Ital. ant. 1, 2. p. 18. Sic noster post c. 4, 5. *inter Gallicas Italicasque gentes*. Frontin. 2, 3, 17. *Italica gens;* etsi etiam alterum ferri possit, uti Virgil. Aen. 6, 757. *Itala de gente*. Post pro *cingitur* Paris. 1. 2. Cibin. Rehdiger. Vindob. Gud., Prag. puto etiam Vaticani cum edd. veteribus, tum Camertinis, Ald. Iunt. *cinguntur*. Vadianus reposuit *cingitur* et hinc 18. 21. 22. 24. 25. reliquae *cingitur*. Nempe decepit librarios illos *cetera*, et depravationem peperit.

Partheni) Cibin. Vindob. Gud. Prag. Rehdiger. aliique quidam etiam Gronoviani et quinque, quos a se inspectos scribit Oudendorp. ad Sueton. in Augusto c. 19. *Parthenii*; Lips. *partenii*; Ciaccon. notat *Partheni*; Paris. 1. 2. *Parthini* videntur habuisse; at habet Paris. 3. *parthenum*. Edd. vetustae, quibus adhaerent Camert. Ald. Iunt. *Parthenii*; Vadianus (16.) et hinc 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Parthini*, tantum 18. *Partini*; tum praecedente Reinoldio 44. 45. ceterae *Partheni*. TZSCHUCKE. Lego *Partheni* ex Stephano, qui a *Partho* urbe Illyria gentile nomen deducit *Partheni*. Sic etiam proferunt Plinius in tertio [c. 26. s. 22.] et Appianus in Illyrico. [c. 2. sine nota varietatis.] Strabo [7. p. m. 225. s. 326.] solus *Parthini*, sed vitiose, sicut et *Tibarini* in eodem [11. p. m.

562. f. 527. 12. p. m. 373. f. 548. p. m. 382. f. 555.] legitur corrupte, [at ibi per η, Cod. Mofc. per α et in poftremo loco per ι] et pleraque huiusmodi. Eadem quoque menda in Caefaris commentariis. [de B. Civ. 3, 41. 42. fine variatione.] PINTIANVS. Magna eft de huius nominis fcriptura in penultima disputatio, quam obiecerunt libri. Nempe in Graecis modo per η, modo per ι, modo per ει reperitur in iisdem adeo auctoribus, unde ad Latinos illa inconftantia manavit. De Strabone iam dictum, et de aliis quibusdam in nota Pintiani. Potiora, fub confpectum vocata, funt fere haec: Παρθηνοὶ Stephanus f. v. Πάρθος, Appianus in Illyr. c. 2. fine varietatis nota; *Partheni* Plin. 3, 26. f. 22. et c. 26. f. 23. ubi tamen libri quidam dant *Parthini*; Παρθινοὶ Polyb. 7, 9, 13. qui tamen 2, 11, 11. fcribit per ει. Dio Caffius 41, 49. 42, 10. in. et, qui fic variat, Stephanus f. v. Βρυσάκιον, quam Παρθίνης πόλιν vocat; *Parthini* Livius 29, 12, 3. in plerisque MSS. quod et hic et alibi probavit Drakenborchius, Cicero in Pifon. c. 40. Caefar de B. Civ. 3, 41. in. In Suetonii Augufto c. 19. adeo eft *Parthyna gens*, quod retinuit Burmannus, reprobante Drakenb. ad Liv. 33, 35, 11. et per *i* emendavit Oudendorpius. In Ptolemaeo 3, 13. iidem videntur dici *Parthyaei*, uti et notavit Bertius et cenfuit Palmerius in Gr. ant. 1, 34. p. 183. In hac igitur varietate disputatum etiam eft de utraque fcriptura a viris doctis, quorum alii *e*, alii *i* praeferunt. Illud in noftro loco tuentur Pintianus, Reinoldius, et propter Stephani locum probari omnino poffe putat Vrfinus ad Polybii fragm. 9. T. 2. p. 839. ed. Ernefti, etfi ille parum fibi conftat, itemque Holften. p. 244. *Parthini* verius cenfent enarratores Livii ad 29, 12, 3. Palmerius p. 182. c. l. Garatonius ad Ciceron. c. l. et qui prolixius de eo expofuit Oudendorp. ad Suetonium c. l. Quorum quidem fententia eo effe videtur gravior, quod in faftis triumphalibus ad a. V. 714. *Parthineis* legitur. Cf. Gru-

ter. p. 297. et Pighii annales ad eundem annum. Variatio illa fine dubio originem traxit ex ambigua pofterioris aevi fcriptura, quae τὸ *i* modo per η, modo per ι efferebat, cuius exemplum, omiffis aliis, eft in *Mauretania* et *Mauritania.* Facit tamen etymologia Stephani, ut haerere aliquis poffit et libris unice adquiefcere, etfi Oudendorp. c. l. aliam nominis caufam a Παρθὶς fiftat. Si diferte in libris quibusdam exftaret *Parthini,* reiecta altera forma hanc lubens exciperem. Ceterum hinc cap. 31. initium ftatuit Vinetus.

Daffaretae) Vaticani *Affarethae*; Prag. *afferete*; Lipf. *darfarete*; Vindobon. *dararethe*; Gud. Parif. 5. *dafaretae*; Rehdiger. *Dafarethe.* Edd. 2. *da'aretae*; 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *Dafarete* vel — *tae*; 13. *Dafaritae*; 15. 17. 20. 23. *Dafarethae*; 21. 28. *Dacarethae*; Saling. 1538. *Diffaretae*; Vadianus cum fuis itemque Olivarius aliique *Daffaretae*, quod et legi in cod. Cibinienfi. TZSCHVCKE. *Dafaretios* Strabo in feptimo [p. m. 220. f. 318.] cum unico *f* et tertia Graecorum inflexione nominat. Stephano et Polybio [5, 108, 8.] per duplex et prima declinatione et *i* in penultima *Daffaritae* funt; Ptolemaeo [3, 13.] cum Strabone, fed cum duobus *ff Daffaretii.* Plinius [3, 26. f. 23. et 4, 1.] *Daffaretas*, fed corrupte, ut reor, appellat. Videtur autem Strabo, quos alias nominaverat *Dafaretios* rurfus diverfo nomine *Sefarafios* dicere. [7. p. m. 225. f. 326.] Adeo auctores alii ab aliis, nonnulli etiam a fe ipfis, disfentiunt. PINTIANVS. In duplici *f* confentiunt auctores praeter Strabonem, ubi alterum facile potuit excidere, quod in libris Polybii quibusdam 5, 108. notatur. Maior discrepantia in penultimae fyllabae fcriptura, ubi in libris modo η modo ι adparet. Vfum tamen in plerisque obtinet η vel *e*, veluti in Strabone c. l. Ptolem. 3, 13. Appian. Illyr. c. 2. Polyb. c. l. Plut. in Flamin. c. 4. in Livio 27,

32. f. et alibi, Plinio cc. ll. Hinc recte Holſten. p. 93. Palmer. in Gr. ant. 1, 35. p. 188. et Schweighaeuſerus ad Polyb. 8. 58. 4. in Stephano Δασσαρῆται legendum cenſent, quod in primis Polybii memorati teſtimonium evincit, quippe, qui alibi η adhibet. De aliis formis hic dicere, nihil adtinet, cum in receptam conſpirent omnes libri.

Taulantii) Gud. Prag. Vatic. 3. Pariſ. 1. Auguſtin. et ex edd. 4. 5. Venet. Havn. *paulatim;* Rehdger. *paularim;* Pariſ. 2. *paulati;* Cibin. *paulathi;* Pariſ. 3. Ciaccon. unus *Paulanti;* Vatic. 1. 2. Lipſ. Vindobon. *Paulanthi;* Cod. Ciacconii alter et meliores teſte Voſſio *Taulantii.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. omninoque omnes cum Vadianis, Olivarianis ad Vinetum usque *paulatim;* hic repoſuit *Taulantii*, quod exceperunt Schottus, Voſſius, ceteri. TZSCHVCKE. Lego: *Sequentia Taulantii Enchelcae.* Nam *Taulantii* in hoc tractu populi ſunt adeo clari, ut a nullo non celebrentur. Earum urbes ſunt *Dyrrhachium* et *Apollonia* Ptolemaeo. [3, 13.] Stephanus et *Taulantios* et *Taulanthinos* vocari ait. Procopius [de B. Goth. 1, 1. olim] *Talantios* appellat, ſi non eſt vitium in exemplari. PINTIANVS. *Taulantii Encheliae)* Haec eſt meliorum librorum lectio, e quibus etiam alia quaedam minuta emendavimus, quae non eſt operae pretium ſigillatim monere. VOSSIVS.

Encheliae) Pariſ. 1. 2. Ciaccon. Auguſtinor. *Entellae;* Lipſ. Gud. Venet. *entelle;* Pariſ. 3. *enthellae;* Prag. *cnthelle;* Vindob. *enchellae;* Cibin. *entele;* Vatican. 1. 2. *encele;* Vatic. 3. *entheile;* Rehdiger. *oncelle.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. (in fine *e*) 12. 14. 15. 17. 20. 23. *Enthellae;* 13. 19. 21. 24. 25. 28. Olivarianae cum Vineto *Enchcleae;* 16. 18. 22. Vadianae, Voſſius, Gronovii, reliqui *Encheliae.* TZSCHVCKE. *Encheleas* Strabo [7. p. m. 225. ſ. 326.] *Enche-*

lias nominat; Stephanus *Encheleas* et *Encheleos* et *Engelanas.* PINTIANVS. Quae Vossius de huius vocis scriptura indicavit, docet et superior nota eiusque editio. Varie illius populi nomen efferri, docet Stephanus a Pintiano iam excitatus, ubi tamen addi potest Ἐγχέλυες ex Schol. Apollonii ad 4, 508. Strabo c. l. vocat Ἐγχελίους, ubi Cd. Medic. scribit Ἐγχελείους, uti Scymnus Chius v. 436. Ἐγχέλεες sunt Appiano in Illyr. c. 2. Apollon. Rhod. 4, 518. et Apollodoro 3, 5, 4. ubi codd. Ἀγχέλεας habent; Ἐγχελεῖς Scylaci p. 9. Hudf. *Encheleae* Plinio 3, 25. f. 21. *Encheliae* non sine codicum adsensu Lucan. 3, 189. et Lutatio ad Statium Theb. 3, 290. ex Lucano. Hic de terminatione in *ae* dubitationem non admittunt codices, sed iidem etiam suadent scribendum in penultima per *i*, quippe quod facile transiit in *l*, idque confirmare videtur traiectio in Vatican. 3. eo magis notanda, quod et auctores quidam habent *i*.

Phaeaces) Rehdiger. *phacaces;* Prag. *pheuces;* multi *pheaces*, quidam etiam, uti Vatic. 1. 2. *phaeaces.* Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *Pheaces;* 12. 14. 19. 21. 28. *Phoeaces;* aliae recte *Phaeaces*, uti iam 3. 4. 5. TZSCHVCKE. Fuit, quando legendum putavi non *Phaeaces*, sed *Phrygi.* Postea legi in Appiano secundo bellorum civilium [c. 39.] *Corcyraeos*, hoc est *Phaeacas* habitasse urbem Dyrrhachium; ampliandum igitur censui iudicium. Phrygorum etiam meminit Appianus eodem libro, [c. 1.] quos *Phrygas* tamen, non *Phrygos*, nominat. PINTIANVS. *Phaeaces* ex hoc loco adparet, non tantum Corcyram tenuisse, sed etiam in terra continente olim rerum fuisse potitos. Corcyraeos sane aliquando Dyrrachenam regionem tenuisse, testis locupletissimus est Thucydides. VOSSIVS. Narrat tantum Thucydides 1, 24. cum Strabone 7. p. m. 219. f. 316. et Diodoro 12, 30. Corcyraeos Epidamnum condidisse, et post 1, 29. cum,

auxilio contra Corinthios negato, defeciſſent, expugnaſſe. Sed an inde Corcyraeis, immo Phaeacibus ſedes adſignari in hoc tractu poſſit, dubito. Quod de Appiano refert Pintianus, ille c. l. tantum narrat, Dyrrhachinos a Liburnis expulſos adſcitis Corcyraeis illos viciſſim eieciſſe, hisque Corcyraeorum colonos fuiſſe admixtos. Pro Phryges autem ibi Schweighaeuſerus ex Codd. aliquibus dedit Βρίγας, qui poſt demum, cum in Aſiam migraſſent, adpellati ſunt Phryges. Vid. Herodot. 7, 73. praeter alios. Obſcura eſt fama, quam ſecutus hic eſſe Mela videtur de Phaeacum in hoc ora ſedibus. Quod ex Homero Odyſſ. 6, 2 — 8. diſcitur, relicta Hyperea, Siciliae urbe, ob iniuriam a Cyclopibus inlatam, Scheriam migrarunt, quam Corcyram poſt vocatam eſſe auctores adfirmant. Colchos quosdam Argonautarum tempore apud Phaeacas conſediſſe tradit Apollon. Rhod. 4, 1209. Cf. et Apollodor. 1, 9, 25. Poſtero tempore Corcyraei, quod ſciam, ſoli occurrunt, Phaeaces nusquam, multo minus in hac ora. Ortelius in theſ. Geogr. h. v. ubi Pomponio Illyriae g[illegible]em eſſe notat, in Corcyra forte ponendos addit, ſic quidem non ſine gravi Melae errore, quippe qui infra ſeparatim Corcyram in inſulis recenſet. Codices tamen aliam lectionem hic reſpuunt, nec ad Phaeaces temere delapſi videntur.

§. 12. *Deinde)* Vatic. et Cibin. *dein*, ut dederat A. Gron. in ed. 44. Cf. ad 1, 2, 2. et 1, 4, 5. Poſt *proprie* deeſt in Pariſ. 1. et Prag.

Illyricos) Ciacconius haec: Alias *Illyrios*, quod codicem ſpectare ſolet. Certe ex meis Gud. *illirios;* Cibin. Rehdig. *illyrios;* alii *Illyricos;* Vindob. *illiricos;* Prag. *ilicicos.* Editiones omnes in forma *Illyricos* conſentiunt, quae quidem an probari poſſit, non temere dubitant viri docti, et *Illyrios* praeferendum cenſent. Sic Oudendorp. ad Frontin. 2, 3, 2. 2, 5, 10. ubi Ten-

nulius τὸ *c* cum multis codicibus et editionibus retinuerat, illud extrudendum putavit auctoribus MSS. integerrimis et vetuſtiſſimis. Sic Codd. quidam *Illyrici* habent in Frontino 3, 6, 3. uti in Nazarii panegyrico c. 20. in. ubi ex aliis alteram formam praeferunt Baunius, Cellarius et Iaegerus. Nec aliter volunt codices ipſi in Eutropio 3, 4. ſ. 1. etſi alibi variant. Cf. quae notavi ſupra ad 2, 2. in. item Dukerus ad Flor. 2, 5. in. 13. in. et in primis Drakenb. ad Liv. epit. lib. 20. qui plures nominat. Idem vero et hic probat ex Ciacconii codice, cui nunc acceſſerunt alii, in quibus eminet Cibinienſis, qui et ſic ſupra ſcripſit. Conſtat quidem aliunde et ex Graecis *Illyricum* et *Illyricus* de regione dici *Illyrius* de incolis. Atque ita Plinius 3, 26. ſ. 22. Melam retulit: *proprie dicti Illyrii.* Igitur non haeſitavi, et hic reponere.

Pyraei) Lipſ. *pirei;* Vindob. Prag. *pirrei;* Gud. *piraei;* Rehdiger. *pyrraci;* Venet. *phyrei;* Cibin. *pyrei.* Edd. 1. 2. Vinetus *pirei;* 9. 11. aliaeque plures in iis Vadianae, Olivarianae *Pyrei;* ſed iam 3. 4. 5. et aliae vetuſtae *Pyraei* cum Plinio 3, 26. ſ. 22. et Stephano, quorum ille cum Taulantiis coniungit, hic in Theſſalia ponit, ut huc referri non poſſint. Quare etiam in Stephano recte emendat Holſtenius p. 267. Πυῤῥαία et Πυῤῥαῖος, quod evincit Strabo lib. 9. ſ. et Rhiani verſus apud Schol. Apollonii ad 3, 1089. in quibus quidem Scaliger ad Euſebium p. 20. ex Strabone pro Πύῤῥαν δή ποτε vult Πυῤῥαίαν ποτέ. Reſtat igitur ſolus Plinius, qui cum Mela hic Pyraeos commemoret. At diſpiciendum videtur, an non in utroque legendum ſit *Pleraei* ex Strabone 7. p. m. 218. ſ. 315. quippe qui prope Corcyram nigram in hoc tractu producit, etſi Phaeacum Scheriam Plinius de altera Corcyra explicat. Sic iam Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 102. Plinii *Pyraeos* cum Strabonis *Pleraeis* conponere tentavit. Contra Pleraeos

illos potius *Palarios* esse Appiani in Illyr. c. 10. quam *Pyraeos* Melae et Plinii, existimat Schweighaeuserus p. 667. quia in utroque cum Ardiaeis iungantur. Certe obscura haec sunt, et aut vitiatus est Mela, aut erravit. Post Cibin. Prag. ed. 1. *Lyburni.*

Istria) Lips. Gud. Vindob. *histria;* Cibin. Rehdiger. *hystria;* Vatic. 1. 2. et alii *istria;* Vatic. 3. *istri;* Paris. 2. Venet. Prag. *histri.* Edd. *Istria,* tantum Vinetus *Histria.* Similis variatio infra occurrit et cap. 4. Ciacconius procul dubio regionis societate cum populis offensus legit *Istri.* Sic inter *Belgium* et *Belgae* variant libri in Iul. Caes. de B. G. 5, 12. in. 24, 2. At coniungit talia noster etiam alibi, uti 2, 4, 2. *Volsci, Campania, Bruttii.* Strabo 8. p. m. 231. s. 336. Φωκέων, Βοιωτῶν καὶ τῆς Μεγαρίδος. Ita in descriptione regionum et terrarum modo populos enumerat, modo ipsa loca nominat, etsi magis divise et per partes singula, uti 1, 2. Sic Herodotus 1, 145. Δύμη καὶ Τριταιέες. *Istri* videntur librariis deberi, qui ad praecedentia accommodarent, quare alterum non movendum putavi. At de adspiratione, quam multi praefigunt, quaeri possit, de qua praeter alios disputavit Cluverius in Ital. ant. 1, 21. Parum interesse, quomodo exaretur, existimat Berkelius ad Stephanum p. 423. Alii reiiciunt propter Graeca, uti Sigonius ad Liv. 21, 16, 4. 41, 1, s. 5, 4. omisitque in textu Drakenborchius; probat Cellarius in orthogr. Lat. T. 1. p. 252. et editiones Eutropii 3, 7. (2.) ex libris scriptis, tuenturque antiqua monumenta. Sic *Histriae fanum* apud Reines. in Syntagmate inscrr. ant. class. 2. n. 40. *Histria* in Museo Veronensi p. 88. n. 2. Gruter. p. 285, 2. 402, 4. 433, 4. (ubi quidem *Hystria*) Non igitur adparet, quomodo Dausqueius in orthogr. h. v. adfirmare possit, marmora adspirationem respuere. Nec Graeca huc valent, quae in permultis nominibus hic a Latina ratione dissident. *Istria*

tamen occurrit etiam in Muratorii thef. infcrr. p. 725, 3. 740, 9. et quod longe graviffimum eft in faftis triumphalibus a. 676. quorum quidem maxime auctoritate permotus adfpirationem neglexi, ut fupra in *Ifter*, cui etiam multi praemittunt. Cf. ad 2, 1, 8. Poft Rehdiger. *prima urbium.*

Oricum) Vatic. Prag. *orichum;* Gud. *orithum;* Cibin. *orycum;* Vindobon. *oricon;* alii ut edd. *Oricum.* Sic *Orithon* et *Orichon* libri apud Lucan. 3, 187. ubi Oudendorp. tenuit *Oricon*, quam terminationem nec omnino libri, nec in aliis confuetudo Melae reiiciat.

Dyrrachium) Lipf. Gud. Prag. Vindob. *dirachium;* Cibin. *dirachium;* in Vatic. puto *dyrachium.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 19. *durachium;* 11. 15. 17. 20. 23. *Dyrachium;* pleraeque, veluti Vadianaé, (prima quidem 1518. *Dyrrachium*) Olivarianae cumque iis 21. 28. 30. 32. 37. Vinetus, Schottus *Dyrrhachium;* Voffius et reliqui, ut olim edd. 14. 18. *Dyrrachium.* Scriptura huius nominis non in adfpiratione folum, fed et in reliqua forma verfatur. Sic *Durraci* apud Gudium in antt. infcrr. p. 171. n. 8. Iul. Caefar de B. Civ. 1, 25, 2. in ed. Oudendorpii *Dyrachium*, fed ex vitio, cum hic priores edd. et ipfe alibi conftanter habeat *Dyrrhachium.* At de adfpiratione maior quaeftio, quam inferunt alii, alii excludunt. Sic *Dyrrachi* in Donii infcrr. ed. Gorii p. 271. n. 166. Sed *Patronus coloniae Dyrrhach. in Illyric. deductor col. II Vir* — in Gudii antt. infcrr. p. 48. n. 5. et fic praeferunt viri docti, veluti Oudendorpius in Caefare, Frontino, Lucano, Suetonio, negligunt alii, veluti Ernefti in Cicerone, Ruhnkenius in Velleio, fluctuatur in Livio 29, 12, 3. 42, 48, 7. Drakenborchius. Equidem addidi, ut aequalitas cum fimilibus fervaretur. Sic 1. 14. *Catarrhactes;* 2, 2, 8. *Serrhium;* 2, 1, 3. *Cherrhone;* 2, 1, 4. *Gerrhos.*

Epidamnos) Vindobon. *epidanos;* Cibin. Rehdiger. *epydamnos.* Poſt Prag. *eratante;* ed. 2. *quare* pro *quia;* Prag. Vindobon. omittunt *in* ante *damnum;* Lipſ. habet *damnum marinis nomen;* Cibin. *iturus;* Vindob. etiam ut ed. Lugd. 1605. *nomen;* 10. *omne id;* 16. et poſteriores quaedam Vadianae *omnem;* Pariſ. 1. *omen adviſum eſt.*

§. 13. *Apollonia)* Vindob. Prag. *appolonia.* Edd. 7. 8. *Appollonia;* infra recte. Tum Vatican. 1. 2. Pariſ. 3. Lipſ. Gud. Rehdiger. Cibin. Venet. *Salonia;* Vindob. *Salonia* vel *Salone;* edd. 1. 2. *Salonia;* 9. *Solonia;* 11. 13. *Solona;* 15. 17. 20. *Salone;* 23. *Solone;* aliae cum multis MSS. *Salona.*

Iader, Narona) Vatic. 1. *Iarolena;* Vaticani alii, (in ed. 25.) Gud. *Iaderna nona;* Vindob. *Iardena roma;* Pariſ. 3. Lipſ. *Iardena Rona;* Pariſ. 2. *Iadra Rona;* Pariſ. 1. *Lader Narona;* Rehdiger. *ader Narona;* Vatic. 3. *Iadra et nona;* Prag. *Iadra et Nocia,* uterque tamen reiicit poſt *Tragurium;* Cibin. *Iader* (hoc et ex ſuis codd. notant Ciaccon. et A. Gronov.) *Naron atracurium.* Edd. vel coniunctim, vel diviſe, et ſic 1. 9. *Iardena rona;* 2. *Iardena vano;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. *Iadera Nona;* 13. *Iadera Enona;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. *Iadera Narona;* Reinoldius et inde 44. 45. reliquae *Iader, Narona.* TZSCHVCKE. Lego *Naro,* non *Narona* ex Strabone ſeptimo. [p. m. 218. ſ. 515.] PINTIANVS. Idem ad Plinium 3, 25. ſ. 21. pro *Iadera,* uti vitio exemplarium hic et in Ptolemaeo 2, 17. proferatur, vult *Iader.* Atque haec vera forma in noſtro fuiſſe videtur, ſi cogitemus τὸ *na,* Naronae avulſum, huic nomini fuiſſe adpenſum. Neque enim ſimpliciter *Iadera* damnari poteſt, cum ſic Ptolemaeus c. l. et Plinius 3, 25. ſ. 21.

etsi Pintianus ex suis ibi et cap. proximo notet *Iader*, quam formam probat ipse Plinius cap. ult. ubi in omnibus MSS. legitur: *Contra Iader est Lissa.* Quod ex numis excitant *Iadera* Goltzius, Ligorius, Spanhemius, et qui haec conlecta dedit Rasche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 502. nunquam huius urbis monetam exstitisse iudicat Echhelius in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 152. ex quo dubia certe redditur huius formae ex numis auctoritas. *Iadera* tamen occurrit in Muratorii thes. inscrr. p. 328, 1. 871, 6. Sed et *Iader* in Grutero p. 301. et museo Veronensi p. 267, 1. Ita etiam proferunt Antonin. itiner. p. 272. Wessel. Lucan. 4, 405. Vibius Sequester p. 13. Oberl. quamquam in his duobus fluvii est nomen, quod et legitur sic in Boccatio de flumin. h. v. Non igitur, quod scribit Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 111. aliquando tantum in MSS. *Iader* reperitur, immo forte *Iadera* posteriori aevo magis frequentata est, et sic effert Geogr. Ravenn. 4, 16. et 5, 14. Ptolemaeus ipse lib. 8. in Europae tab. 5. scribit Ἰάδερ. *Narona* autem habet etiam Plinius 3, 26. s. 22. praeterque illum Antonin. in itiner. p. 338. Geogr. Ravenn. 4, 16. 5, 14. tab. Peuting. 6. A. et, si fides habenda Goltzio in thes. p. 241. in numis etiam legitur. Pro eo vitiose apud Ptolemaeum 2, 17. Ναρβονὰ Κολώνια vel Ναρβωνὰ, uti ex codd. adfert Wesseling. ad Antonin. itiner. c. l. pro Ναρωνὰ, uti iam dudum docuerat Salmasius ad Vopisci Carum c. 4. contra Scaligerum ad Eusebium n. 2298. qui inde Narbonam in Illyrico etiam fuisse notaverat. Sed docet optime Ptolemaeus ipse, qui lib. 8. in Europae tab. 5. Νάρωνα in hoc tractu commemorat. Non igitur necesse est, a MSS. discedere et cum Pintiano ex Strabone legere *Naron*, in quo etiam non urbis nomen est, sed fluvii, quem et sic commemorant Plin. 3, 26. s. 23. et Ptolemaeus 2, 17.

Tragurium) Vatic. Lipf. Parif. 1. 2. 3. Venet. Gud. Rehdiger. Vindob. Cibin. (de quo antea) *tracurium;* Prag. *Tracgutrium;* Havn. videtur habuiffe *tragurium.* Edd. 1. 2. 9. *Tracurium;* 11. *Trafurium;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Tragurium;* tantum Vadianae aliquae, uti 22. 30. 32. 37. *Tagurium,* ut in erratis adeo leg. monuit Henifchius (ed. 34.) cum in ipfo contextu recte legatur *Tragurium.* In Graecis eft γ. Quam autem faepe in Latinis *g* et *c* commutentur, docent nominum exempla permulta, quorum etiam fcriptura ideo varie agitatur et fluctuatur. Sic *Gandari* et *Candari, cycnus* et *cygnus, Procne* et *Progne, Cnoffus* et *Gnoffus, Cnidus* et *Gnidus,* aliaque. Plura dabunt Muncker. ad Hygin. in. p. 3. ed. Staver. Norifius ad Cenotaph. Pif. diff. 4. c. 5. p. 475. et quae iam fupra notavi ad 1, 16, 2.

Polaticus) Gud. *pollaticus.* Poft Rehdiger. *quondam ut ferunt a Colchis;* Cibin. *colchiis;* Gud. *cholchis;* Cibin. *ut feret.*

in quantum res transeunt) Aliena verba, non Melae. PINTIANVS. Quatuor hae dictiones fupervacaneae exiftunt, et ab aliquo ex fuo capite textui interpofitae, proinde abolendae; duae dictiones, *ut ferunt,* quae iftam fententiam praecedunt, etiam delendae. CIACCONIVS. Non probo eorum iudicium, qui haec verba abiiciunt. Vt enim oftendat, in quantum mutata fit fors iftius civitatis, dicit illam olim conditam et habitatam fuiffe a viliffimis barbaris, Colchorum nempe exulibus; at vero nunc, inquit, effe eam populi Romani coloniam, et inhabitari a civibus Romanis. Quanto vero in honore habitae fint omnes Romanorum coloniae, exiftimatasque fuiffe tamquam parvas effigies et fimulacra amplitudinis et maieftatis Romanae, opus non effe exiftimo pluribus monere. VOSSIVS. Servant haec verba libri

omnes et ſcripti et editi, tantum Schottus ita Pintiani monitis ceſſit, ut minutis literis diſtingueret. Lubrica eſt de his ſententiis vel aliis explicandi formulis, narrationi inſertis, et in utramque partem patens disputatio. Cum tamen Mela a talibus non abhorreat, et magnam in hoc rerum converſionem, qua ipſe percuſſus erat, non inepte ab aliis etiam percipi penitus cuperet, ſedem datam tenere et porro poſſunt. Ita vero *ut aiunt* et ſimilia, de quibus ad 1, 4, 4. et 2, 1, 5. dictum eſt, adſperguntur, et, ut hic, ſic fere de Helleſponti ponte 2, 2, 7. *mirum atque ingens facinus.* Cf. 1, 7. ſ. de Philaenis. Poſt Gud. τὸ *nunc* omiſit.

Aeas) Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. puto etiam Vatic. *eas*; Lipſ. *Heas*; Pariſ. aliique *Aeas.* Edd. 1. 2. 9. 11. 13. 15. 17. 20. 23. *Eas*; reliquae *Acas*, quod ex aliis auctoribus probatur, etſi etiam in iis libri nomen verum vitiant. Sic in Lucano 6, 361. MSS. *Oeas*, *Aenas*, et *Eas.* Ἄνας in Dione Caſſ. 41. 45. Cf. etiam poſt.

Nar et Danubius) Ita omnes MSS. etiam Zaluſc. hic diſerte notatus; tantum pro *Nar* Pariſ. 1. *natura*; in Rehdiger. verba *et Danubius* — *Nar* exciderunt. Cum MSS. faciunt edd. omnes ante Schottum et Voſſium. Ille dedit: *Naro* (uti poſt) *et alius ab eo, qui iam* — hic: *Nar ex Danubio, qui iam* — idque receperunt 40. 41. 42. Priſcam lectionem revocavit Reinoldius, quae et inde ab ed. 44. locum obtinuit. TZSCHUCKE. Italiae fluvius eſt *Nar*, urbem *Narniam*, ab eo nominatam, alluens, teſte vel ſummo poeta in ſeptimo [Aen. 7, 517.] et Servio in eum. Item et Claudiano. [in Conſul. Probini et Olybr. v. 256.] Quapropter *Naro* hic legendum, non *Nar*, ex Strabone, [7. p. m. 218. ſ. 315.] Stephano, [ſ. v. Ναρωνα, ubi Νάρωνα vocat] Plinio, [3, 26. ſ. 23.] Appiano in Illyrico, [c. 11.] qui nomen dedit Naroni civitati, de qua

mox ante. Nec Pomponius *Nar* ſcriptum reliquit, ut Hermolaus ſentire videtur, ſed librariorum eſt ac correctorum ea culpa. Tum legendum puto, *et alius ab eo, qui iam dictus eſt Iſter.* Nam ſupra de Iſtro, qui in Pontum decurrit, dictum fuit. Cuius an ſit alveus hic Iſtriae fluvius, magna inter antiquos ſcriptores contentio fuit. Quam ſi vellem ad longum perſequi, citatis utriusque opinionis fautoribus, alterum eſſet opus. Maior pars negat, inter quos Diodorus in quinto, [immo 4, 56.] deceptos, qui eſſe tradant, vocis unitate putat. PINTIANVS. Conſtituta hac lectione, fruſtra ſudat Vadianus et Olivarius Valentinus. SCHOTTVS. Qua Euxino vicinus eſt, ſit Iſter, ut ſuperius monuit; qua vero vicinus eſt fontibus ſuis, Danubius vocatur. Itaque ſic intelligenda videntur eſſe haec verba, eundem illum Danubium, quem ſupra Iſtrum vocari dixit, effluere in Adriaticum pelagus, et illic vocari Danubium. Quia tamen nemo hic Danubium nominat, verior, ut puto, eſt lectio noſtra *ex Danubio, qui iam dictus eſt, Iſter.* Graecorum antiquiſſimos exiſtimaſſe, Iſtrum etiam in hoc pelagus exire, notiſſimum eſt. Certe de huius fluminis fontibus non minus fabulati ſunt veteres, quam de fontibus Nili. Quae de iis prodit Herodotus [2, 33.] et Ariſtoteles in meteorologicis, [1, 13.] et illa quoque ſatis ſunt nota. Verum illud operae pretium eſt monere, inepte quosdam *Adduam* et *Dubin* flumina Danubium vocare, tamquam ſi eadem eſſent, aut ex iisdem profluerent fontibus. Iulianus Apoſtata [epiſt. 58.] Δάνουβιν vocat, non Δοῦβιν, fluvium illum, qui Ararim influit. *Adduam* vero vel *Aduam*, utrumque enim dicitur, qui Pado miſcetur, dici Danubium teſtatur Feſtus Pompeius *Addubanum* [h. v.] *Danubium.* Per Adubanum enim hoc intelligendum eſſe flumen docent gloſſae veteres *Adubanus*, Ἀδούας. Verum haec penitius inſpicienda. Sic itaque exiſtimo vocem *Adubani*, uti habent gloſſae, promanaſſe ex vetuſta quidem, attamen corrupta Feſti

lectione. Notum eſt, quam multa ex hoc auctore hauſerint omnes fere Gloſſographi. Pro eo vero, quod eſt in melioribus Feſti codicibus, *Addubanum, dubium*, reponendum eſſe arbitror, non uti Scaliger exiſtimabat, *Ad dubienum*, ſed vero *Adduam, Dubim*. Confudit iſta duo flumina Feſtus, vel nominis aliqua ſimilitudine, vel quod ex iisdem fontibus provenire legiſſet, uti exiſtimarunt veterum nonnulli. Sed nihil efficimus, niſi ex ipſo Caeſare verum hoc eſſe oſtendamus. Is igitur libro 1. de bello Gallico [c. 38.] de Veſontione urbe dicit: *Flumen Alduasbis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit.* Meliores libri legunt *Alduasdubis*, vel *Abduasdubis*, corrupte pro *Adduas, Dubis.* Sed profecto ſcripſerat Caeſar: *Flumen Dubis.* Alterum vero quis iam non videat ex hoc Feſti loco pro interpretamento fuiſſe adſcriptum? VOSSIVS. De *Narone*, unde *Narona* dicta eſt, non temere monuit Pintianus. At *Nar* tuentur omnes libri, et in *r* deſinentia hic et alibi occurrunt, niſi quis velit Melam cognomini fluvio deceptum fuiſſe. Forte tamen haec accolarum fuit forma, cui ſcriptores ſuam popularium adleverunt. Poſteriorem huius loci partem, in qua ingens mendum latere exiſtimaverat etiam Cluverius, ita ille in Ital. ant. 1, 21. p. 205. tentat: *et alius a Danubio, qui iam dictus* — Emendationem ſuam Voſſius iam antea propoſuerat ad Scylacem p. 14. ed. I. Gronovii, qui inanem vocat, in margine reddidit Lucius de regno Dalmatiae 1, 2. p. 16. ubi hunc Melae locum adpoſuit. Eſt quidem illa lenior, attamen Melae obtrudi non poteſt, qui vulgarem de altero Iſtri exitu errorem ſecutus, cum verus Iſter Danubius adpelletur, Danubium etiam hic male obtruſit. Talia non tam corrigenda, quam caſtiganda videntur. *Nar*, etiam habet Boccatius de fluminibus h. v.

Aeas) Cibin. aliique cum quibusdam edd. ut ſupra *Eas.* Sic Pariſ. 1. *apolineam*; Vatic. *apollineam*; Lipſ.

appollineam; Gud. *appoloniam*; Prag. edd. 12. 19. *Appolloniam*; Vindob. *apoloniam*. Vid. ſupra.

Pyraeos) Lipſ. Vindob. *pireos*; Venet. *Pitheos*; Rehdig. *pyrecheos*; Cibin. Prag. ut edd. aliquae *pyreos*. De iis ſupra etiam notatum. Sic porro et hic nominibus *Iſtros*, *Iſter* adſpirationem codices multi praeponunt, quidam etiam, in quibus Cibin. Rehdiger. per y in penultima ſcribunt. Pro *Liburnos* ante Gud. *iliburnos*; Rehdiger. *lyburnos*. Tum uterque *emittit*; Havn. *amittitur*.

Tergeſte) Ita hic omnes codices praeter Voſſ. 1. qui notante ſupra A. Gronovio uti Ciaccon. habet *Tergeſtum*, Cibin. in quo legi *Tergreſto*, et Pariſ. 1. qui habet *Tergeſto*. Edd. vetuſtae *Tergeſte*; Vadianus primus dedit *Tergeſtum*, et hinc cum eius familia 21. 24. 28. Olivarianae, Vinetus, Schottus. *Tergeſte* reduxit Voſſius ceteris ſequentibus. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [3, 1.] *Tergeſtum* nominat; Strabo, [7. p. m. 217. ſ. 314.] Plinius [3, 22. ſ. 18.] et ipſe Pomponius infra *Tergeſte*. PINTIANVS. Poſſit quidem altera terminatio ferri, cum tot codices ſuffragantes nacta ſit, et paſſim ſic variare ſoleant ipſi auctores, certe variare iubeant libri, ut in hoc ipſo nomine Strabo c. l. Τεργέστης et Τεργεστῶν, noſter etiam ſimilia exempla ſubminiſtret, veluti *Illyris* 1, 3, 4. et hic *Illyricum*; ſupra in hoc capite *Atthis* et *Attica*, *Boeotis* et *Boeotia*; cf. ad 2, 7, 15. malui tamen in hac vicinia id dare optimis illis codicibus, ut *Tergeſtum* reciperem. Forte huc faciat vox *ſitum*, cum Strabo Τεργέστης dixerit; at dubium hoc, cum et *Praeneſte* et ſimilia occurrant, et Velleius 2, 110, 4. *Tergeſtis* in obliquo caſu, non *Tergeſtes* vel *Tergeſtae* inflexerit.

intimo in ſinu) Aldus *Tergeſte in intimo ſinu*. Alius codex: *Tergeſtum intimo ſinu*, abiecta particula *in*.

Forte leg. *Tergeſte in intimo ſinu Adriae.* Sed et ἄστυ Τεργεσταίων agnoſcit in Macedonia Dionyſius Periegetes. [v. 382.] CIACCONIVS. At ed. Aldina 1518. habet *intimo in ſinu.*

Adriae — Illyricum) Cibin. *ſinum adrie*; Rehdiger. *adrie*; Pariſ. 1. *atriae.* Edd. 1. 2. 9. 13. *hadrie.* De ſcriptura iam aliquoties dictum eſt. Poſt Rehdiger. *ſitam.* Edd. 32. 37. *ſinum ſinit.* Lipſ. *ylirìcum*; Vindob. *illiricum*; ed. 9. *Iliricum*; Prag. eam vocem omiſit.

C A P. IV.

Cod. Lipſ. et Gud. inſcribunt *de Italia breviter;* Pariſ. 2. *Italiae deſcriptio particularis*; Zaluſcian. *de Italia et oris Italiae, fluminibus et memorabilibus locis. Principium ab Alpibus mediis inter cornua. Finis ad Galliam;* alii intervallo ſeparant a priori capite, uti Rehdiger. Prag. alii continua ſerie adnectunt, ut Cibin. Sic editiones; 1. 9. 11. 13. inſcribunt *de Italia*; 12. 14. 19. Vadianae, Olivarianae, 21. 25. 28. cum Schotto, Voſſio, Gronoviis et poſterioribus *Italia*; 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Italiae deſcriptio*; addunt aliae capitis numerum uti 9. 13. capitulum 2; 15. 17. 20. 23. caput 2; 11. capitulum 5; recentiores caput 4; vetuſtae tantum fere ſegmento aut ſpatio vacuo diſtinguunt. Vinetus hinc exorditur cap. 32.

§. 1. *De Italia)* Cibin. *De Ytalia*; poſt Gud. bis *quod*; Vatican. 1. *exegit*; Lipſ. omiſit *ordo*; Rehdiger. *egent*; Ciaccon. et Lipſ. *egeat*, magis eleganter; Pariſ. 1. *dicuntur*; Prag. *dicenda ſunt*; idem deinceps lepide: *nota ſunt omnia mihi.*

Ab Alpibus) Venet. *Ab Alpinis*; poſt Ciaccon. *utque procedit*; idem *ſe mediam.* Edd. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae et pleraeque Olivarianae, Vinetus, Schottus *mediam ſe*; ex Olivarianis, quas certe notavi, Munſterus, Stephanus, Lugdun. 1646. *media ſe*; Voſſius, uti et in nota monuit, ex MSS. repoſuit *ſe media*, quod manſit.

iugo Apennini montis) Parum ſibi in libris horum verborum ordo conſtat, nec in primo ſcriptura. Sic Lipſ. Rehdiger. *appenini*; Cibin. *appennini*; Gud. Vindobon. *apenini.* Editiones *appenini*, ut 1. 2. 9. *appennini* 11. 13. *Apoenini* 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. Vadianae; Olivarianae tantum non omnes *Apoenini.* Sed de ordine, ſervata vera ſcriptura *Apennini*, Ciaccon. item meliores, teſte A. Gronovio, et ex meis Cibin. Lipſ. Vatic. Gud. Prag. quos notavi *iugo Apennini montis*; Vindob. Rehdiger. edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Apennini iugo montis*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivariane, Vinetus, Schottus *Apennini montis iugo*; Voſſius, 40. 41. 42. *iugo Apennini attollens montis*; Reinoldius cum ceteris *iugo Apennini montis attollens*, quod, cum praeferant meliores, reliqui. Forte vox *montis* inſerta turbas dedit, cum *Apenninus* etiam ſimpliciter dicatur. Solinus cap. 8. ſ. 2. ubi noſtrum fere reddit: *Apennini montis dorſo.* Tum *Apennini* melius duplici *n* ſcribitur, uti docent veterum auctorum, poetarum maxime, loca, etſi paſſim ſimplici occurrit, uti in Ptolemaeo Bertii 3, 1. Duplex vero *p* alibi etiam habent libri vetuſti, de quo Drakenb. ad Liv. 5, 33, 6. qui et ſic dedit in Silio 2, 314. 333 — rectius a Rupertio deſertus, quam ab Erneſtio probatus. Vid. quae de hac ſcriptura eiusque etiam proſaica ratione disſeruerunt Schraderus ad Avien. v. 483. et, quem laudat, Oudend. ad Sueton. Iul. c. 44. p. 72. Tuentur etiam

inſcriptiones, veluti decretum in tabula aenea apud Gruterum p. 204.

Adriaticum) Leidenſ. Voſſ. 3. 5. Lipſ. Gud. *adriacum*; Vindobon. *andriaticum*. Edd. 1. 2. 9. 13. *Hadriacum*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 23. *Adriacum*; poſt mutata priori lectione Vadianus in ed. altera 22. dedit *Adriaticum*, et inde 24. 25. et ceterae. Ita tamen iam legitur in ed. 21. TZSCHVCKE. Sic quidem et ſupra. Non tamen negligendum puto, quod in MS. [Gud.] inveni *Adriacum*, quod et praefert Iuntina; ſed alterum eſt in MS. Mediolanenſi. Quod idem prorſus contigit lib. 2. c. 7. *Adriaco mari*, prout in eodem MS. vidi. I. GRONOVIVS. Retinui *Adriaticum* ex Codd. plerisque, in quibus optimi, veluti Vatic. Cibin. praefixa tantum adſpiratione, de qua ad 1, 3, 3. et 2, 2, 2. etſi altera forma damnari omnino nequit. Poſt Vindob. Prag. *tuſchum*. Edd. aliquae vetuſtae, ut 2. 9. 15. *Thuſcum*, uti olim ſolebat, et Voſſius adeo poſuit, ut infra *Thuſcis*, invitis quidem bonis libris et maxime priſcis monumentis.

eadem) Abeſt in Vatic. 3. Havn. Prag. et forte in Pariſienſibus; omiſit etiam Voſſius et inde 40. 41. 42. Sed agnoſcunt meliores MSS. ab A. Gronovio inſpecti et quos ego adhibui, diſerteque notatum erat ex Zaluſc. In Lipſ. forte compendio deluſus librarius, dedit *eam*. Poſt Vindob. *appellant*; Prag. *ut dicitur (dr) appellentur*.

finditur) Voſſii optimus *funditur*; Lipſ. Vindobon. Pariſ. 1. 2. 3. Prag. Vatic. 3. *ſcinditur*; Havn. *findit*; Vatic. 1. Cibin. Zaluſc. Venet. Rehdiger. Gud. *finditur*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. reliquae cum Camertinis, Ald. Iunt. Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto *ſcinditur*; Voſſius *funditur*; Gronovii et ſequentes *finditur*. TZSCHVCKE. Alii libri *finditur*;

verum optimus *funditur*, uti repofuimus. Sic quoque alibi loquitur. De eadem re agens Salluftius in fragmento apud Servium ad Aeneidos 3, [v. 400.] *Omnis Italia coacta in anguftias funditur in duo promuntoria Brutium et Salentinum.* Sic legendum, non *inter duo promuntoria*, ut vulgo. Idem hic dicit Mela, qui paffim Salluftium imitatur. VOSSIVS. Verbum *funditur* minus aptum in hoc nexu videtur, quippe quod latam difperfionem in varias partes indicat. Sic 1, 5, 3. *Hic iam mare latius funditur.* Confufio verborum *funditur* et *finditur* facillima eft, et paffim occurrit, veluti in Virgilio Aen. 6, 540. Tum parum fibi conftat Servii lectio, ubi in aliis libris eft *fcinditur*, quod habet ed. Burmanni, et reddidit cum Waffio Curtius. Rectius inter *fcinditur* et *finditur* fluctuari poteft iudicium et in utramque partem deliberatio agitari, cum verba fint non modo fenfu ipfo adfinia, fed et alibi commifceantur, uti docuerunt Burmann. ad Ovid. epift. 12, 94. 17, 139. idem et Heinfius ad Ovid. Metam. 2, 159. Zinzerling. in diatribe priori poft promulf. crit. p. 188. Drakenborch. ad Liv. 22, 1, 11. Heyne ad Tibull. 1, 7, 21. et 1, 10, 53. Tum nofter *findere* fic adhibere folet, uti 1, 18. f. *mare — litus obvium findit;* 2, 6, 6. *pelagus — in duos finus promontorio finditur.* At habet etiam *fcindere*, uti 1, 9, 2. *Nilus in feptem ora fe fcindens*, et in primis infra, ubi hunc locum refpiciens dicit: *Frons eius in duo quidem fe cornua, ficut fupra diximus, fcindit.* Etfi igitur latius patet vis verbi *fcindere*, verbis tamen adiectis fatis regitur, et altero loco eius fedes in hoc figitur. Accedit, quod addicunt hic libri etiam non pauci, qui infra ad unum omnes in illa voce confpirant. Denique etiam Solinus c. 8. f. 2. qui noftrum preffius reddidit, habet: *in duo cornua fcinditur.*

Siculum) Prag. omiffo vocabulo *pelagus* dat *Sciculum*; idem poft *leonium* et *alicui*; Ciaccon. *aliubi*,

de qua variatione Burmann. ad Petronii Satyr. 45, 4. et infra ad 3, 6, 9. Vindob. Gud. Rehdiger. *cepit.*

§. 2. *aliae aliaeque)* Priorem vocem omittunt Vatic. 3. Vindob. Prag.

gentes) Vossian. 5. addit *tenent*; Vadianus adpendit *habitant*, quod cum eius familia servarunt Olivarianae cum 24. Vinetus et Schottus, expulit iterum Vossius, et ignorant codices editionesque ante Vadianum. TZSCHVCKE. Lectionem, quam dedimus, confirmant vetera exemplaria, in quibus deest τὸ *habitant*. VOSSIVS. Editiones addunt *habitat*. At Voss. 5. addit *tenent*, perinde atque meliores MSS. h. l. cap. 1. *quoad Satarchae et Taurici tenent.* Τὸ *habitant* ortum fuisse ex glossa τοῦ *tenent*, idque verbum ob vicinitatem literarum vocis *gentes* e contextu excidisse existimabat Oudendorpius. A. GRONOVIVS. Nihil puto, excidit, immo facile, quod quis hic desideret, subpleri potest ex sequentium nexu, in quo *colunt*, pro quo hic maluit Voss. 5. infercire *tenent*. Maiori contra et iustiori desiderio in quibusdam edd. exsulat *tenent* 1, 2, 6.

sinistra parte) Ciaccon. (in quo et postea *Togatae Galliae*) Vatic. Lips. Cibin. Paris. 1. 3. Gud. Prag. Vindob. Rehdiger. Venet. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *sinistram partem*; inde a Vadiano legitur in reliquis *sinistra parte.* TZSCHVCKE. Aldus: *sinistram partem.* Vide, an legendum sit: *ad sinistram partem*; nam sequitur: *Ad dextram sunt sub Alpibus Ligures.* PINTIANVS. Equidem recte a Vadiano locum constitutum esse puto, in quo male sedula manus adposuit *m*, cuius signum, lineola brevis, etiam alibi modo negligitur, modo obtruditur. Nempe verba *Togatam Galliam* hanc formam respuunt, et quod Cod. Ciaccon. scribit

Togatae Galliae, quo quidem ſtructura altera vindicatur, duriuscula tamen illa eſt in hac verborum ſerie et a ſumma narrationis remotior.

Carni) Vatic. 1. 3. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Prag. Vindobon. forte Venet. Havn. *Cauni*; Rehdiger. *Caurni*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Canni*: 6. 7. 8. 10. 12. reliquae *Carni*, uti iam Hermolaus Barbarus emendaverat, et ipſa res poſtulat. Sed et praeterea ſic habet Ciaccon. et ex meis Cibin. qui tamen poſt ſcribit *ytalici*.

Frentani) Cibin. *Fentani*; alii *Frentani*; Lipſ. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Ferentani*. Alii libri *Frentani*. TZSCHVCKE. Scribendum *Frentani*. Nam *Ferentani* a *Ferento* Sabinorum ſive Samnitum oppido. Sunt et *Ferentini*, *Feretinatesque*, illi Etruriae populi, *Ferentinates* vero Latii, ut in Plinio [3. 9. ſ. 5.] declaratum eſt. BARBARVS. *Ferentani* et *Frentani* et alibi, veluti in Livio 9, 16. in. Iulio Caeſ. de B. C. 1, 23. f. variantur, et Φερεντανοὶ reliquit in Appiano de B. Civ. 1, 39. Schweighaeuſerus, etſi Cluverius de Ital. ant. 2, 14. p. 755. mutatos volebat in Φρεντανοὶ, qua forma uti ſolet Strabo 5. p. m. 166. ſ. p. 241. et alibi cum Ptolemaeo 3, 1. Plinio 3, 6 ſ. 5. Sic et recepit Schweighaeuſerus in Polybio 2, 24, 12. ubi antea Φερεντάνων ferebatur, et tuentur in Caeſare de B. Civ. 1, 23. f. Voſſius et Oudendorpius. In utroque enim auctore cum Marrucinis aliisque populis coniunguntur, ut de Ferenti, Apuliae oppidi, vel Latii incolis intelligi nequeant. Eadem de cauſa in Cicerone pro Cluentio cap. 69. *Frentani* legendum cenſet Graevius, adprobante Garatonio. Sic cum Marrucinis iungit Silius 8, 519. et 15, 567. ubi metri leges hanc formam confirmant. Ipſorum regio apud Plinium 3, 16. ſ. 11. *Frentana regio* dicitur, et Φρεντανὴ apud Polyb. 3, 88, 3.

qui Μαῤῥουκίνην adiungit. *Ferentanos* tamen dedit ex plerisque libris Drakenb. apud Liv. 9, 16. in. ubi prolixa agitur de his populis eorumque fcriptura virorum doctorum disputatio, in quibus certe I. Fr. Gronovius *Ferentanos* nullos agnofcit. Nempe etiam quaeritur, an nomen duxerint ab amne *Frentone*, quod putat Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 534. aliique, et cupidius tuetur Cluverius in Italia ant. 4, 9. p. 1206. quod fufpicari liceat ex Plinio 3, 16. f. 11. mutata quippe tum una litera; an ab urbe *Ferento* Apuliae, quam Acro ad Horat. 3. od. 4, 16. prope Venufiam locat, quae in d'Anville tabula vocatur *Forentum*, uti et in Horatii melioribus libris, ex quibus fic recepit Mitfcherlichius, et Stephani Φορεντανὸν effe videtur. Apuliae urbem Φερέντην commemorat etiam Diodorus Sic. 19, 65. et fic *Ferentani* leguntur apud Livium 9, 15. in. ubi urbis mentio adiicitur. At cum urbis nomen non huius folum, fed et aliarum cognominum fit *Ferentium* vel *Ferentinum*, *Ferentini* potius inde dicendi funt, qua forma etiam commemorantur, vel *Ferentinates*, uti docent loca ad Livium congefta. Hic, quacunque tandem origine profectum eft nomen, *Frentani* ex bonorum auctorum ufu de populo valet. Et fic *Frentani* occurrunt in Gudii infcrr. ant. p. 141, 9. Cf. etiam Voffius ad Iul. Caef. de B. C. 1, 23. extr.

Dauni) Lipf. *Canni* et in margine colore rubro *Clanni*; ut *cl* et *d* mutari folent; Havn. *Celauni*; Vatican. 3. Prag. *Calauni*; edd. 15. 20. *Daune.*

Apuli) Prag. *Appuli*; reliqui etiam Gronoviani *Apuli* cum plerisque editionibus; tantum 15. 17. 20. 24. 25. Olivarianae, etfi non omnes, *Appuli*. Prior fcriptura praeferenda ex monumentis antiquis, quae dant *Apulia.* Vid. Gruter. infcrr. p. 14, 12. 411, 1. et alibi, Reinef. infcrr. 2, 18. 5, 62. Gudii ant. infcrr. p. 10, 8.

46, 10. Museum Veronense p. 113, 1. Marmora Pisaurens. n. 55. et alibi, in primis fasti triumphal. an. 451. Sic in tabula Peutinger. 5. C. Accedit, quod Horatius, indice Oudendorpio ad Lucan. 2, 607. alias primam corripere non potuisset, uti facit 3. od. 4, 10. Quare et eam scripturam probant Manutius, Dausqueius, Cellarius in orthographiis, hic etiam in Geogr. ant. 2, 9, 543. Vinetus ad Flor. 1, 18. Drakenb. ad Liv. epit. 9. Garaton. ad Cicer. pro Cluentio c. 9. et alii. Nec discrepant auctores Graeci, Strabo 6. p. m. 197. s. 285. Ptolemaeus 2, 1. — Post Gud. *calebri.*

Sallentini) Lips. Gud. Prag. Vindob. et forte Parisienses, Venet. Havn. *Salentini;* Voss. 1. *Sallentani;* reliqui *Sallentini*, quod de Mediol. etiam notavit Abr. Gronovius. Edd. 1. (2?) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et reliquae cum Reinoldianis *Salentini;* 30. vitiose *Salantini.* Primus A. Gronovius in ed. 45. dedit *Sallentini*, cui accesserunt posteriores editores. TZSCHVCKE. Hanc scripturam confirmat inscriptio apud Gruterum p. 296. et 297. Livius 25, 1. *Sallentinorum ignobiles urbes.* A. GRONOVIVS. Eadem variatio et infra et alibi in libris notatur. Quodsi audias Grammaticos aliquos veteres, qui a *salo* nomen deducunt, veluti Festum in Gothofredi auctorr. L. L. p. 203. Varron. apud Probum in Virgilii eclog. 6, 31. *Salentini* scribendum sit, et sic scribunt Strabo 6. p. m. 194. s. 282. Sic et inscriptio sub Nerva apud Gruterum p. 199, 1. et tabula Peutinger. 6, B. et, si nummis quibusdam fides habenda est, quam tamen dubiam faciunt disputata ab Eckhelio in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 145. suffragantur et hi, tantum Σαλαντινων. Ad alteram tamen scripturam antiquiora monumenta avocant, uti fasti Capitolini apud Gruter. p. 296. 297. tab. Peutinger. 6. B. Cf. Muratorii thes. inscrr. p. 566, 7. etsi simplex *l* p. 1073, 1.

Sallentiam etiam tuetur in Stephano literarum ordo, et in Eutropio 2, 17. f. 9. reddit Paeanius. Hinc etiam probant fere hodie viri docti, e quibus vid. Drakenb. ad Silium 8, 573. et ad Livii epit. 15. Oudendorp. ad Frontin. 2, 3, 21. et Heinfius et Burman. ad Virgil. Aen. 3, 400. Reliqui igitur receptam hodie fcripturam, quae et antiquior videtur.

Ad dextram) Cibin. Gud. Lipf. (etiam hi duo infra) *ad dexteram*, uti poft variatur. Vinetus hinc exorditur cap. 33.

Apennino) Prag. Rehdiger. *appennino;* Gud. *appenino;* Vindobon. *apenino.* Edd. prifcae *appènino*, *appennino*, *apóenino*, quod et poft pluribus adhaefit. Sed vid. fupra. Poft Rehdiger. *lygures;* Gud. *bigures.*

Etruria) Ita ex Mediol. et Voff. 1. notat Abr. Gronovius, nec aliter mei, nifi forte cum edd. fuis Parifienfes, Havn. Venet. *Hetruria* habuerunt, uti fcribunt edd. plurimae, etiam 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. aliaeque, et propagavit Voffius ad 40. 41. 42. Inde rediit *Etruria*, fcriptura magis probabili, quam tamen propofuit ed. 13. et adhibent monumenta prifca, veluti publicum in Gruteri thef. p. 296. faepius. Vid. Gorii infcrr. ant. P. 2. n. 12. p. 18, 3. p. 60. et 369. P. 3. p. 11. Reinefii fyntagm. infcrr. ant. 6, 43. 104. 105. Gudii infcrr. ant. p. 186. 8. et fic faepe in Muratorii thefauro. Occurrit quidem paffim cum adfpiratione, veluti in Gudii infcrr. p. 134. n. 5. Reinefii fyntagm. claff. 3. n. 74. (fub Tiberio Claudio) fed rariora funt huius formae exempla, forte vitiata, aut fecutae mutationis documenta. Quare etiam viri docti adfpirationem reiicere et damnare folent. Vid. quos commemorat Drakenb. ad Liv. 1, 2, 3. inque iis Pierium ad Virgil. Georg. 2, 533. Poft edd. 15. 20. 23. vitiofe *Volci.*

Campania) Lipſ. Vindob. Prag. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. omninoque omnes ad Voſſium *Campani.* Hic repoſuit *Campania,* quod comprobant reliqui mei codices. Nempe offenderat regionis in mediis populis commemoratio. At ita et proximo capite §. 12. dixerat noſter *Pyraei,* et *Liburni* et *Iſtria,* ubi etiam codices multi *Iſtri.*

Bruttii) Mediolan. Voſſ. 3. Gud. *Brutti;* Vatic. Cibin. *bruti;* Vindob. Prag. *brucii;* Lipſ. Rehdiger. et ſic forte Pariſienſes, Venet. Havn. *Brutii* cum editionibus etiam Reinoldianis. A. Gronovius in edd. 44. 45. dedit *Bruttii,* quod poſtea manſit. Cf. infra ad 2, 7, 14. Videtur tamen ita iam ſcripſiſſe Vinetus. Rectius quidem, ſi fidem ſequaris priſcorum monumentorum. Vid. Gruter. p. 199, 1. in primis p. 296. Reineſ. 6, 12. Murator. p. 618, 4. 1078, 3. Accedunt Graeci, qui, etſi in vocali antepenultimae discrepant, conſonam tamen illam geminare ſolent. Sic Βρουττία et Βρούττιοι Stephanus, ubi literarum ordo id tuetur, etſi Βρούτιοι editur in Ptolemaeo 2, 1. Sic, quod Cellarius in Geogr. ant. 2, 9. 625. ex Appiano de B. Hannib. (cap. 44. 49. 54.) Βρούτιοι affert, ſuffragantibus codicibus transiit in Βρούττιοι, de quo cf. Schweighaeuſer. Vol. 3. p. 379 ſq. ubi etiam Βρέττιοι huc refert, quod damnaverat H. Stephanus. Ita enim hi populi paſſim in auctoribus Graecis et in numis multis adpellantur, de quibus vid. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1609 ſqq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 166 ſq. Et ſic Strabo Βρέττιοι habet et Βρεττία prima adpellatione. ex qua deinde a Latinis prodiit *Bruttium.* Cf. lib. 6. p. m. 176. ſ. 255. et alibi. Nam quod lib. 5. p. m. 146. ſ. 211. Βρέτιοι legitur etiamnunc, id ad uſitatam formam revocant ex codicibus meis Pariſ. et Moſcov. Ita vero Βρεττία et Βρέττιοι in Polybio paſſim, quae ex variata auctorum ſcriptura ſeparatim commemorat Ste-

phanus. *Brittii* occurrit in inſcriptione apud Gualtherum (in theſ. Sicil.) Vol. 5. p. 874. et 954. Gruter. p. 1094, 5. Diſerte etiam duplici *t* ſcribendum eſſe hoc nomen monet Euſtathius ad Dionyſ. v. 362. Quare etiam *Bruttii* probatur a viris doctis, e quibus vide Mauntium, Dausqueium et Cellarium in orthographiis, Heinſium et Drakenb. ad Sil. Ital. 6, 15. hunc etiam ad Livii epit. lib. 12. Cortium ad Salluſt. Catil. c. 42. Oudendorp. ad Frontin. 2, 3, 21. — fruſtra renitente Cluverio in Ital. ant. 4, 15. p. 1283. ex *Britanniae* ſcriptura, quae in utraque lingua uſu ſuo invaluit.

a mari) Abeſt in Pariſ. 1. 2. Vatic. 3. Prag. vitioſe, ut ſequentia docent. Poſt Lipſ. *patavum;* Vindobon. *pantavium;* idem et Prag. Rehdiger. *Anthenoris;* Cibin. *bonia;* Vindob. Rehdiger. praecedens *et* omiſerunt.

Capua a Tuſcis) Vindobon. *Capuam;* Havn. Pariſ. 2. *Capua Etruſcia;* Vatic. 3. Prag. *Capua Etruſca.* Verba *et Roma* deſunt in Vindob. τὸ *et* in Pariſ. 1. et *Romam* habet Rehdiger.

a paſtoribus) Τὸ *a* ignorant Cibin. quinque MSS. A. Gronovii, ex meis Vatic. 1. Cibin. Gud. Rehdiger. TZSCHVCKE. Praepoſitio *a* redundat, eaque abeſt a quinque MSS. Vide Oudendorpium ad 1, 11. f. A. GRONOVIVS. Adde, quae ibi notavi. Durius hic abeſſe putem, vel ad remotum nimis *a* referri, cum ſic melius Noſter diſtinguat. Tum verba *a Tuſcis*, quae a voce *condita* reguntur, aperte docent *paſtoribus* ablativum eſſe; at quae ad 1, 11. disputantur, de dativo, Graeca forma, unice valere, quae quidem ratio ſi huc accommodetur, ſtructuram disiiciat. Occurrit quidem infra 3, 6, 2. *Erythia, quam Geryone habitatam accepimus.* Sed ibi legendum potius videtur *Geryonae.* Poſt

pro *dicatur* Vindob. *ditatur*, et Rehdiger. *alter orbis* pro *alterum opus.*

§. 3. *At in oris)* Vatic. 3. Venet. *At altinois;* Parif. 2. *Altines;* Prag. *alti nominis;* Cibin. *atinoriis;* Gud. *at moriis;* Vindob. *moris.*

Tergefte) Sic omnes libri. Cluverius tamen in Ital. ant. 1, 20. p. 198. mutatum velit in *Tergeſto*, ut in fuperiori capite bis legerat. Sed et Strabo hoc nomen fic variat. Vid. ad 2, 5. f. Hic propter conftantem librorum confenfum, cum proba fit haec forma et in aliis Mela ita verfetur, per intervalla maxime, nihil mutem.

interfluit) Vindob. *interfuit;* Cibin. *tymaius;* Prag. *Timanus;* Rehdiger. diftinguit: *interfluit. Timavus;* poft Vindob. *in hoftio.*

Natiſo) Cibin. Lipf. *atiſſo;* Vatic. 3. Parif. 1. 2. Gud. Vindobon. *atiſo;* Parif. 3. Prag. *ā Tiſo;* Havn. Rehdig. *Athiſo.* Edd. 1. 2. 9. *atiſo.* Alii libri *Natiſo.* Tò *n* omiffum latere videtur in praecedente voce *deinde* ex fcripturae compendio *deīn.* A. Gronovius etiam in ed. 44. dedit *dein Natiſo.*

Aquileiam) Voffius ex veteribus libris, ex tribus MSS. A. Gronovius adferunt *Aquilegiam*, quibus Parif. 1. 2. Lipf. Gud. Prag. Vindobon. et edd. 1. 2. accedunt. Rehdiger. *aquilema;* ed. 23. *Aquileam;* in aliis *Aquileiam.* Voffius *Aquilegiam* prifcum nomen urbis fuiffe autumat, ductum a fontium et rivorum copia. Quod etfi verum effe poteft, tamen, ut nec Melam eiusque librarios in animo habuiffe credibile eft, ita *Aquileia* ab aliis exprimitur. Et fic apud Gruter. p. 433, 8. *Aquileia colonia* legitur in triumvirum, qui deduxit, L. Manlium. *Aquileienſis* eft in infcr. quam dedit

Martin in libro la religion des Gaulois T. 1. p. 379. Adfertur etiam numus Attilae regis, in quo integre fcribitur *Aquilcia.* Vid. Rafche Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1000. *Aquileia* etiam eft in tab. Peutinger. 4. A. Confentiunt auctores, ex quibus Graeci huc maxime valent. Ita Strabo 4. f. et 5. p. m. 148. f. 214. Stephanus h. v. Ἀκυληΐα. Ptolemaeus 3, 1. Ἀκουληΐα forte Ἀκυληΐα, uti fcribit idem in Europae tabula 6. Secundum Euftathium ad Dionyf. v. 378. dicta eft Ἀκυληΐα et Ακυλία τετρασυλλάβως, quot fyllabas conficit apud Sil. Ital. 8, 604. Avien. v. 528. et alios. Immo Cluverius in Ital. ant. 1, 20. p. 179. *Aquilegia* barbaram formam exiftimat.

Altinum) Vindob. *altinium;* Prag. *altitonum.*

§. 4. *Superna)* Voffiani libri veteres, Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. Vindob. ut edd. 1. 2. 9. *fuper ita;* Ciaccon. *fuper ora;* Lipf. edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. aliaeque ad Voffium *fuperiora*, et cum iis Vatic. Venet. Havn. ex filentio. Voffius dedit *fuperna*, quod ceterae retinuerunt, et cum ed. Voff. habuiffe videntur Parifienfes, et ex alio codice adfert Ciacconius. TZSCHVCKE. Veteres libri *fuper ita*, non *fuperiora*. Scribe *fuperna.* Padus in fuperna Italiae parte exoneratur. Notum vero, partem fupernam dici mari Adriatico et Ionio vicinam, infernam vero Tyrrheno. Hinc fupernates et infernates. VOSSIVS. Verba *fupernas* et *infernas* hoc fenfu, quo hic vult Voffius, non occurrunt; at arbores, ligna fic, ut prius ad fuperi, pofterius ad inferi maris loca, in quibus creverunt, fpectet. Cf. Plin. 16, 76. f. 39. Vitruv. 2, 10. unde Cluverius in Ital. ant. 1, 6. f. pag. 45. colligit, Italiae populos diftinctos fuiffe Apennino in *Supernates* et *Infernates*, quamquam diferte fic nusquam occurrit. Ineft tamen aliquid, quod dubitationem moveat. Licet enim *Altinum*

ad ſuperna litora referri non poſſe, ſed ad interiora potius concedam, nulla tamen hic eſt oppoſitio ad inferum mare, quae illud verbum protulerit, ſed eodem, quo ſolet modo, curſum perſequitur, eamque progreſſionem particulis conſuetis denotat. Excidiſſe igitur potius vel depravatum loci nomen in verbo *ita* vel *ora* latere videatur, cum ſic inſerere amet Noſter et in curſu ſuo quaſi legere. Tum vero optime conveniat *Atria*, ſ. *Adria*, quam ultra ſ. ſuper Altinum ponit Ptolemaeus 3, 1. a quo non diſſentit Strabo 5. p. m. 148. 214. et prope Padum Plin. 5, 20. ſ. 16. Nempe diverſa haec a Piceni urbe. Neque tamen, cum dubium hoc ſit et fallax, Voſſii lectionem retinere dubitavi, cum rarius verbum a notiori repulſum eſſe videatur. Ceterum hinc cap. 54. incipit Vinetus. Poſt pro *late* Cibin. *lape*, edd. 1. 9. *latae*.

Veſuli) Vatic. 1. Cibin. Vindob. Venet. Rehdig. varr. in ed. 27. *Veſuvii;* Lipſ. *veſumii;* Gud. *veſumi;* in aliis, alias deterioribus, recte *veſuli*, uti in edd. etiam primis; tantum 1. *vexuli.* Antea Cibin. *ab unis* pro *ab imis.*

e fontibus) Vindob. *ſe fontibus;* Voſſ. 1. Mediolan. tres I. Gronovii, in quibus Gud. tum Cibin. Pariſ. 2. Lipſ. Vatic. 3. Venet. Havn. Prag. Rehdiger. *e fontibus;* τὸ *e* omittunt Vatic. 1. Pariſ. 1. 5. ſine nota relicti et edd. omnes cum Reinoldianis ad Abr. Gronovium usque, qui in ed. 44. primum adiecit adſentientibus ceteris. Et quidem rectius adeſt, cum non fontibus ſe conligat, ſed ex pluribus fontibus emiſſus.

exilis) Lipſ. Gud. *ex illis;* Vindob. omiſit; poſt pro *ac* Vatic. *atque;* tum Prag. *atque alter ut;* Rehdiger. *atque aliter ut.*

ut ſe —) Venet. *ut per ſeptem — ſe effundat;* Cibin. *ad extremum;* Prag. cum Pariſ. 2. omiſit; Cibin. *oſtio;* Vindob. et quaedam edd. *hoſtia,* ut alibi.

de eis) Rehdiger. *unde de eis.* Sic Prag. Voſſ. 1. Mediolan. Lipſ. Vatic. Cibin. et alii *de eis;* Vindobon. Gud. edd. 1. 6. 7. 8. 9. 10. 15. 17. 20. 23. *de his;* 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. et reliquae ad Reinoldium et ed. 42. *de iis;* inde ab edd. 44. 45. prodiit *de eis.* Ad ſenſum nihil valet, magis ad plurium MSS. auctoritatem. Ceterum Cluverius in Ital. ant. 1, 21. p. 205. rectius forte legi poſſe putat: *Vnum de iis magnum Paduſam adpellant.*

citus) Prag. *ſitus;* poſt Vindob. *emiſſit* et *nudam;* Cibin. *alitum ſervet.*

Iſtriae) MSS. hic et poſt cum et ſine adſpiratione, et quidam ex more *y* pro *i*, de quibus in ſuperioris cap. §. 12. dictum eſt. Vindob. *excipiet.*

Hac re) Gud. *ac re*, ex qua variatione acrior disputatio nata eſt 3, 3, 4. Poſt Cibin. Lipſ. et aliquot MSS. A. Gronovii *utrique;* Gud. *utrumque.* TZSCHVCKE. Oudendorpius ex aliquot MSS. legit *utrique* i. e. ambo, ut cap. praeced. *utraque maria*, et mox, *utraque cornua et flumina utraque.* A. GRONOVIVS. Non opus eſſe puto mutatione lectionis receptae. Evanuit, ut ſaepe, linea, qua τὸ *m* ſignatur. Pro *eunt* Vindob. *eant.*

§. 5. *Anconam)* Prag. *Anchonam;* reliqui libri *Anconam.* TZSCHVCKE. Legendum *Anconem*, non *Anconam* ex Geographis omnibus et poetis. Lucanus [2, 402.] *Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon,* et Silius [8, 436.] *Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.* PINTIANVS. Adſentitur in terminatione Schottus.

Ita quidem auctores Graeci et, qui eorum formas reddere amant, poetae, etsi urgente metro id hic factum esse contendit Rezzonici in disquis. Plin. T. 2. p. 6. ubi et alteram formam, *Ancona*, tuetur, quippe quam usurpent Livius 41, 1. f. 5. in. et alii. Sic nempe etiam Plinius 3, 18. f. 13. et alibi, Iulius Caesar. de B. Civ. 1, 11. ubi tamen, si per codices liceret, praetulerit Graecam terminationem Oudendorpius, Cicero ad divers. 16, 12, 5. Vitruvius 2, 9. Occurrit etiam haec forma in inscrr. apud Gruter. p. 301. et 459, 9. Posteriores promiscue etiam dant, *Anconam* Antoninus in itiner. p. 101. et alibi, Geographus Ravennas 2, 17. et post, *Ancone* tab. Pentinger. 4. B. Poetae praeferunt *Ancon*, *Ancona*, falsoque Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 264. certe sine graviori auctoritate, ex Catullo 36, 14. profert *Anconam*. Ita vero plura nomina variant, veluti *Derton*, *Hermion*, *Dodon*, *Gyrton*, *Narbon*, *Antron*, *Brauron*, de quibus vid. Eustath. ad Il. 2, 560. et 758. Idem valet in aliis formis, veluti *Bargylos*, *Cromnos*, *Troezen*, de quibus suo loco. Plurima congessit Heusinger. ad Vechneri Hellenol. p. 28 sq. *Anconam* igitur hic retineri potest.

transitur Ravenna) Vindob. *ravennam;* alii cum editionibus primis *Ravenna*, quod et posteriori aetate locum obtinuit. Nec aliter in prima ed. Vadianus, et hinc ed. 18. at idem post, ab ed. 22. dedit *Ravennam*, quod et exstat in 15. 17. 20. a quibus hic discrepat 23. quae habet *Ravenna*. Sola 14. *per Ravennam.* TZSCHUCKE. Verba tum conversa, tum etiam depravata. Castigo: *a Pado transito ad Anconam Ravenna*, *Ariminum* etc. locutione honesta et a doctissimis etiam non fastidita, ut Cornelio Tacito [? at similia passim.] *regnata civitas*, et ipsi Melae in Hispania [2, 6, 6.] *et, quo magis penetratur, angustior*, et Caesari in commentariis [de B. G. 3, 25.] *circuitis castris*,

[3, 7. in] *inita hieme*, et Ammiano Marcellino [31, 2.] *Tanai transito*, lib. 31. et plura huiusmodi. Legendum praeterea *Anconem* — [vid. antea] PINTIANVS. V. C. *transitur Ravenna.* Livius lib. 21. fol. 122. [c. 43, 4.] *a tergo Alpes magnae vix integris nobis et vigentibus transitae.* Sed forte dictio *transitur* redundat, ut legendum sit *a Pado ad Anconam Ravenna*, locutione a Mela et Plinio frequenter usurpata. CIACCONIVS. Lege *ad Anconem transitor, Ravenna Ariminem.* Vel *transitur* ferri potest. SCHOTTVS. Nihil causae vel ex sensu, vel ex libris subiicitur, cur vulgata lectio durius etiam immutetur. Solet sic Mela passivis uti, v. c. 3, 7. in. *cursus inflectitur;* 1, 13, 3. *quo magis subitur;* 2, 6, 6. *quo magis penetratur.* Post Rehdiger. *aryminum;* idem *pysaurum;* Cibin. *piseurum.*

Fanestris) Vatic. 1. Cibin. Gud. Rehdiger. Paris. 1. 2. 3. Vindobon. *fenestris;* Vatic. 3. *phanestis;* Prag. *phanesteis.* Edd. 1. 2. 9. *Fenestris;* in aliis MSS. et edd. *Fanestris.* *Phanestris* (sic) *colonia* ex h. l. adfert Boccatius de fluminibus s. v. Metaurus. TZSCHVCKE. Legendum puto non *Fanestris colonia*, sed *fanum Fortunae*, sic eam Ptolemaeo, [3, 1.] sic Strabone, [5. p. m. 157. s. 227.] sic Plinio, [3, 19. s. 14.] sic omnibus nominantibus. Stephanus [s. v. Φάναι] *Fanam* vocat, si, quod vereor, menda non sit in exemplari. Alioquin a *Fano Fanensis* possessivum magis ex analogia, quam *Fanestris*, fieret. Animadvertendum autem diligenter, *Senogalliam* urbem, quae non multo post librariorum culpa reddita est, post haec verba *Fanum Fortunae* locandam esse ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. [cc. ll.] Nam Mela *Aesin* fluvium inter *Fanum* et *Anconem* statuit. Porro Strabo [c. l.] eundem *Aesin* fluere ait inter Senegalliam et Anconem; ergo inter *Fanum* et *Aesin* est *Senegallia.* PINTIANVS. Nihil mutandum ipse Pintianus monuit extremo lib. 3. quod est hominis

vere humanitate exculti. SCHOTTVS. Certe ſe in medium relinquere ait. *Fanum* quidem *Fortunae* a plerisque hic producitur; ſed nec *Faneſtris colonia* reiici debet, quippe quam non ſolum Vitruvius 5, 1. et 2, 9. f. commemorat, ſed et inſcriptiones tuentur. Vid. Gruter. p. 433, 1. 445, 8. Gudius p. 49, 3. 142, 10. Donius p. 323, 33. Dubia tamen auctoritate ex numis profert Raſche in Lex. num. Tom. 2. P. 1. p. 902. Cf. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 96. Quod Pintianus addendum putat *Senegallia*, addiditque vere Schottus, etſi, quod adparet ex Strabone 5. p. m. 157. f. 227. apto factum eſt ſitu, ſine codicibus tamen audacius paullo admiſſum videtur. Hac enim lege data acceptaque, quam multa ſint addenda? Nemo etiam, quod ſciam, probavit, praeter Cluverium in Ital. ant. 2, 5. p. 609. Priorem vero emendationem relicta vulgari lectione retractavit poſt ipſe Pintianus ad 3, 10. f.

Metaurus) Prag. Rehdiger. Vindob. *methaurus;* vitioſius literis transpoſitis ed. 28. *Meaturus.* Poſt Cibin. Vindob. *eſis;* Gud. Rehdiger. *meſis.* Edd. 1. 2. 9. *heſis;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *Eſis;* Vinetus, Schottus, alii poſt *Aeſis.* TZSCHVCKE. Strabo [5. p. m. 250. f. 217. et alibi] cum *ae* diphthongo *Aeſis.* Ptolemaeo [3, 1.] *Aſia* nominatur, ſi codex, quod dubito, ſincerus eſt. Praeterea cum duo ſint fluvii, melius legetur *flumina*, ſive *fluvii*, quam *flumen.* PINTIANVS. Legendum *Aeſis* cum diphthongo, Strabo fol. 99. Ptolemaeus et Dionyſius. [?]. CIACCONIVS. De ſimili corruptione, quam hic oſtendunt libri, vid. Weſſeling. ad Antonin. itiner. p. 316. *Aeſis* recte habet, ſuffragantibus etiam inſcriptionibus, quae *Aeſin* coloniam, fluvio cognominem, commemorant. Vid. Reineſ. claſſ. 6, 22. Donius p. 10, 54. 155, 1. Atque ita volebat etiam Cluverius in Italia antiqua 2, 5.

p. 612. Idem vero etiam cum Pintiano emendabat 2, 5. p. 609. *flumina*, eadem inductus caussa. At sic non semel noster in simili nexu, veluti 2, 7, 8. *promontorium Geraeston et Caphurea;* 2, 2, 9. *urbs Acanthos et Echymnia;* 2, 3, 9. *nomen dedit urbs in litore sita, huic Cyparissae, illi Asine.* Sic post §. 10. ubi plura, etsi diversa sequuntur, *notior aliquanto nomine Calydon et Evenos.* Saepius tamen, quod non diffiteor, in simili nexu *urbes, montes, flumina,* uti 2, 3, 5. *amnes* 2, 3. f. maxime nominibus propriis praemissis, ubi quidem aliter fieri non potest. Denique quod N. Heinsius ad Sil. Ital. 7, 486. ait, codices Melae habere *Metaurus*, quam formam ibi ex Stephano et paucis aliis tueri conatur, repetitque Ruperti, equidem in nullo inveni, etsi ita passim legi lubenter largior, forma tamen posteriori aetate magis frequentata.

Exin illa — duorum) Discrepant et hic libri. Meliores Vossii, Lips. Gud. Rehdiger. Vindob. Paris. 1. 2. 5. cum edd. 1. 2. 9. *et in illa in angusto;* Prag. *et in illa angustum;* Vatic. 3. *et illa in angustum;* Cibin. forte Venet. Havn. edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. reliquae ad Vossium *et illa in angusto;* hic dedit *exin illa in angusto*, quod post stetit. Tum post *angusto* libri et scripti et editi omnes *illorum* interponunt, tantum 50. 52. *angustiorum duorum*, cum cognata 37. priorem lectionem ostendat. Vinetus omisit *illorum*, post Vossius cum reliquis. Hic etiam tacite adfirmat τὸ *illorum* a suis libris abesse. TZSCHVCKE. Lego longe aliter: *At illa in angusto illo Cumeri promontorii e diverso coeuntis inflexi cubiti* etc. Neque enim Strabo Pliniusve, qui de Anconis situ disserunt, duo illi promontoria attribuunt; sed unum tantum, quod Plinius [3, 18. f. 13.] *Cumerum* nominat, forte a coeundo dictum. PINTIANVS. Promontorium, in quo sedet urbs Anco, in Plinio appellatur *Cumerum;* sic enim habent vulgati codices. Ceterum apographum Toletanum, non

Cumero habet, ſed *Cunero*, ut putem neutro modo legendum eſſe, ſed *Cuneo*. Nam Hiſpaniae ora in occidentem vergens promontorium habet nomine *Cuneus* a figura dictum, ut poſtea conſtabit. IDEM. Forte leg. *in angulo illorum duorum promontoriorum.* In promontorio, quod portum includit, ſitam eſſe Anconam, Strabo [5. p m. 166. ſ. 241.] auctor eſt. Forte ita claudebatur portus duobus promontoriis, ut apud Teium Geraeſticum portum claudi narrat Livius lib. 37. [c. 28, 6.] *Promontoriis coeuntibus inter ſe ita clauditur portus, ut vix duae ſimul inde naves poſſint exire.* Habitabatur vero Ancona duobus promontoriis ex diverſo coeuntibus et urbis gremio portum accipiebat. CIACCONIVS. Repone: *At illa in angulo duorum promontoriorum ex diverſo coeuntium.* SCHOTTVS. In melioribus libris ita hic locus ſcribitur: *Et illa in anguſto duorum promontoriorum.* Legendum: *Exin illa in anguſto duorum promontoriorum ex diverſo coeuntium inflexu, cubiti imagine ſedens, et ideo a Graecis dicta Ancon.* Senae vel Senogalliae, quam et hic et infra temere obtruſerunt, nullus apud Pomponium locus. Inflexum vocat ſinum, in quo ſedet Ancona. Sic quoque infra loquitur. Aliter hunc locum corrigit Cluverius, [in Ital. ant. 1, 22. p. 221. et alibi] inſignis Geographus, verum et in hoc, et in aliis veterum locis eruendis et interpretandis minus felix. VOSSIVS. Cluverius c. l. pro *et illa* emendat: *hinc illa*, quod ſenſu parum, aut nihil discrepat a lectione Voſſiana, tantum quod haec propius codices ſequitur, quare et recepta ſtetit. Quae praeterea in hoc loco immutavit Cluverius, dabo infra. Priorem Pintiani lectionem *Cumeri promontorio* refutavit Cluverius in Ital. ant. 2, 11. p. 729. quia illud longius a reliquo litore in mare verſus ſeptentrionem excurrat, h. *il monte Guaſco.* Verba *duorum promontoriorum* (a quibus recte expulſum eſt *illorum*) oſtendere primo intuitu poſſunt, cum praeter Plinium Strabo etiam 5. p. m. 166. ſ. 241.

ἄγκαν tantum in Anconae ſitu commemoret, nec inepte Pintianus Plinium in ſubſidium vocaſſe videtur. Poteſt etiam huc arceſſi locus Procopii de B. Goth. 2, 13. ubi πέτρα ἐγγώνιος vocatur et ἀγκῶνι ἐμφερὴς, unde adpellatio. Sed longius procedit et ultra librorum veſtigia eius emendatio, quae ſequentium etiam mutationem traxit. Quare admitti recte non poteſt, ſed ad acutas viri ſagacis coniecturas ablegari debet. Immo ex Strabone adparet, promontorium illud τῇ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐπιστροφῇ portum effeciſſe, cuius alteram partem paullum ex inflexu prominentem ad portumque includendum neceſſariam, alterum promontorium, cuius ſpeciem referebat, noſter vocavit. Ex anguſto igitur promontoriorum horum ad flexum illum formata tamquam inflexus cubitus adſurgebat Ancona. *Inflexi* enim potius retulerim ad τὸ *cubiti*, quam hac voce nudatum in *inflexu* cum Voſſio mutaverim, de quo deinceps.

coeuntium) Lipſ. Vindob. *coheuntium.* Edd. 30. 32. *coeunte.* Poſt Prag. *inflexique;* Voſſius et edd. 40. 41. 42. *inflexu*, quod habet margo Voſſ. 1. ſed idem in contextu, ut alii, *inflexi.* Tum Cibin. *ymaginem;* Vindobon. *in magine;* Gud. *magne ſedes.* Cluverius emendabat in Ital. ant. 2, 5. p. 609. *coeuntium ſinu inflexi cubiti* — At *ſinu* ſine cauſa infercitur, et *inflexi* cum omnibus libris antiquis aptius ad *cubiti* refertur, unde ſitus comparatio enata eſt.

et ideo) Voſſ. 1. Chiſ. *ac ideo*, ſed alii libri veteres *et ideo*, ut edd. ante Vadianum, qui moleſtiori etiam ſono et praeter morem Latinum, de quo ad 2, 3, 10. 2, 4, 6. dedit *ac ideo* cum reliquis etiam Reinoldianis *ac ideo.* A. Gronovius revocavit in ed. 45. *et ideo*, atque ita Kappius et ſequentes. Vinetus tamen iam *et ideo* ſcripſiſſe videtur. Tum ex more codices quidam, veluti Rehdiger. Vindob. ſorte etiam Vatic. *grais;* Gud.

et grais; Lipf. *agris;* edd. vetuftae, etiam Ald. Iunt. *Grais*, praeter 9. in qua *Graiis*. Quod Voffius in nota fuperiori fcribit *Graecis* exagitavit I. Gronovius in epift. de Voffii append. p. 65. Poft vitiofe 6. 7. 8. *picta.*

Ancon) Parif. 1. 2. Vindobon. Prag. *anchona;* Cibin. Lipf. Gud. Rehdiger. forte etiam Vatic. Venet. Havn. *Ancona*, uti edd. omnes ad Schottum, qui dedit *Ancon*, uti volueiat Ciacconius; recte. Nam Graecam formam hic diferte Mela notat cum antea Latinam adtulerit.

§. 6. *Haec enim)* Prag. ut ed. 11. *Hac enim;* reliqui libri et edd. ante Vadianum: *Haec enim.* Dedit ille *Hanc enim*, eumque reddiderunt 21. 24. 28. et praeter cognatas Olivarianae, Vinetus, Schottus. *Haec*, quod habent ceteri libri, revocatum eft a Voffio. Pintianus redundare putat *enim*, cui aufcultaverunt Voffius et Gronovii in edd. 40. 41. 42. At redditum eft ab Reinoldio et edd. aliis poft 42. Poteft abeffe, fed cum libri agnofcant, refpexit nofter praecedens vocabulum *terminus*. Vinetus hinc cap. 35. exorditur. Poft MSS. quidam A. Gronovii, ex meis Venet. Cibin. Rehdiger. *progreffos;* Prag. *progreffus;* reliqui cum edd. *praegreffos*, quod praeftat; tantum 19. *praetergreffos*, uti etiam emendat Henifchius (ed. 54.) in erratis ad calcem propofitis, et Cluver. in Ital. ant. 2, 5. p. 609. At *prae* faepe pro *praeter* in compofitione dicitur, uti *praevehi* et fimilia. Vid. ad 2, 2, 8. ubi etiam de utriusque commutatione in libris. Quam autem faepe *prae* et *pro* mifceantur, notiffimum eft. Vid. de hoc ipfo verbo Drakenb. ad Liv. 9, 10, 7. Poft, uti folet, Rehdiger. *pyceni.*

in quibus) Scribo *in quo*, fcilicet *Piceno.* Sic enim vocatur regio Picentium Plinio in libro 3. [18. f. 13.] PINTIANVS. Pintianus legendum putat *in quo*

ſc. Piceno. Sed non advertit, praeceſſiſſe *litora Piceni: in quibus* ſc. litoribus. CIACCONIVS.

Numana) Vatic. Cibin. Lipſ. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Rehdiger. Prag. Vindob. Venet. Havn. *humana*, et ſic edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. (in cuius margine antiqua manus correxerat *Numana*) 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. Vadianus recte poſuit *Numana*, et ſic 18. 23. (Iunt.) 24. omninoque cum Vadianis, Olivarianis editionibus aliae omnes. Memoratur ita apud Plin. 3, 18. ſ. 13. Ptolemaeum 3, 1. Antonin. in itiner. p. 312. Geogr. Ravenn. 4, 31. 5, 1. in tab. Peutinger. 4. C. et cum *Potentia* iungitur. Sic *municip. Numanat.* legitur in Grutero p. 446. n. 1. Gudio p. 27, 8. Vnde vitium irrepſerit, docet Weſſeling. ad Antonin. c. l. Nempe nomine *Humana* medio aevo dicta eſt. Pro *Potentia* Prag. *potencia;* ed. 13. *pontentia.*

Cluana) Voſſius ex ſuis adfert *Cluerna*, Ciacconius *Clierna* et *Cliena*. Ex meis Lipſ. Vindob. *dierna;* Vaticani, Pariſienſes, Gud. Prag. Havn. *clierna;* Venet. Rehdiger. *clyerna;* Cibin. *cliena*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Clierna;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Cliterna;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Claterna;* Voſſius cum ceteris *Cluana*. TZSCHVCKE. Scribendum *Cliterna*, *Cupra* ex Plinio [3, 16. ſ. 11.] ceterisque. BARBARVS. Pro *Cluerna*, uti erat in manuſcriptis, repoſui *Cluanam*, quod etiam Cluverius [c. l. et 2, 11. p. 733.] vidit. VOSSIVS. Nulla hic *Clierna* aut *Dierna*, nec ſuperiorum lectiones, *Cliterna* et *Claterna* propter ſequentia ipſumque ſitum admitti poſſunt. Nempe *Claterna* Galliae Cisalpinae fuit oppidum longe hinc disſitum, *Cliterna* ſ. potius *Cliternia*, ut infra, Daunorum, ubi vid. notata. Tantum igitur aberrare Mela non potuit. At *Cluanam* in eodem recenſu tuetur Plinius 3, 18. ſ. 13.

folus quidem, cum alii minime adtigerint. Poffis ex *Cliena* codicum extundere *Tinna*, quam urbem prope cognominem fluvium in hoc fitu commemorat Geogr. Ravenn. 4, 31. 5, 1. et tab. Peutinger. 5. A. ex ed. Scheybii, cum antea legeretur ibi *Tuma*, quod fic mutandum iudicaverat antea Cluverius in Ital. ant. 2, 11. p. 732. Apud veteres fluvius tantum occurrit, etfi variato nomine, *Tinia*, *Teneas*, de quo Drakenb. et Ruperti ad Sil. Ital. 8, 452. et in primis Rezzonici in disquifit. Plinian. T. 2. p. 23. Tabula in mare educit prope Firmum, alii cum Tiberi mifcent. Tum vero haec mutatio facta eft *t*, *d* et *cl*.

Cupra) Cibin. Vatic. Prag. Rehdiger. Venet. Havn. *cypra*; Parif. 1. 2. 3. Lipf. Gud. *cipra*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Cypra*; reliquae, monente Hermolao, *Cupra*. Nempe *u* et *y* fic folent paffim commutari, uti *Borufthenes*, *Illuricum*, *Suria*. Cf. Corte ad Salluft. Catil. 5, 6. Sic *Cupra* fcribunt Silius Ital. 8, 432. Plin. 3, 18. f. 13. Ptolem. 3, 1. Geogr. Ravenn. 5, 1. — per *y* Strabo 5. p. m. 166. f. 241. Sed et fic veteres Graeci Ἄστυρες, Λάρυμνα, et alia. Tum *Cupra* tuentur etiam infcriptiones apud Gruter. p. 108, 7. Gudium p. 184, 10. p. 156, 2. Donium p. 177, 63. Poft Rehdiger. *firmium*. Edd. 15. 17. 20. *Firmum*.

Adria) Vindob. *andria*; Cibin. *harida*; Vatic. edd. 1. 9. 13. ut infra, *Hadria*, et fic adfpirationem in omnibus fere libris fupereffe apud Liv. 24, 10, 10. adfirmat Drakenborchius, qui ut alibi, tuetur ad c. l. Cf. Surita ad Antonini itiner. p. 308. quamquam ibi Weffelingio fine adfpiratione hoc verbum placet, uti et edidit aliquoties, nec tamen femper, veluti p. 313. Et fic *Hadrianopolis* fcribit idem, cuius tamen eadem eft ratio. *Hadria* etiam diferte legitur in tab. Peuting. 5. B. et fic eadem vox et cognatae in infcriptionibus profe-

runtur. Vid. Gorii muſeum Etruſcum Vol. 2. p. 207. et quae ſupra notata ſunt ad 1, 5, 5. 2, 2, 2.

Truentinum) Ciaccon. Pariſ. 1. *Truentium*; reliqui, certe ex meis, *Truentinum*, ut editiones vetuſtae, in iis Camertinae; idem etiam in varr. ed. 27. adſcriptum eſt in margine. Edd. 13. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus cum Vineto *Truentum*; Voſſio praeeunte rediit *Truentinum*. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [3, 1.] *Truentinum*; Strabo [5. p. m. 166. ſ. 241.] *Druentum* fluvium et oppidum. PINTIANVS. *Truentini* fluvii oſtia memorantur a Ptolemaeo. In Strabone eſt Τρουεντῖνος ποταμὸς et πόλις ἐπώνυμος. *Caſtrum Truentinum* habent Pompeius apud Cicer. ad Attic. 8, 12. et Antoninus in itiner. p. 309. 313. 317. *Truentum cum amne* Plinius 3, 18. ſ. 13. *Truentus* Boccat. de fluminib. h. v. *Troento civitas* Antonin. itiner. p. 101. Ita nempe, ut Weſſeling. ibi docet, inclinante imperio pronuntiatum. Geogr. Ravenn. 5, 1. *Troentino*; Peuting. tab. 5. A. *caſtro Trentino* ex corruptione. Τρουεντοῦ ex Plinio malebat in Ptolemaeo Surita ad Antonin. c. l. Videtur utique *Truentum* primitivum eſſe nomen, derivatum *Truentinum*; quod ad caſtrum refertur. Sic Silius Ital. 8, 434. *Truentinae turres*. Suum igitur locum recte hic teneat, niſi *Firmum* in hoc nexu prius poſtulet, cum aliis veluti Antonino in itiner. p. 101. et alibi *caſtellum Firmanum* appelletur. Hinc forte moti *Truentum* alii ediderunt. Et ſic infra 2, 5, 6. *caſtellum Latera*. At cum *Truentinum*, quod codices volunt, ferri poſſit, reliqui.

id et —) Varia inverſione haec verba prodeunt. Ciaccon. Lipſ. Pariſ. 5. Cibin. Gud. Prag. Rehdiger. puto etiam Vatic. Venet. Havn. *id ei fluvio*; Vindobon. *ideo fluvio*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 17. 20. 23. cum Reinoldianis *id ei fluvio*;

13. 19. *id etiam fluvio*; 16. 18. 22. Vadianae et ex Olivarianis, 27. 29. Vinetus *idem ei fluvio*; 24. 25. Olivarianae pleraeque, Schottus *id a fluvio, qui praeterit, ei nomen eſt*; 21. 28. *id in fluvio, qui pr. ei nomen eſt*; 14. poſt Voſſius cum ceteris *id et fluvio.* TZSCHVCKE. Melior lectio: *Id ei a fluvio, qui praeterit, nomen eſt.* PINTIANVS. Reſcripſi: *Truentinum; id et fluvio, qui praeterit nomen eſt.* VOSSIVS. An: *id ex fluvio?* 2, 2, 8. 2, 7, 19. cf. quoque 2, 19, 12. Nihil tamen mutandum putem. KAPPIVS. Vera ſine dubio Voſſii lectio, cum haec Mela prioribus adpendat. Ab *et* facilis tranſitus ad *ei.* Pariſienſ. etiam 1. 2. videntur cum Voſſio habuiſſe *et.*

Frentani — Aterni) Miſere haec verba in libris divexantur. Voſſius ex ſuis refert: *Ab eo Frentia villa maritima habent Aterni fluminis* — Ciacconius: *Ab eo Frentra* (vel ut habet alius V. C. *Frentia*) *villiae maritima habent Eterni fluminis oſtia.* Alias: *Ab eo Senagallia, Villa marina, habens Eterni fluminis;* vel alias: *ab eo Frentani Matrini habent et Eterni fluminis oſtia.* I. Gronovius: unus *ab eo ſientra cula maritima habent ac eterni;* alius, *ſirenta villa maritima habent aeterni:* Mediolan. *frentra villa maritima habent eterni.* Hactenus illi. De meis haec: Pariſ. 1. *Ab eo Strentavilla, Maritima habent Eterni fluminis;* Vatic. *Ab eo Fretavilla maritima habent Aeterni.* Sic et alii quidam; tantum Cibin. ut Mediol. *frentra villa;* Pariſ. 3. Vindob. *Tentra villa;* Lipſ. *ſientia villa;* Gud. *ſientra vila;* Rehdiger. *ſientra villa;* Pariſ. 2. *ab eo Senogallia Maritiſia habent Eterni fluminis.* Sic et alii quidam *Senogallia* exhibent, variata tamen proxima voce. Nempe Vatic. 3. Prag. *martidia;* Havn. *martinia;* Venet. *maritima habent aeterni enim fluminis.* Omnes autem vel *aeterni* vel *eterni.* Eadem inconſtantia editionum et interpretum. Edd. 1. 2. 9. *ab eo Fentra villa maritima*

habent eterni vel *aeterni fluminis;* 11. *ab eo Frenta villa maritima habent Aterni fluminis;* idem 13. tantum *Trinii* pro *Aterni;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *ab eo Senogallia maritima, habent enim fluminis;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *ab eo Senogallia maritima ad Aterni fluminis;* 15. 17. 20. 23. *ab eo Sennogallia* (23. fimplici *n.*) *maritima Aterni fluminis;* Vinetus: *ab eo Frentani illa maritima habent. Aterni fluminis;* Schottus: *ab eo Samnites maritima tenent ad Aterni fluminis;* Voffius, 40. *ab eo Frentani, Apuli ac Marucini habent Aterni fluminis;* 41. 42. reliquae cum Reinoldianis: *ab eo Frentani iam Matrini habent Aterni fluminis.* Proxime poft libri multi, ut alibi, *hoftia.* Cf. 1, 9, 4. TZSCHVCKE. Oftenfum eft, [ad §. 5. *Fanestris*] ubi locanda fit *Senegallia.* Nunc addo, Ptolemaeo [3, 1.] effe *Senam Gallicam*, Straboni [5. p. m. 146. f. 227.] *Senegalliam*, [Σηνογαλλίαν] Plinio [3, 19. f. 14.] *Senagalliam*, Silio *Senem* in libro 8, [v. 453.] *et Senonum de nomine Sene.* [nunc *Sena.*] In lib. 15, [v. 552.] autem *Senam Gallicam; qua Sena relictum Gallorum a populis traxit per fecula nomen.* Reftituto autem in proprium, quem dixi, locum verbo *Senegallia*, fequitur proxime *Maritima* nomen oppidi, cuius meminit Ptolemaeus. [3, 1.] Infigni tamen in eo five librariorum, five correctorum errore; duorum enim oppidorum nomina mifcentes, unum fecere, *Cupram maritimam* fcribendo. Caufa erroris, quod prope erat altera *Cupra* cognomine *montana*, ad cuius differentiam putaverunt hanc dictam effe *maritimam.* Eft etiam *Maritima* oppidum infra [2, 5, 3.] in Narbonenfi. PINTIANVS. Legendum puto: *Ab eo Frentani,* quorum fupra meminerat Pomponius; et haec oppida Frentanis tribuuntur a Plinio lib. 3. c. 12. [f. 17.] In itinerario Antonini [p. 100. Weffel.] poft Pifaurum Senegallia eft. CIACCONIVS. *Ab eo Samnites maritima tenent*) Mendum latere fuboluit Fredenando. Ego hanc

lectionem probo. Editi enim: *Ab eo Senogallia maritima.* SCHOTTVS. Monſtroſe haec ſunt deformata. Alii repoſuerunt: *Ab eo Sannites maritima tenent.* Vt breviter dicam, omnes ſtrenue nugantur, et praeterquam quod falſa et ordini Geographico contraria adſerant, abeunt quoque quam longiſſime a veteribus libris, in quibus conſtanter ita ſcribitur: *Ab eo Frentia villa maritima habent Aterni fluminis oſtia.* Scripſerat Mela: *Ab eo Frentani, Apuli ac Marucini. Habent Aterni fluminis oſtia.* Tres iſtos populos ſibi invicem in ora maritima vicinos ſimul nominat, ac ultimo quidem Marucinos, quoniam in illis ſunt oſtia Aterni fluminis, quae ſubiungit. Frentanorum vero eſt Buca et Hiſtonium. Daunii, et quae ſequuntur, ſunt in Apulia. VOSSIVS. Quum nuper in his nonnulla diverſo charactere tamquam ſpuria et plane non Pomponiana exprimi curaviſſem, nunc aliter agere praeſtat et pergere. Nam certe quam monſtroſe haec ab aliis deformata queritur Voſſius, non minus monſtroſe ipſe transformando foedat: Dicat enim, in qua parte ſcripturae veteris, quam exhibet, conſpicere poſſit latentia τὰ *Apuli ac.* Sed fortius haec oppugnari poſſunt. Nam nunquam curioſiſſimus hic ſcriptor *oſtia* dicit de fluvio, qui habet modo unum, ſed ſemper ſingulari numero utitur. Sic lib. 1. cap. ult. *oſtio fluminis proximi Ixamatae.* Lib. 1. c. 17. *Maeandri exitum et Gaeſi fluminis oſtium.* Lib. 2. c. 7. non dicit *Boryſthenis oſtiis,* ſed *oſtio.* Lib. 3. c. 1. *Tagi oſtium.* Lib. 2. c. 7. dicit quidem *Tiberina oſtia,* ſed ibi vocabulum illud maiuscula *O* ſcribendum eſt, ut in hac editione (nam priores minori *o* utuntur peſſime) fecimus, quum non ad exitum, ſed ad urbeculam ita nominatam reſpiciat, quam ſic quoque agnoverat lib. 2. cap. 4. et lib. 3. c. 9. Hanno *cum per Oceani oſtia exiſſet,* habebant olim editi, ſed bene a viris doctis et ex MSS. correctum poſtea *oſtium.* Haec quum ita ſe habeant et ſint certiſſima clariſſimaque, quae fides poteſt

esse, hoc loco uno Melam scripsisse unius Aterni fluminis ostia? Immo quae fides nobis persuadebit, in hac particulari urbium fluviorumque per regiones recensione Melam voluisse allegare plurium populorum vocabula, quam superius uno spiritu protulit, ubi nulla est horum Marucinorum mentio? ut prorsus eadem aequitate huc interveniant hi Marucini, (sic colligo eius vocis literas, quia praeit ad hunc modum Vossius, quum ab aliis geminetur canina, ut Scaligero ad Catullum p. 18. ubi stupeo, unde tantus vir *Marrucinos* Campaniae populos dixerit) quo supra lib. 2. c. 1. admisceri debuerunt *Auchatae*, nusquam ab Mela scripti, vel in hoc opusculo cogitati, contra fidem et regulam MSS. omnium, ut diximus iam alibi. Deinde credemus, ita incondite scribere voluisse aut Melam, aut quemquam alium, ut, quum dicat, *Habent Aterni fluminis ostia, urbes Bucam et Histonium*, posteriora tribuantur Frentanis, priora referantur ad Marucinos et non intelligatur unus populus habere simul et urbes illas et ostia fluminis? Nemo hominum aut sic scripserit, aut aliter intellexerit. Rursus an credibile est, et hoc loco et tali ordine Melam *Apulos* et *Marucinos* numeravisse, quum statim dicatur sequi *sinus Apulo litore incinctus.* cum sequentibus aliquot extra eum urbibus? Hac ipsa phrasi pro variationis suae more definit Apuliam et ibi sitam innuit. Accedit profecto, quod, quum Vossius supra numeraverit non modo quasi diversos Daunios et Apulos, sed etiam Daunios ordinaverit ante Apulos, nunc eosdem faciat. Denique Piceno, Frentanis, Dauniis attribuit urbes, solos Marucinos nominavit ridendi causa, quippe nudatos et desolatos. Haec omnia respiciat oro diligens lector, et tum pronuntiet. Sane multo convenientius concinnabat hunc morbosum locum Cluverius [in Ital. ant. 2, 5. p. 609.] *Ab eo Frentani tenent Aterni fluminis ostia, urbes Bucam et Histonium*, si liceret sic grassari contra scriptos codices. Sed in his Marucinis sane quam iactantur viri magni, de

quo videbimus. Nunc Melam videamus. Dico manifefte in fcripta lectione apparere haec: *Ab eo* (nempe Truentino) *Frentani iam Matrini habent ac Aterni fluminis oſtia.* Res tam clara eft, ut probationem non requirat. Debuerat quidem dixiffe *fluminum*, fed quum eum numerum alibi obfervet, fcimus quoque alibi eam differentiam negligi. I. GRONOVIVS. Quibus librorum fuppetit copia, quique eo valent indicio, ut recte iis uti norint, per me licet, ut ea, quae fcripfi, expendant. At vero animofus iuvenis monftrofe a me deformata haec effe affirmat, fortemque in oppugnandis iis fpondet operam. Sed dum inconfulte properat, in ipfo ftatim limine mifere admodum impingit, cum dicit peffime apud Melam legi *Tiberina oſtia.* Ipfe *Oſtia* refcribit maiuscula nempe litera, et accipi vult de urbecula, ut loquitur, *Oſtia*, quae tamen magna fuit civitas, et per quatuor minimum paff. millia in directum habitata. Quam parum triverit Virgilium, vel exinde cognofcas, quod et apud illum ftatim in initio Aeneid. occurrat *Tiberinaque contra oſtia*, quod tamen nemo integrae mentis de urbe Oftia interpretetur. Sed putavit bonus ifte iuvenis, Tiberim non duobus, fed uno tantum in mare effluere oftio. Porro fi quis velit hominem videre fine corde ambulantem et audire linguam fine capite loquentem, legat ea, quae fequuntur; in quibus priori plane contrarium committit errorem. Vti enim ante Tiberina Oftia pro civitate, ita hic civitatem pro oftio accipit. Aterni enim Oftia, feu etiam abfolute Oftia, eft ipfum Aternum oppidum, fitum ad oftium fluminis Aterni. Vibius Sequefter [p. m. 6.] *Aternus Hadriae decurrens per Marſos, ubi et Oſtia civitas.* Sed et Antoninus [p. 101. Weffel.] et alii Oftiorum Aterni faciunt mentionem. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Numquam, credo, magis cum corde ambulavit Voffius, quam quum haec attrectavit. Nam quum illa fua *Apuli ac* in MSS. reperire defperaret, et ftulte videret ab fe Apulos huc promotos, ipfam rem

prorſus non tangit, ſed in parergis carpens anſam ſeniliter garriendi locum Melae de Tiberinis Oſtiis comparat cum Virgilio, ubi, quoniam nemo interpretetur de Oſtia urbe, hinc ego parum trivi Virgilium. Sic vidit me terentem tabulas Ptolemaei, Virgilium nequaquam. Cur autem ad Virgilium ire debemus? An non Heinſius ad Ovidium lib. 4. Faſtor. [v. 329.] notat? *de Tiberinis oſtiis paſſim Veteres.* An non Livius lib. 7. c. 25. *Tiberis oſtia,* et lib. 26. c. 19. *cum triginta navium claſſe oſtiis Tiberinis profectus.* Sidonius lib. 1. Epiſt. 10. *Naves quinque Brundiſio profectas cum ſpeciebus tritici ac mellis oſtia Tiberina tetigiſſe.* Vt plures naves, potuerunt aliae iſto, aliae altero oſtio navigare. Sed an ideo *Tiberina Oſtia* non dicuntur de oppido? Martianus Capella ſolitus multum uti noſtro Pomponio lib. 6. p. 204. *Vmbri mox Latiumque et Oſtia Tiberina.* Ita edidit, et recte, Grotius, quum p. 207. *Item ultra Tiberina Oſtia in Antiano Palmarea.* Edunt in Tacito lib. 15. Ann. c. 22. *ab lacu Averno navigabilem foſſam usque ad Oſtia Tiberina depreſſuras.* An poterat illa etiam perduci ad alterum oſtium verſus Etruriam? Immo et Plinius apud Lipſium et Suetonius Neron. c. 52. dicunt *Oſtiam,* ut Tacitus urbem quoque intellexerit. Apud Ovidium lib. 15. Metamorph. v. 758. navis Aeſculapium vehens *Lavini ſedes Tiberinaque ad oſtia venit.* Aut urbs intelligitur, aut diviſam navem ſuppones; unam enim ſolum poſuit. Et tamen Cicero pro L. Manil. cap. 12. *qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis.* Idem Livius lib. 29. cap. 14. *Oſtiam ire iuſſus obviam Deae . . . Poſtquam navis ad oſtium amnis Tiberini acceſſit.* Florus lib. 3. c. 9. *Per Tiberinum oſtium invexit.* An hi debuerunt Virgilium reſpexiſſe? Perinde ut ego, qui in recenſione illa Pomponii mentionem fieri urbium, non fluviorum et oſtiorum, ſtatui, quidquid Voſſius velit me putaſſe, vel ſomniet. Oſtia illa ſcilicet Tiberina, quorum antea

memini. Et quis tandem audivit, *Aterni oſtia eſt ipſum Aternum oppidum?* Portentum certe ingens. Omnia, quae huc citat, rapta ſunt per furtum ab ingrato Voſſio ex Cluverii Italia, [p. 751.] tanto impudentius, quod ſcribens illam notam, ſignificabam me ea tunc legere. In Mela vero id totum vanum eſſe, nec habere locum, inde patet, quia de urbibus poſtea demum ſequitur. Quid enim erit *Frentani habent Aterni fluminis Oſtia;* (oppidum) *urbes Bucam et Hiſtonium?* I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Cluverius in Italia ant. 2, 5. p. 609. totum hunc locum ſic refingit: *A Pado ad Anconam tranſitur Ravenna — Faneſtris colonia Senogallia* (quia nempe non magis ſit maritima, quam reliquae) *flumina Metaurus atque Aeſis. Hinc illa in anguſto illo duorum — coeuntium ſinu inflexi — ac ideo — Hanc enim praetergreſſos — Cupra maritima urbes — Hadria, Truentum; id a fluvio, qui praefluit, ei nomen eſt. Ab eo Frentani tenent Aterni oſtia; urbes — Daunii — Garganum.* Hactenus. Repetit hanc emendationem 2, 11. p. 758. et partim p. 729. Mirum eſt, unde codices aliqui petierint *Senogallia*, quae tamen ſitu hinc remota eſt, quippe inter Aeſin et Metaurum potius reponenda. Vid. Plin. 3, 19. ſ. 14. Ptolem. 3, 1. Sic Strabo 5. p. 146. ſ. 227. inter Anconam et Senogalliam ponit Aeſin. Quare et Cluverius c. l. ſupra eam Melae, invitis tamen codicibus, obtruſit, et Melam ex vitioſa huius loci lectione reprehendit Praetorius in praef. ad orbem Gothicum §. 4. p. 5. Nec probari poteſt, ſi cum Vadiano velis, Melam eius, ut regionis tractusve magis, quam oppidi, meminiſſe, tamquam et trans Anconam illi tenuerint; quod nullo modo evinci poteſt. Idem etiam viſum erat primum Orlandio de urbis Senae antiquitate — p. 13. ſed poſt ex lectione primarum editionum, cum illud repugnaret, ad Frentanos inclinat; ſequentia enim eſſe in Frentanis apud Strabonem et alios, hodieque ita regionem adpellari. (Vid. in Graevii theſ.

Ital. Tom. 8. P. 3. p. 13.) Nec componi facile possunt, quae subiiciuntur, *maritima* et *habent;* immo populi nomen desideratur, qui seriem recensus supra facti nectat et situ conveniat. Is autem commode latet in verbo primo, etsi varie vitiato, atque adeo in aliquo Ciacconii codice integro nomine expressus legitur. Idem etiam egregie reliqua expedit, et τὸ *maritima* ad veram rationem revocat; quare et eum unice sequendum et reddendum putavi. Τὸ *villa* enatum ex fine vocis *Frentani* et initio sequentis, facta corruptione et hinc copulatione; τὸ *iam* Gronovii languere videtur. Idem tamen in notis MSS. legit: *et Matrini et Aterni* — Sed uti populus hic per progressionis seriem et sententiae nexum desideratur, sic et *ostia* de uno flumine Aterno minus recte intelligi sic possunt, cum adsit alterum, quod in libris emicet et ipso situ congruat. Nam Pintiani *Maritima* nulla est absolute dicta; *Samnites* Schotti nec per codicum indicia nec in diverso situ recipi possunt et ad maritimos referri, cum interiora loca tenuerint, quare et olim reiecit Cluverius in Ital. ant. 2, 5. p. 609. Prius etiam de Vossii emendatione valet, quam molesta opera refutavit I. Gronovius. Cur *habent* Schottus in *tenent* mutaverit, iusta causa non adparet. *Aternus* probatur a Strabone lib. 5. p. m. 167. p. 241. Plinio 3, 17. s. 12. et aliis quibusdam. Pro eo *Eternus* scribunt etiam tab. Peutinger. 5. B. et Boccat. de flumin. h. v. et *Aderno* Geogr. Ravenn. 4, 31. 5, 1. de civitate quidem, sed, teste Strabone c. l. eodem, quo fluvius, nomine. Denique pro *ac Aterni* dedi *et Aterni*, non solum, quia Mela *ac* sequente vocali curiose vitavit, uti et observavit Ernesti in notis ad prooemium Melae, et ex aliis auctoribus alii viri docti, de quo ad 2, 3, 10. et ad Eutrop. 8, 13. s. 6. sed et propter codices, qui vel omittunt, vel pro fluminis diversa scriptura ab initio nominis vel *ac* vel *et* exhibent. Ceterum in margine unius MS. Vaticani eadem manu adscriptum erat: *Male hic describis*

Italiam Pomponi; quod iudicium ex depravata lectione ortum est.

Bucam) Vatican. Paris. 1. 2. 3. Ciaccon. Lips. Cibin. Rehdiger. Vindob. Venet. Havn. et edd. 1. 3. 4. 5. 6. (hic antiqua manus adscripserat forte ex Ptolemaei forma *Bubara*) 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus *Bucara*; Gud. *bocara*; Prag. *buchara*; edd. 2. 9. *bucata*; 13. et post Vinetus, Vossius cum reliquis *Bucam.* Probant hanc lectionem Plinius 3, 17. s. 12. et in primis Strabo lib. 5. p. m. 167. s. 242. et 6. p. m. 197. s. 285. In Ptolemaeo 3, 1. vitiose Βούβα, in quo et Plinio cum Histonio coniungitur.

Histonium) Cibin. Prag. Rehdiger. *bistonium*; Vatic. 3. *istonium*; reliqui *histonium.* Edd. et vetustae et posteriores *histonium* et *bistonium*, illud pleraeque, maxime recentiores. Ex iis, qui memorant, Ptolemaeus 3, 1. scribit Ἰστόνιον, ut tab. Peuting. c. l. et Geograph. Ravenn. 4, 31. 5, 1. Cum adspiratione Plinius c. l. et Antonin. itiner. p. 314. ubi quidem *Histonios*, pro quo Salmasius, notante Schotto, volebat *Histonio.* Vid. ibi Wesseling. qui ex antiqua inscriptione, quam ferunt, producit *municipium Hostoniensium.* Duplici igitur modo, ut *Hadria* et similia, effertur.

Tifernum) Ciaccon. (hic etiam antea *alit* pro *autem*) Cibin. Gud. Lips. Vatic. Vindob. *Trifernum*; Prag. Rehdig. *Tufernum.* Edd. 13. *Tiernum*; 21. 28. *Trifernum*; Schottus *Tefernum*; in aliis recte *Tifernum.* Et sic Plinius 3, 17. s. 12. et quidam alii; sed et in Gudii ant. inscrr. p. 50, 2. *municip. Tifer.* quod inde nomen sine dubio traxit. TZSCHUCKE. Legendum puto: *Daunii* [ut supra Cluverius c. l.] *habent Tifernum amnem*, ut in Hispania [2, 6, 6.] *Sequens Illicitanus*

Alonem habet et Lucentiam. Ptolemaeus [3, 1.] permutatis prioribus fyllabis *Fiternum* nominat; ut nefcio, an mendofe, fic fcio, fieri hoc fubinde apud auctores, et ut uno interim ex multis exemplo contenti fimus, urbem Pifidiae, *Sagalaffum* Straboni, Stephano, Ptolemaeo dictam, Arrianus Hiftoricus [de exped. Alex. 1, 28, 3.] *Salagaffum* nominat. Nec eft dubitandum de fide codicis impreffi; fic enim habent duo fcripti et vetufti codices, quibus utor familiariter. Hermolaus vero, qui in Plinii libro 5. [c. 24. f. 27.] emendat legitque *Sagaleffus* cum *e* in tertia fyllaba, unde id acceperit, nefcio. Strabo certe, [lib. 12. p. m. 392. f. 569.] cuius auctoritate nititur, et ceteri, quos legerim, *Sagalaffus* omnes, nemo *Sagaleffus.* PINTIANVS. Particula *autem* in hoc nexu, opinor, abeffe poterat, fed cum codices tueantur, durius in *habent* transeat, quippe quod paullo ante praeceffit, et haec omnia amplectitur. Lubentius in terminatione *Daunii* adfenferim, quam et Graeci frequentant, veluti Strabo 5. p. m. 167. f. 242. 6. p. m. 191. f. 277. pro Αὐδάνιοι hic ex probabili emendatione Cafauboni, quam et codices mei fuftinent; Lycophron v. 1254. Ptolem. 3, 1. Plinius 3, 16. f. 11. aliquoties. Videtur tamen et altera forma in Latinis locum obtinuiffe, ut Apulus Daunus apud Horat. 4. od. 14, 26. Ovid. Faftor. 4, 76. nec repugnat analogia in aliis, uti in Italia, Apulia. Quare, cum fic codices velint, reliqui.

Cliterniam) Voff. 1. Cibin. *Clatinam*; Voff. 3. *Claternia*; Holftenii codex, uti ipfe notat ad Cluverii Ital. ant. p. 273. *Elaternia*; Lipf. Parif. 1. 2. 3. Gud. Rehdiger. Vindobon. Voff. 2. 4. 5. Perizon. Mediolan. Vatic. *Claterniam*; Ciaccon. *Clateniam*; Prag. *clatrunam.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Claterniam*; reliquae *Cliterniam* inde ab edd. 13. 16. 18. TZSCHVCKE. *Claterniam* in optimis MSS. legi monuit Holftenius in annotat. ad

Ortelium p. 53. et ad Cluverii Italiam antiquam p. 275. ubi non absque mendo legitur *Elaternia.* A. GRONOVIUS. Duae fuerunt urbes, simili quidem nomine, *Claterna* vel *Claternae*, et *Cliterna* vel *Cliternia*, sed diverso situ, quae tamen saepe in auctoribus invicem commutantur, adeo ut Cluverius in Ital. ant. 4, 9. p. 1208. de vero situ ambigat. Habet tamen ipse *Cliternia*, et h. *Campo Marino* esse coniicit. Sic *Claternae* a Ptolemaeo ponuntur inter *forum Cornelii* et *Bononiam* 3, 1. *Claterna* sic Antonino in itiner. p. 287. tabulae Peuting. 4. A. *Claternum* Geogr. Ravenn. 4, 33. nec repugnat Plinius 3, 20. s. 15 in quo dicitur *Claterna.* Cf. de hoc situ Ambrosius lib. 2. epist. 8. et Cluver. in Ital. ant. 1, 28. p. 289. At in eodem tractu a Strabone 5. p. m. 150. s. 216. conlocatur Κλίτερνα, ubi Κλάτερνα leg. videtur, cum et alibi non solum illas voces conmisceri doceat Cluverius in Ital. ant. 1, 28. p. 289. sed et, praeter superiores auctores, Cicero in epist. ad diverf. 12, 5. in Philipp. 8, 2. quidam etiam utramque commemorent, illam in Gallia Togata, hanc in Daunia vel vicinia, uti Ptolem. 3, 1. ubi ed. Argentor. 1520. Κλείτερνον, Plinius 3, 16. s. 11. Hinc *Cliternini* apud Cicer. ad diverf. 9, 22. etsi quidam lacessunt; nec ad situm eorum aliquid adiungitur. Recte igitur neglecta codicum scriptura hic receptum est *Cliterniam.*

Larinum) Vatic. 1. Rehdiger. Lipf. *Lacrinum*; Gud. Venet. Parif. 1. Ciaccon. *Latrinum*; Cibin. *Latrinum*; Parif. 2. *Latrinium*; Vatic. 5. *latinurim*; Prag. *latrinurum*; Parif. 3. Havn. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. reliquae, in iis Vadianae, Olivarianae *Lucrinum*; 13. Vinetus, Schottus, Vossius alii *Larinum.* TZSCHUCKE. Lego *Larinum*, non *Lucrinum*, ex Plinio. [3, 16. s. 11.] Stephanus, ut arbitror, *Larinam* vocat, in quo falso *Laviniorum esse* scriptum est pro *Dauniorum.* Meminit et *Larini* Ptolemaeus, [3, 1.]

ſed in Frentanis collocat, vicinis Dauniorum. PINTIANVS. *Larinum* hic etiam probant alii, qui memorantur in indice ad Gudii inſcrr. p. 29. etſi poſt ambigitur ibi propter inſcriptionem, in qua legitur *Patron. Munic. Lucrini* addito *D*, quod explicatur *Daunia*, ut alibi. Si recte excepta et reddita eſt ea inſcriptio, poſſit utique dubitationem movere. At *Larinum* tuentur auctores ſupra citati, et praeterea Cicero ad Attic. 7, 12. et 13. ubi prope Teanum ponitur, tab. Peuting. 5. C. Geogr. Ravenn. 4, 31. Hinc Polyb. 3, 101, 3. ἡ Λαρινᾶτις χώρα; Livius 22, 18, 8. et c. 24. in. *Larinas ager*; Cic. pro Cluentio c. 15. et alibi, Plin. c. l. Iul. Caeſ. de B. C. 1, 23. extr. Sil. Ital. 8, 402. 15, 565. *Larinates*; et idem 12, 174. *Larinatia ſigna*. Suffragantur denique numi, ex quibus etiam, cum delphinus ſ. piſcis adpoſitus ſit, diſcitur maritimos fuiſſe, unde et Silius Ital. 15, 565. *Larinas accola Ponti*. Sed de ſitu alibi.

Teanum) Vatic. Pariſ. 1. Cibin. Venet. Prag. Rehdiger. Vindob. Havn. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. reliquae cum Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto *Theanum*. Inde a Voſſio conſtanter reiecta eſt adſpiratio, quam etiam omiſerunt Pariſ. 2. 3. Ciaccon. Lipſ. et ex edd. ante Voſſium 13. TZSCHVCKE. *Teanum* ſine ulla aſpiratione ſcribendum. PINTIANVS. *Teanum* ſine ſpiritu. Sic Ptolemaeus, [3, 1. f.] Strabo [ſaepius] Τέανον, Livius [22, 57, 8. etſi ibi Sidicinum eſt] et Cicero. [pro Cluentio c. 69. et alibi] *Theani* fluvii Campaniae meminit Oroſius lib. 5. c. 18. *Tianum* per *i*, in quibus Pomponii libris ſe offert; quae ſcriptura inſuper habenda non eſt, quod et in antiquis numis cuſis reperiatur, quos mihi Abr. Ortelius oſtendit. SCHOTTVS. Cum duplex fuerit, Apuliae et Campaniae, commune tamen utraque urbs nomen geſſit, ut teſtatur Strabo 6. p. m. 197. f. 285. At utra-

que fine adfpiratione non a Graecis folum, fed et Latinis fcriptoribus adfertur, etfi in his paffim libri variant, veluti in Livio c. l. Cicerone de lege agraria 2, 31. f. pro Cluentio c. 9. Iul. Obfeq. c. 71. Inveni adeo apud Gruterum p. 249, 5. in tabula Traiano Hadriano dicata *Theanenfes*, *Theanum Apulum* etiam ex lapide producit Ortelius in thef. Geogr. f. v. *Teanum*, et fic femper cum adfpiratione hoc nomen dedit in Cicerone Ernefti. Improbat tamen Stephanus fatis graviter ex literarum ordine, quippe qui habet Τεανόν. Sic Peuting. tab. c. l. etfi vitiofe *teneapulo*, et, quod non leve momentum addit, numi, de quibus vid. Rafche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 705 fq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. V. 1. p. 117. Quare eam etiam reiiciunt viri docti, etfi in ipfo contextu diesentiunt paffim. Vid. Vrfinus ad Cicer. pro Cluentio c. 69. Garatonius ad eundem de lege agr. 2, 31. f. et pro Cluentio c. 9. Sigon. ad Liv. 9, 20, 4. Drakenb. ad eundem 23, 24, 5. Surita et Wefleling. ad Antonin. itiner. p. 121. f. Oudendorp. ad Obfequ. c. l. Qui tamen fint libri, ex quibus Schottus commemorat *Tianum*, ignoro. Videtur idem ab Ortelio accepiffe, qui id c. l. adfirmat, Melamque erroris incufet, nifi ita legatur etiam in antiquis numis. Recte quidem hoc, cum numi non folum *Tianum*, fed et *Taanum* exhibeant praeter ufitatam fcripturam, uti docent Rafche et Eckhel. cc. ll. Poft Gud. omifit *oppida*, et Vindobon. fcribit *graganum*.

§. 7. *Apulo)* Libri quidam, ut fupra, *Appulo*. Tum ed. 15. *Vria*; Vindob. *incintus*; Lipf. Prag. Vatic. 3. *modico fpatio*; Cibin. *fpacia*; Vindob. *pluraque afpera*; Prag. *plereque*; ed. Lugd. 1605. et 58. omittunt verba *afper acceffu*, et Cibin. dat *acceffus*. Ceterum hanc narrationem non diftincte fatis Mela fubiicit praecedentibus, fed explicandi forma exhibet, cum tamen ad novum locum aperte progrediatur. Quare etiam

Cluverius in Ital. ant. 4, 13. p. 1248. ſubplendum putat: *Intra hunc.*

Sipontum) A. Gronov. ex MSS. adfert *Sipronium* et *Siponium*; Vatic. *Syponium*; Lipſ. Pariſ. 1. Gud. Rehdiger. Vindobon. *Siponium*; Pariſ. 3. *Simponium*; Cibin. *Sipomium*; Vatic. 3. *Sypontum*; Venet. Havn. Prag. Ciaccon. *Sipontum*; Pariſ. 2. *Sipuntum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. *Simponium*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. 24. 25. Olivarianae pleraeque *Sypuntum*; tum ex Vadiana familia, 30. 32. 37. et Schottus *Sypuntum*; 10. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 28. ex Olivarianis Stephanus, Vinetus, Voſſius, 40. 41. 42. *Sipuntum*; poſt cum Reinoldio in ceteris *Sipontum*. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [3, 1.] et Strabo [6. p. m. 196. ſ. 284.] *Sepûs* nominat, accentu in ultima circumflexo, non *Sypuntum*. — Ex eorum auctoritate lego in Pomponio: *Extra Sepus, vel ut Graii dixere Sepius.* Stephanus, quod miremur, cum *i* in prima *Sipus.* PINTIANVS. *Sipontum* etiam ſcribitur hoc nomen apud Plin. 3, 11. [ſ. 16.] Livium 34, 45. [c. 45, 2.] et 39, 23. [§. 3. adde 8, 24, 4.] Frontinum de coloniis p. 127. et apud eundem p. 110. ager *Sipontinus.* A. GRONOVIVS. De Hermolao Barbaro poſt. *Sepontum* habet Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum 2, 21. et Boccatius ſ. v. Appenninus in ed. quidem Veneta 1473. pro quo Veneta 1494. *ſypontum.* Sed et *Sipontum* idem habet ſ. v. Garganus. In Strabone c. l. Guarinus vertit *Sipontem* et *Sepiuntem*, et ego pro Σηπιοῦς in codicibus meis inveni Σιπιοῦς. Caſaubonus ad c. l. non audiendum putat virum doctum, (intelligit Pintianum) qui hic velit *Sepius.* In Ptolemaeo 3, 1. cod. Palatinus, notante Bertio, Σιποῦς et ſic Stephanus. Accedit, quod in tab. Peutinger. 5. C. eſt *Siponto*, apud Geogr. Ravenn. 4, 31. *Sipontus*, Livium cc. ll. Ciceron. ad Att. 9, 15; 10, 7. in. Plin. 3, 16. ſ. 14. *Sipontum.* In Antonini itiner. p. 314. libri

quidam et Wesselingius legunt *Sipunto*, et idem p. 497. *Sipunte*, ubi plerique libri habent *Siponte*. Sic Cicero de leg. agrar. 2, 27. habet *Sipontina ficcitate*, licet ad Attic. 6, 2. ubi de hac forma disceptatur. ipse in Graecis esse dicat Σιπούντιοι, 'Οπούντιοι, qui quidem locus hic est memorabilis. *Sipuntum* et *Sipontum* scriptoribus antiquis dictum esse docuerunt Cluver. in Ital. ant. 4, 11. p. 1212. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 157. Certe sic in simili ratione *Cerafuntum*, *Hydruntum*, et sic *finus Opuntius*. At et dicitur *Buxentum*, et a Φλιοῦς in Latinis *Phliasii*, de quo Cicero c. l. ubi tamen adiuvant, quae notavit de hoc gentili Stephanus. Cf. post *Hydruntum*. Hic quidem vix me contineo, quin revocem *Sipuntum*, cum *Sipontum* codicum ex recentiori forma natum videatur. Reliqui tamen receptam, aliorum auctorum simul auctoritatem reveritus, et quod in descriptione numor. vett. Lipf. 1796. 4. p. 16. in numo legitur Σιπο.

Graii) Cibin. Prag. *gray*; Lipf. Gud. Vindob. Rehdiger. *grai*, uti supra §. 5. et alibi. Pro *dixere*, quam formam amat noster, Venet. *dixerunt*.

Sipus) Vossius ex libris suis, tacente A. Gronovio, profert *Sipilus* et *Siphus*; Ciacconius *Syppilum* et *Spilluon*; Lipf. Havn. Cibin. Rehdig. Parif. 1. 3. *Sipillum*; Vindob. *Sipilum*; Parif. 2. *Sipulum*; Venet. *Sipilium*; Gud. *Sippilum*; Prag. *Sipium*; Vaticani, puto, *Sipyus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Sipillum*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Sipyus*; 21. 28. *Sypius*; Schottus *Sipyus*; Vossius et ceteri *Sipus*. TZSCHUCKE. Scribo: *Sipuntum, vel, ut Graii dixere, Sipyus*. Strabo [c. l.] *Sipuntum*, inquit, *sive*, quod idem est, *Sipus*, *a Diomede conditum*. Videtur nominatum, inquit, ante a Graecis *Sipyus* a sepiarum proventu. Dicetur ergo et

Sipuntum, ut Plinius, [3, 16. f. 11. ubi h. per *o*] et *Sipus*, *Sipuntis*, [fic in ed. 1493.] ut antiqui. BARBARVS. *Sipus* vera lectio. VOSSIVS. Eandem etiam probat in Lucano 5, 577. Oudendorpius, ubi etiam, etfi lenius, variatur. Aperte id fuftinet Stephanus, nec aliter apud Strabonem c. l. et alios. Atque haec forma unice hic probanda eft, cum diferte, Graecorum qualis fuerit, declaret. Cf. de Pinedo ad Stephan. p. 603. Poft Vindob. *camifium*; ed. 9. *tanufium*; Rehdiger. *harium* pro *Barium*.

et Gnatia) Sic codd. Voffii et A. Gronovii cum d'Orvilliano, quem adfert Weffeling. ad itiner. Hierofolymit. p. 609. et alio Suritae, de quo idem ad Antonini itiner. p. 315. itemque meis. Tantum Vindobon. *et guacia* et Cibin. *et gnacia*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *et Gnatia*; hinc reliquae vel *et Egnatia* vel *Egnatia*, quod ultimum fervavit Gronoviana 44. Poft praeeunte Reinoldio 45. et ceterae *et Gnatia*. TZSCHVCKE. Scribo: *Poft Barium*, *Egnatia*. Ptolemaeus, [3, 1.] Strabo, [6. p. m. 195. f. 283.] Plinius. [3, 16. f. 11.] BARBARVS. *Gnatia* quoque Horatius. [Sermon. 1, 5, 97.] Sed et Plinius. Nam quo loco apud ipfum legitur, *Rudia*, *Egnatia*, omnino fcribendum eft: *Rudiae*, *Gnatia*. Sic quoque meliores libri Ptolemaei. VOSSIVS. Plinius lib. 3. c. 11. *Rudia*, *Egnatia*, ubi forte legendum *Rudiae*, *Gnatia*. Horatius lib. 1. Sermon. Ecl. 5. v. 95. *dein Gnatia lymphis Iratis exftructa dedit rifusque iocosque.* Surita ad Antonini itiner. p. 472. in vetufto exemplari Melae *et Gnatia* etiam fe reperiffe teftatur. A. GRONOVIVS. *Gnatia* habet etiam Geogr. Ravenn. 4, 31. et tabula Peuting. 6. A. Sic et Antoninus in itiner. p. 315. At idem p. 117. in omnibus libris *Egnatia*. Non igitur, quod putant cum vetere Scholiafte commentatores, in iis etiam Wielandius, pro *Egnatia* pofuit Horatius, fed fecit ex ufu promifcuo, quem et in hoc

nomine agnoscit Surita ad Antonini itiner. p. m. 515. Neque tamen negaverim, probabilius esse *Egnatia* ex gentis et cognominis origine, et quod *Ignatium agrum* adpellat Frontinus de coloniis, qui aliis *Egnatius* est. Sic prodit *Ignatii* nomen apud Plutarch. in Crasso c. 27. et aliquoties apud Appian. de B. Civ. 1, 45. In utroque codices dant etiam *Gnatius*, uti pro *Egnatius* in Dione 53, 24. Cf. Drakenb. ad Livii epit. lib. 75. In nummis passim *Egnatius* legitur. Quod vero de urbe Ortelius et Ferrarius in Lex. Geogrr. adfirmant, in Strabone etiam esse *Ignatia*, consuluerunt vitiosa exemplaria lib. 7. p. 225. s. 322. ubi tamen MSS. dant per *E*, ut alibi. Nec priore loco lib. 6. ab Ἐγνατία discedunt libri, nisi quod ex meis quidam habent στεγνατία, uti et post Guarinus in vetusta versione. Variationem in Ptolemaeo ego quidem nullam inveni. Praetulerim igitur *Egnatia*, nisi obstent omnes codices, et alteram formam aliorum auctoritas sustineat. Post ed. 13. *Rhudie.* Sic passim alibi cum adspiratione legitur.

et iam) Lips. Paris. 5. *et in*, uti edd. omnes ad Vossium, qui ex melioribus libris, ut scribit in nota, dedit *et iam*, quod et exhibent Gronoviani et mei reliqui, tantum quidam coniuncte *etiam*, quos imitati sunt Reinoldius et A. Gronovius in ed. 45. cum Kappio. Idem supra 1, 19, 14. occurrit, ubi recte Pintianus et ad morem Melae accommodatius divisit. Cf. 3, 9, 7. et notata ad Eutropium 1, 11. p. 85. Ciacconius eiecta particula simpliciter malebat: *in Calabria.* Rehdiger. *in cabria.*

Brundusium) Paris. 1. 2. et Schottus *Brundisium.* Inter utramque scripturam fluctuantur et alibi codices, et docti viri ex vetustioribus et melioribus adeo *Brundisium* praeferendum censent. Vid. cum Rupertio N. Heinsius et Drakenb. ad Sil. Ital. 8, 574. hic etiam ad

Liv. 42, 17, 6. Harduin. ad Plin. 3, 16. f. 11. Burmann. ad Sueton. Caef. c. 54. Weffeling. ad Antonini itiner. p. 118. Duker. ad Flor. 1, 20, 1. et praeter Geographiae Latinae auctores A. Gronov. ad Iuftin. 12, 2, 7. Sic per *i* conftanter fcribit in Iulio Caefare, Frontino et Lucano, Oudendorpius, Drakenb. in Livio, et in aliis alii. At per *u* dedit in Orofio 1, 2. p. 24. Havercampus. Prius adiuvant lapides apud Gruterum p. 151, 2. 801, 5. Gudium p. 71, 2. Sed et *Brundufium* inveni apud Donium p. 94, 96. Vtramque igitur etiam formam probare videtur Cluverius in Ital. ant. 4, 13. p. 1245. Numi nihil profunt, cum in iis tantum *Brun.* adpareat. In noftro loco codices malunt *Brundufium*, quod ideo minus laceffendum putavi, quod facilius ad formam fui aevi delabi potuerint, quam antiquam et acceptam fervare.

Valetium) Lipf. Vatic. 3. Prag. Vindob. d'Orvillianus apud Weffeling. ad itiner. Hierofol. p. 609. *Valentium*; Gud. *Valentinum*; Parif. 1. 2. *Valetum*; alii cum edd. *Valetium*. TZSCHVCKE. Recte, qui pro *Valetium* fubftituerunt *Valefium*. PINTIANVS. Forte *Valefium*. CIACCONIVS. Variis modis hoc oppidum concipitur; nam et Βαρήτιον Stephano ex Theopompo. Ἀλητία Straboni, [?] Ἀλήτιον Ptolemaeo. [3, 1.] Latinis vero *Valetium* et *Valentium* et *Aletium* paffim nominatur. Non recte Cluverius [in Ital. ant. 4, 13. p. 1244.] *Valetium* et *Aletiam* tamquam duo diverfa oppida in Calabria defcribit, cum unum omnino idemque fuerit. Varia, ut hoc probet, affert auctorum loca, fed omnia fruftra. Nam quo loco apud Plinium [3, 16. f. 11.] legitur *Aletia* [*Aletium*] vulgo, illic meliores codices habent *Sarmadium*. Sic itaque legendus erat locus ille Plinianus: *Oppida per continentem a Tarento Vria (quia cognominis Apulae) Meffapia Sarmadium.* A Sarmadio feu Armadio apud Frontinum Armadillus feu Sarmadillus

ager, de quo alias. Circa finem vero eiusdem capitis, ubi Valentinos et Alentinos nominat, sic legit optimus noster codex: *Salentinorum, Salentini, Basterbini, Neretini, Valentini, Veretini.* Salentini isti posteriores dicuntur ab oppido Salentia, de quo mox. Alio quoque videtur persuasus fuisse argumento, ut hoc crederet, Cluverius, nempe quia Valentia bis occurrit in tabula itineraria. Verum et hic quoque male Valentia pro Salentia scribitur. Liquet hoc ex Geographo Ravennate anonymo,]5, 1. cf. 4, 31. etsi in utroque loco discrepat ed. Porcheronis] qui in plurimis convenit cum tabula itineraria, in quo ita procedit ordo: *Brundusium, Balctium, Lubiae, Hydruntum, Minervium, Verentium, Salentium, Neretum, Manduris, Tarentum.* Hinc itaque apparet, nullam in Calabria Alentiam fuisse, quae diversa fuerit a Valentia, sive ab illo oppido, quod hodie *Lezza* vel *Lecce* dicitur, quinque circiter passuum millibus a mari remoto, unde Strabo [lib. 6. p. m. 194. s. 282. Σαληπία.] μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης illud collocat. VOSSIVS. *Alctium* Ptolemaei Valetium esse, notat etiam editio Bertiana, et Stephani Βαρήτιον cum Vossio Holsten. p. 63. At consulendus, ne ultra terminos hic statutos evager, Mazochius ad tabul. Heracl. p. 522. n. 58. ubi diversum utriusque situm fuisse docet; docent et itineraria et Geographus Ravennas cc. ll. Certius hoc est, quod ex aliorum auctorum comparationibus discitur, *Balesium* esse ex vulgari pronuntiationis usu Plinio 3, 16. s. 11. *Balctium* Geographo Ravenn. cc. ll. *Balentium* in tab. Peutinger. 6. B. *Valentiam* vel ut est in MS. *Valentium* in itiner. Hierosolym. p. 609. Ex quibus adparet, ultra cum Vossio procedi non posse, et dubiam esse in medio nomine scripturam.

Lupiae) Vatic. Paris. 1. 2. 3. Lips. d'Orvillianus apud Wessel. c. l. Cibin. et reliqui cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Lupae* vel *Lupe*; 6. 7. 8. 17. *Lubiae*;

15. 20. 23. *Lubyae*; 10. et reliquae *Lupiae*. TZSCHVCKE. Strabo [lib. 6. p. m. 194. f. 282.] *Lupiae;* in quibusdam Plinianis codicibus [3, 16. f. 11.] et Ptolemaeo [3, 1.] *Lufpia*. [Λουσπίαι] BARBARVS. Priorem partem vitiant varie auctorum libri; at in pofteriori τὸ *i* tuentur. Sic Plin. 3, 16. f. 11. et Geogr. Ravenn. 4, 31. *Lupia*, et hic 5, 1. *Lubias*; Antonini itiner. p. 118. *Lipias;* tabula Peutinger. 6. B. *Luppia*. Vid. Weffeling. ad Antonin. itiner. c. l. ubi addi poteft ex Gruteri infcrr. p. 374, 5. *col. Lupienfium*; ex Frontino de colon. lib. 2. 111. *Luppienfis ager*, nempe hoc ex librarii pronuntiatione; *Lupiae* in MS. *Lopiae* ex Iul. Capitolino in Antonino Philof. c. 1. Inferendum igitur hic eft τὸ *i*, at terminatio in *ae*, quam mordicus tenent omnes codices, fervanda.

Hydrus) Lipf. Vindob. *idrus*; Prag. *Idros*; Gud. *hidrus*; reliqui *hydrus*. Edd. 6. 7. 8. *Hydus*; 15. 17. 20. 23. *Idrus*. TZSCHVCKE. Locus corruptus, quem nos inter alios reftituimus. Legendum eft *Hydruntum*, nunc *Otrento*. OLIVARIVS. Nulla hic opus eft mutatione, cum utraque forma occurrat in Latinis. Sic Livius 36, 20, 5. Plinius 3, 16. f. 11. Martian. Capella lib. 6. p. 209. Antonin. itiner. p. 118. *Hydruntum*, etfi in Plinio reluctatur Pintianus, quia poft fequatur *Hydrunte*, pro quo fic malim *Hydrunto*, quia facilius *o* in *e* transire poteft, quam *Hydrus* in *Hydruntum*. *Hydruntem* fic mavult in Martiano Capella Grotius. Geogr. Ravenn. 4, 31. 5, 1. *Ydrontus*, fed in tabula Peuting. c. l. *Ydrunte*. Graeci *Hydrus*, Hydruntis, quod imitati funt ex Latinis Cicero ad diverf. 16, 9. Lucan. 5, 375. et dubia fide Plin. c. l. Vtramque igitur formam olim ufum obtinuiffe, poft etiam abiectam effe adfpirationem, inde exiftimat Cluverius in Ital. ant. 4, 13. p. 1243. atque adeo Oudendorp. ad Luc. c. l. Hydruntum fuiffe ufitatius putat. Vid. de hac forma in aliis etiam obvia

Salmaſ. ad Solin. c. 8. ſ. 2. p. m. 47. At ſi Mazochium audias in commentario in titulum amphitheatri Campani c. 5. p. 117. rectius ſcribatur *Hudrentum*, quia in inſcriptione ab incolis poſita, qui optime illa noſſe debuerint, legatur *Hudrentinor.* ut a Πυξοῦς fiat *Buxentum.*

mons) Legendum: *Hydrus, Soletum et Salentini campi.* Plinius [3, 16. ſ. 11.] *Ab Hydrunte Soletum deſertum.* PINTIANVS. Forte: *Hydrus, mox Salentini*, ut apud Plinium 3, 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* etc. Quod ſequitur *tum*, gloſſa eſt, ad particulam *mox* adſcripta. CIACCONIVS. De corruptione huius loci conſentit etiam Oudendorpius ad Lucan. 5, 375. quia Hydrus ſit oppidum, non mons, etſi ipſe, quomodo ſanari poſſit, non adfert. Libri omnes *mons* tuentur. Leviſſima mutatione transeat in *mox*, quod et noſter veluti 1, 17, 2. in progreſſione ponit, et ſaepius ſic Plinius adhibet. *Soletum* Pintiani ex Plinio remotius eſt, et cum deſertum fuerit, vix a Mela commemoratum. Accedit nominis obſcuritas, quod alii, veluti hic Voſſius, pro *Solentum*, vel potius depravate pro *Salentum* accipiunt; cuius mentio ſubeſt in Salentinis campis. Mazochius in tab. Heracleenſ. P. 2. p. 524. ex vocibus *mons tum* effingere malit *portus*, putatque Scylacis illud λιμὴν Ὑδροῦς exſcribere Melam voluiſſe. Poſſis tamen cum Cellario 2, 9, 585. de promontorio vicino intelligere, ſic, ut more ſuo urbem tecte indicet.

Sallentini) Lipſ. Rehdig. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Vindob. Venet. Havn. cum edd. vetuſtis et recentioribus, quibus acceſſerunt Reinoldianae ad 42. *Salentini.* Inde a 44. ceterae *Sallentini*, uti ſcribunt Voſſ. 1. Mediolan. (quos ſupra indicavit Abr. Gronovius) Vatic. Cibin. hic et deinceps. Vatic. 3. *Salemni campi*; Prag. *Salenni.* Ante *Sallentini* invitis codicibus inſerſit Voſſius *et*, et hinc edd. 40. 41. 42. Poſt Prag. omiſit *et Sallentina*, τὸ *et* ante urbs edd. 30. 32. 37.

Callipolis) Parif. 3. *Gallipolis*; Vindob. *galipolis*; Lipf. Gud. Rehdiger. Havn. Prag. *Calipolis*; Cibin. Venet. Vatic. *Callipolis*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Vadianae, inde ab ed. 12. 30. 32. 37. *Gallipolis*; 10. *Galliopolis*; 16. 18. 21. 24. 25. 26. 27. 28. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius reliqui *Callipolis*. TZSCHVCKE. Scribendum videtur: *et urbs Gallica Gallipolis*. Plinius in libro 3. [c. 16. f. 11.] *In ora vero Senonum Gallipolis, quae nunc Anxa*. Erit igitur *Gallipolis* dictio compofita, ex voce Graeca et Latina, quod etfi raro, aliquando tamen fit, ut in *Epitogium* et *Epirrhedium* monftrat Quinctilianus. [1, 5, 68.] Alioqui Graeci ipfi *Galliam* Latino nomine interdum appellant, ut oftendit Stephanus. PINTIANVS. *Graia* legendum videtur, ut fit magnae Graeciae initium. Sic enim appellatur frons Italiae. Similiter Plinius lib. 3. c. 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* etc. Livius Graecas urbes has vocat lib. 35. fol. 254. [c. 16, 3.] CIACCONIVS. Ridicule apud Plinium [c. l.] *Callipolis* dicitur Senonum effe colonia. Cluverius [in Ital. ant. 4, 13. p. 1239.] pro *Senonum* reponi debere contendit *Salentinorum Callipolis*. Sed minime opus hoc loco repetere vocem iftam. Libri manu exarati legunt: *Senum Callipolis*. Optimus vero nofter habet: *Saenum*. Procul dubio hoc verum eft. Itaque fic totum lego locum: *Oppida per continentem a Tarento Vria, (quia cognominis Apulae) Meffapia, Sarmadium. In ora vero Saenum Callipolis, quae nunc eft Anxa* 62 *millia paffuum a Tarento*. In tabula itineraria [6. A. fed in ed. Scheybii *Scammum* nec in ora, nec hoc ordine] male locus ifte vocatur *Scanuium* pro *Saenum*. Geographo Ravennati [4, 35. in ed. Porcheronis *Samnum*] eft *Sanuum*. VOSSIVS. Obfcurum quidem nomen urbis *Seni*; attamen hoc adparet *Senones* male ad haec loca vocari, quorum

mentione in quibusdam editionibus motus Pintianus *Graia* in *Gallica* mutavit. Vid. ad Plinii locum Harduinus, qui etiam nummum adfert, in cuius una parte Καλ. in altera Ταρας legitur. Nunquam enim Senones hanc Italiae partem adtigerunt, at occuparunt et frequentarunt Graeci, unde etiam *Magna* f. *Maior Graecia* adpellata eft. Vid. Iuftinus 20, 1. et 2. et quae ibi notantur. Mazochius ad tab. Heracl. p. 54. not. 50. praeterea putat, Melam hac voce *Graia* indicaffe, folam hanc fuo tempore Graecismum tenuiffe, ceteras five nunquam Ἑλληνίδας fuiffe, five tunc a Graecitate defeciffe; quamquam haec arbitraria videntur. Immo ideo factum a Mela videtur, ut prius nomen indicaret, cui fucceffit Latinum *Anxa* fecundum Plin. c. l. De commutatione literarum *C* et *G* fatis crebra dictum eft aliquoties. Vid. ad 1, 16, 2. (*Cnidus*) Idem in Thraciae Callipoli oftendunt libri apud Liv. 31, 16, 6. in noftra apud Plin. c. l. Atque hanc fcripturam per *C* tuetur etiam praemiffa vox *Graia*. Quod plures non memorant, eius caufam indicat Strabo 6. p. m. 194. f. 281. ubi fcribit, 13 in hoc tractu fuiffe urbes, quae tamen fuo tempore, praeter Tarentum et Brundufium, omnes ad oppidulorum tenuitatem, cladibus adflictae, deciderint. De *Hadria* quod dedi, et hic exhibent MSS. aliqui et edd. 1. 9. dictum fupra et alibi. Verba: *Huc usque Hadria* defunt in Vindob. *Hadriae huc usque* in Parif. 3. Caufa patet.

§. 8. *Frons —*) Gud. Prag. *fons*, de qua commutatione ad 1, 13, 3. Hinc vero cap. 36. exorditur Vinetus.

in duo quidem) Vindob. non habet *quidem*; Vatic. 3. et Prag. *fe*. Pro *fcindit* Pintianus vult *fcinditur*, nempe omiffo *fe*, uti hunc locum adfert. Pro *admittit* Lipf. Cibin. Gud. Rehdig. Vindob. forte etiam Venet. Havn. *admifit* cum edd. omnibus ad Voffium.

qui ex codicibus ſuis, quibus etiam accedunt ex meis reliqui, repoſuit *admittit*, aptiori nexu.

non uno) Voſſiani aliqui, Venet. Havn. Prag. *niſi uno*; Ciaccon. *neque uno.* TZSCHUCKE. Libri aliqui habent: *niſi uno margine circuit.* Forte *ſinuoſo margine circuit.* Sed vulgata, quam etiam optima repraeſentant exemplaria, magis placet. Supra vero ex iisdem libris reſcripſimus *admittit*, non *admiſit*; mox dein *Salentinum* non *Salen.* VOSSIUS. Poſt Rehdiger. *circumit ne*; Lipſ. *circuitur nec diffuſus*; Gud. omittit relicto vacuo ſpatio, *patens*; Prag. *ſed.*

Tarentinus) Rehdiger. *tharentinus*, uti poſt; Vatic. 3. et Prag. *dicitur in eo.*

Sallentinum) Pariſ. 2. ignorat; Lipſ. Pariſ. 3. Gud. Rehdiger. Vindob. dant *Salen*; Pariſ. 1. *Salon*; Venet. *Salerni*; Vatic. 3. Havn. Prag. *Saleri*; Cibin. Vatic. *Sallentinum*; in ed. 27. notatur *Salentinum.* Edd. omnes ad Schottum *Salen*, tantum 30. 32. 37. *Salem*; Vinetus et poſt Reinoldius *Salentinum*; Voſſius cum ceteris *Sallentinum*, de qua ſcriptura ſupra eſt dictum. *Salentinum* legendum eſſe iam viderant Pintianus et Ciacconius, probaveratque Cluverius in Ital. ant. 3, 13. p. 1240. Idem Boccatius de montibus h. v. innuere videtur: *Salen*, inquit, *ſeu Salentinum promontorium.* Ita legendum tantum duplici *l*, de quo ſupra.

Lacinium) Pariſ. 2. *Lacinſum*; Rehdiger. *laricifum*; Cibin. *lacirifum*; Gud. *lacipſum*; Ven. *Latrinii*; Vindob. *lanciſium*; Prag. *Lachinium*; Pariſ. 2. *Lachinum*, alii ut edd. recte *Lacinium.* Poſt Venet. et ed. 44. *in eo.*

Tarentus) Legendum *Tarentum*, neutra deſinentia vel ex illo Iuvenalis verſu [6, 297.] *Atque coro-*

natum et petulans madidumque Tarentum. Ita Plinius [34, 6. f. 5.] ceterique. PINTIANVS. Recte, puto. *Tarentus* fuit posterioris aetatis, et sic legitur in Sidon. Apollin. carmin. 5, 436. Porro nomina Graeca in *as* et *us*, *untis* per *um* solent a Latinis adferri, ut *Acragas*, *Hydrus*. Denique suffragatur Cod. Lipf. qui luculentur exhibet *Tarentum*. *Vs* autem et *um* etiam in aliis commutantur. Sic post Venet. *Metapontus; Saguntus*, et *Saguntum*.

Metapontum) Venet. *metapontus*; Vindobon. *methaponthum*; Rehdiger. uti edd. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. *Methapontum*; 53. *Metapontum*. Graecis usitate Μεταπόντιον. Post Gud. Prag. *eraclea*; edd. 21. 28. *Heraclaea*.

Croto) Lipf. *crotona*; Vatic. 3. Parif. 2. *crotonium*; Venet. *Crottonium*; Prag. *crotomerum*; Cibin. *chroto*; alii *Croto* cum editionibus. Ita *Narbo*, *Belo*, aliaque, quae etiam in libris per *on* et *o* efferuntur, de quo ad 1, 11, 3. 1, 19, 5. *Crotona* autem in Lipf. ut *Narbona*, *Ancona*, aliaque, in quibus usus consulendus est. Vid. supra ad §. 5. de *Ancona*. Sic *Crotona* quidam legunt apud Martian. Capell. lib. 6. p. 209. Alii *Croto*, ut Liv. 24, 3. in. Plin. 3, 15. f. 11.

Thurium) Vindob. *turini*; Lipf. Rehdiger. Gud. *turinm*, uti plurimae editiones inde a primis, quibus accesserunt postea Ald. Iunt. Vadianae, Olivarianae, Schottus. Cum adspiratione recte Vinetus, Vossius et alii; uti etiam olim voluerat Pintianus ex auctoribus Graecis, qui per Θ efferunt, etsi diversa terminatione Θούριοι. Quidam tamen etiam Θούριον. uti Ptolem. 3, 1. Schol. Theocriti ad 5. in. quod etiam notat Stephanus. Ita vero *Thurinus* sine adspiratione in libris profertur apud Iul. Caes. de B. Civ. 3, 21. et 22.

Scylaceus) Vatic. 3. Lipf. Vindobon. *filaceus*; Prag. *fillacrus*; Rediger. *fillaceus*; Parif. 1. *fcilacaeus*; Cibin. *fcylacaeus*; Vatic. 1. *Scyllacaeus*; Gud. *Scyllaceacus*. Edd. 1. 2. 9. *filaceus*; 3. 4. 5. (hinc Venet. et Havn.) 6. 7. 8. 10. aliaeque *Scyllaceus*; 15. 20. 23. *Scyllacius*; Vinetus *Scyllacaeus*; 13. aliquanto poft Voffius, Gronovii aliique *Scylaceus*. Similem variationem dant libri in Virgilio Aen. 3, 553. ubi vid. Burmann. et ad Plin. 3, 15. f. 10. Harduinus, qui parum tamen fibi conftitit. Ex Virgilio probari poffit fcriptura per *l* fimplex, nifi quis metri caufa factum velit. Nam etfi etiam in Strabone 6. p. m. 180. f. 261. legatur Σκυλάκιον per ι pro ει, codex Mofc. tamen habet duplex λ. Sed fimplex Ptolem. 3, 1. (etiam per ι,) quod et hic praeferunt Pintianus, Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1305. et Salmaf. ad Solin. c. 2. f. 8. p. m. 47. et 57. Dubia videtur fcriptura etiam per codices noftros, neque tamen gravius peccet, qui Virgilium fequatur, ad quem conferri etiam poteft Pierius.

Lacinium) Rebdiger. *lacinum*; Cibin. *lacinum (lacerinum)*; Prag. *latinium*. Vid. fupra. Poft Lipf. *zefirum*; Cibin. *fephyrium*; Prag. *Cephirum*; Vindob. *cephirium*; Gud. et edd. 2. 11. *zephirium*; edd. 1. 9. *zephirum*; in aliis recte *Zephyrium*.

Petilia) Cibin. Gud. *petelia*; Parif. 3. edd. 1. 2. 9. *petila*; in aliis *Petilia*. TZSCHVCKE. Ptolemaeus, [3, 1.] Strabo, [6. p. m. 175. f. 254.] Stephanus *Petelia* cum *e* longo in penultima. PINTIANVS. Vulgatam fcripturam ex fuo codice repetit etiam Boccatius de montibus f. v. Lacinium, et de flumin. f. v. Carcines. Ita vero alibi fluctuantur codices, veluti in Livio 27, 26, 5. Valerio Max. 6, 6. f. Virgilio Aen. 5, 402. ubi Cod. Medic. optimus habet *e*, Frontino 4, 5, 18. Variant etiam viri docti, et modo per *i*, ut in Silio Ital. 12, 431.

Virgilio c. l. modo per *e* uti in Livio, Valerio Maximo etiam hic per duplex *l* ſcribunt. At τὸ *e* tuetur ſcriptura Graeca Πετηλία, quam exhibent Strabo c. l. ubi etiam prima verſio Latina dat *Petelia*, Ptolemaeus c. l. Stephanus, Appianus de B. Hannib. c. 57. etſi Πετιλῖνοι in Athenaeo 12, 6. p. m. 528. et in Plinio 3, 15. ſ. 10. *Petilia* legitur. At *Petelia* diſerte habet tab. Peutinger. 6. B. pro quo corrupte Geogr. Ravenn. 4, 31. *Pelia*. Accedunt praeterea, quod graviſſimum eſt, numi, in quibus Πετηλινων legitur, et inſcriptiones, quas proferunt Gualtherus in inſcrr. Brutiorum Vol. 5. theſ. Sicil. p. 883. et Fabrettus in inſcrr. p. 404. ex quo ſimul intelligitur, vitioſe in Grutero p. 215, 2. exhiberi *Petilini*. Hinc etiam ſecundam ſyllabam producunt poetae Latini Virgilius, Silius, etſi in iis vulgo *Petilia* legitur. Nempe τὸ η Graecorum ex poſterioris aevi pronuntiatione transiit in ι, et hinc apud Latinos in *i*, cuius exempla ſiſtunt *Mauretania*, *Partheni* et alia. Cf. etiam viri docti ad Frontin. 4, 5, 18. Livium 23, 20, 4. 27, 26, 5. ad Appian. de B. Hannib. c. 29. et paſſim alibi. Hic cum praecipue addicant codices *Petelia* reponere non dubitavi. Ceterum verba: *in quo eſt Petelia — inter Zephyrium* abſunt a cod. Vindob.

Carcinus) Cibin. et alius in ed. 27. notatus *carcynus*; Prag. *carzinus*; Ciaccon. *Coecinus*; recentiores Voſſii, quod ipſe adfirmat, *Corinthus*, vel *Corinus*; reliqui *Carcinus*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 13 *Carcinus*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Cocinthus*; 15. 17. 20. 23 *Corinthus*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. Vadianae, Olivarianae pleraeque, et Schottus *Coecinum*; Lugd. 1605. et 58. *Cycinum*; Vinetus *Caecinum*; Voſſius et reliqui *Carcinus*. TZSCHUCKE. Scribendum arbitror aut *Cocinthus*, non *Carcinus*, ex Polybio, [2, 14, 5.] Antonino, [p. 114. Weſſel.] Plinio, [3, 15. ſ. 10.] ut in Locris Italiae diſſerui; aut *Caecinum*, a *Caecino*

Locrorum amne, de quo Paufanias [6, 6, 2.] et Thucydides. [3, 103.] Philiftus quoque [apud Stephanum h. v.] *Caccinum* Italiae reddit oppidum, non longe a Siciliae traiectu. BARBARVS. *Coecinum*) a fluvio nomen indepta. Alii *Carcinum* atque etiam *Concinthum* [*Cocinthum*] legunt, fed fuo periculo. VADIANVS. Repofuimus e libris *Carcinus*, uti quoque habent vetera Plinii exemplaria, [5, 15. f. 10.] et numi veteres. In recentioribus vero Codicibus *Corinthus* vel *Corinus*, quod manifefte corruptum ex Cocinto vel Cocino, quo modo hoc ipfum oppidum ac promuntorium ab aliis appellatur. Vtrumque enim variis modis fcriptum reperitur. Nam et Κάρκινον et Καίκινον et *Cocinthum* et *Cocinum* vocant. Corruptum eft huius promuntorii nomen apud Ovidium lib. 15, [Metam. v. 705.] ubi defcribit iter legatorum Aefculapium e Graecia Romam advehentium, quem locum integrum adfcribam, quoniam pluribus mendis foedatus eft: *Italiam tenuit praeterque Lacinia templa Nobilitata Dea, Scyllaeaque litora fertur. Linquit Iapygiam laevisque Amphryfia remis Saxa fugit; dextra praerupta Ceraunia parte Romechiumque legit, Caulonaque Nariciamque.* Ac quidem primo Scylla ac Scyllaea litora locum hic habere non poffunt; nondum enim adtigerat fretum. Legendum eft itaque *Scylaceaque litora.* Ad *Amphryfia faxa* Turnebus aliique viri magni mifere impegerunt. A laeva illa quaerenda funt, non a dextris. In codice noftro fcriptum invenio a prima manu *Arangia.* Omni procul dubio legendum eft *Argennia*, fic dicta ab Argenno, Siciliae promuntorio, quod a laeva fitum erat fretum Siculum intrantibus. Sed et ad Ceraunia ifta Ovidiana naufragium fecere iidem. Variant et hic veteres libri, *celenia*, *cerinia*, *celentia* et alii aliter. Omnino legendum eft *Cocintia*, fic dicta a Cocinto promuntorio. Pro *Romechiumque* libri quidam manu exarati legunt *Plemyrium*, quod avide amplexi funt viri quidam eruditi. Sed profecto non fic fcripfit Ovidius,

eum Plemmyrium ad laevam ſita ſit, longiſſimeque abſit. *Rumetiumque* legunt alii vetuſti libri, vel *Romethumque*. Veram lectionem eſſe exiſtimo *Lametumque*. Oppidum Lametum ſitum fuit in anguſtiſſimo illo Italiae iſthmo, quem Scylaceus et Hipponiates ſinus efficiunt, haud procul a fontibus Lameti fluminis. Hodie Maida vocatur, corrupto procul dubio nomine ex Lamatia, extrita priore ſyllaba, quod et ipſum in adſiti fluminis vocabulo factum eſt, quem Matum vel Amatum vocant pro Lameto. Quia vero hoc oppidum ſitum eſt in medio fere iſthmi iſtius procul a mari, ideo factum eſt, ut aliqui ad ſinum Scylaceum illud collocarint. Sic ſane Hecataeus apud Stephanum; cuius locum ſic lege ex veteribus libris: *Λαμητῖνοι πόλις ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνι, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐν δὲ Λάμητος ποταμὸς, ἐν δὲ Λαμητῖνοι, ὁ πολίτης Λαμητῖνος.* Reprehendunt viri eruditi hunc Stephani locum, ſed ipſi falluntur, cum hoc oppidum in ipſo litore ſinus Hipponiatis collocant, hodieque S. Euphemiae appellari credunt. Nullam illic vel Lampetiam vel Lametum exſtitiſſe, mox docebimus. VOSSIVS. Non interpretes ſolum, ſed et alii viri docti de huius nominis vera ratione eiusque ſitu disputant. *Cocinthus*, uti ſcribit Plinius c. l. aut *Cocynthus*, uti nunc ex libris editum eſt in Polybio 2, 14, 5. utroque teſte, longiſſimum erat Italiae promontorium, quod mare Siculum ab Ionio ſeparabat. A Plinio in hoc tractu memoratur. At cum non apte promontorium in recenſu urbium produci poſſit, adiuvet forte Antoninus in itiner. p. 114. qui manſionis nomine producit, uti docet Surita, probante Weſſelingio. Nimis tamen longe a codicum indiciis recedit, et locum obſcurum adfert. Propius adtingit *Caecinus*, quod adeo exhibet Cod. Ciacconii. Ita quidem commemoratur fluvius, quem Aelianus V. H. 8, 18. prope Locros ponit, ut Thucydides 3, 103. *Caecinus* etiam olim, praeeunte Hermolao, legebatur in Plinio 3, 15. ſ. 10. ubi Harduinus ex libris revocavit

Carcines. Et ſic Cluverius in Italia antiqua 4, 15. p. 1305. *Cocinthum*, *Carcinum*, *Caecinum* idem eſſe putat, cui tamen refragatur Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 649. quia ſecundum Melam *Carcinus* ad ſuperiorem ſinum pertineat, ſecundum ſive Scylaceum, *Cocinthum* autem ſit in tertio; *Carcinum* autem oppidum cum *Carcine* amne Plinii c. l. componendum non dubitat. Diſſentit etiam a Cluverio Holſtenius in adnotatt. ad eius Italiam p. 303. et *Caecinum* et *Cocinthum* diverſa loca ſtatuit, uti propoſuit in tabula Anvillius. Inter Carcinum et Caecinum fluctuari ſententia poteſt, quia utrumque in libris obiicitur; porro *Caecinum* urbs a Philiſto apud Stephanum commemoratur, Καρκινιων in numis quibusdam adparet, de quibus cf. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 384. non ex Goltzio tantum, ſed et Magnano; denique utriusque vocis facilis fuit commutatio, dum vel *r* transiit in *e*, vel contra. Equidem, quod plerique et tantum non omnes hic volunt codices, reliqui, etſi *Caecinum* non plane reiiciendum puto.

Scylaceum) Pariſ. 3. *Silacrum*; Prag. *Sillateum*; Vatic. 3. Lipſ. *Silaceum*; Rehdiger. *Sillaceum*; Cibin. Gud. *Scyllacaeum*. Edd. 1. 2. 9. *Silacrum*; aliae pleraeque *Scyllaceum*. Sed de hoc ſupra dictum eſt.

Myſtiae) Ciaccon. *Mypae*; Lipſ. Venet. Rehdig. varr. in ed. 27. *miſtiae*; Cibin. *miſtice*; Gud. *miſtitie*; Prag. *miſtere;* Havn. *miſtrae*; Voſſii veteres libri Vatic. Pariſienſes *Myſtiae*. Edd. ad Voſſium omnes *Miſtrae*, tantum Vinetus *Miſtae*; Voſſius et ceteri *Myſtiae*. TZSCHVCKE. *Miſtre*, (non *Miſtros*, uti refert cum Olivario Gronovius) Plinius [3, 15. ſ. 10.] *Miſtiam* ſcribit, ut in alterutro ſit erratum. Stephanus *Myſtiam* urbem Samnitum commemorat. *Lucani* vero a Samnitibus orti indicantur, auctore Plinio. [3, 10. ſ. 5.] BARBARVS. *Myſtron* neutro genere urbem in mediterraneo Magnae

Graeciae invenio apud Ptolemaeum [3, 1.] coniunctim cum *Petelia.* Itaque dubito, an in Plinio et Pomponio legendum potius ſit *Abyſtron*, quam *Myſtra*, ut in Plinio, aut *Miſtrae*, ut in Pomponio. PINTIANVS. Reſcripſi *Myſtiae*, ut libri veteres. Sic quoque Plinius. Stephano eſt Μυστία. VOSSIVS. Praeſtat utique codicibus adhaerere, dum adſit cauſa in locis ipſis et aliorum teſtimoniis. Quare etiam Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1305. hic voluit *Miſtia* vel *Miſtiae*, quia Romani literam Graecam υ fugerent. At cum parum hoc valeat, praeferendum et hic *y*, quod praeit dux certus Stephanus, literarum ordini adſtrictus. Quod vocat Samnitium urbem, repetiit ex Philiſto, et vel conditores urbis, vel gentis indicat. Pro *Zephyrium* Prag. *cephirum;* Lipſ. *zefirum.* Ed. 1. *Zephirum;* quaedam ut 12. 14. 19. *Zephirium.* Sic Cibin. ed. 1. *brucium;* alii MSS. et edd. ad 42. *Brutio*, quod retinuit Reinoldius. Sed Voſſ. 1. Perizon. et poſt Rehdiger. *t* geminant, ut edd. 44. 45. et ceterae, quod tamen iam praeiverat Vinetus. Ita poſt variatur, et variatum eſt ſupra §. 2. ubi dictum eſt de ſcriptura.

Conſentiam) Voſſius ex plerisque libris profert *Conſentia*, ex uno *Conſentinum;* A. Gronovius ex plerisque *Conſentiam* vel *Coſſentiam;* Holſtenius in annott. in Cluverii Ital. ant. p. 303. ex optimo MS. *Coſſentiam;* Perizon. *Conſentina;* A. Gronov. *Conſentia.* Ex meis Vatic. 3. Rehdiger. *Conſentiam;* Vindobon. *coſſentiam;* Prag. *coſencia;* reliqui, ut veteres editiones, *Conſentiam;* poſt Vadiano duce (16.) 18. 21. 22. 24. 25. Vadiana gens et Olivariana, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. *Conſilinum;* Reinoldius revocavit *Conſentiam* ſequentibus aliis. A Cod. Pariſ. 2. haec vox plane abeſt. TZSCHVCKE. *Conſentiam* alii legunt, ſed temere. Longe enim diſtat infra Vibonem et Terinaeum ſinum ſita. VADIANVS. Hermolaus ait hic legi *Conſentiam.*

[ita simpliciter in nota] nec corrigit ipse. Nescio quis mutavit vocem *Consentia* in *Consilinum*. Vetus codex habet *Consentina*. CIACCONIVS. In nullo reperi *Consilinum*. Verum tamen id esse apparet ex Plinio. [3, 10. f. 5.] Meminerunt quoque huius oppidi auctores de coloniis, et Cassiodorus variarum lib. 8. cap. 33. qui aliquanto fusius de hoc loco agit. VOSSIVS. In optimo MS. Melae pro *Consilinum* legitur *Cossentia*, quod forte in *Cocintia* mutandum, ut sit idem cum Cocinto Antonini. [p. 114.] Nam *Consilinum*, aut *Cosilinum* in Lucania fuit, quod Cassiodori certa attestatione constat Variarum lib. 8. epist. 33. et Frontini de Coloniis p. 90. ed. Rigalt. Haec in Cluverii Ital. ant. HOLSTENIVS p. 303. *Consilinum* tamen Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1305. ex Mela et Plinio adfert, ut sic eum et hic legisse adpareat. *Cocintum* autem legendum adscripserat etiam vir doctus in ed. 23. At nimis hoc a codicibus discrepat, nec minus Consilinum, etsi situ aptius utrumque. Tum vix temere et suo motu librarii ad Consentiam delabi potuerunt, quo nomine urbs a pluribus commemoratur. Insigniter igitur erravit Mela ipse. In Bruttiis enim ponunt Strabo 6. p. m. 176. f. 256. inter Terinam et Pandosiam, Ptolemaeus 3, 1. f. Livius 29, 38. in. tab. Peutinger. 6. B. ubi quidem perperam scribitur *Contentia*, aliique. Plinius etiam 3, 10. f. 5. ubi sinum ingentem Terinaeum commemorat, adiicit: *Oppidum Consentia intus*. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 648. ubi de huius loci lectione disputat. Scribitur autem ab auctoribus *Consentia*, et hinc Cicero de Fin. 1, 3. *Consentini*. In lapide tamen, veteri miliario, apud Gruterum p. 150, 7. *Cosentia* dicitur, uti a Iornande rer. Gethic. c. 30. Cf. etiam Gualtherus in inscrr. Bruttiorum p. 895. Vol. 5. thes. Siciliae.

Cauloniam) Vatic. 1. Cibin. *pauloiam;* Paris. 1. 2. Gud. Prag. *paulonia;* Paris. 3. Rehdig. Vindob. Venet.

Havn. Vatic. 3. *pauloniam;* Lipf. *Cauloniam.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Pauloniam;* reliquae *Cauloniam*, tantum 14. *Caulonia.* TZSCHVCKE. Scribo *Caulonem*, five *Cauloniam* ex Plinio, [3, 15. f. 10.] Strabone, [6. p. m. 180. f. 261.] ceteris. BARBARVS. *Cauloniam* etiam Stephanus de urbibus. Solini tamen exc. [c. 8. f. 2.] *Caulona τρισυλλάβως.* SCHOTTVS. *Caulon* et *Caulonia* promifcue a Graecis et Latinis vocatur. Pofterius praecipiunt libri. Poft Prag. *lotrosque;* Gud. *Locros* fine *que.*

In Bruttio) Hinc caput 37. incipit Vinetus. De fcriptura, quae et hic variat, in *Bruttio*, ante dictum eft. Ex qua vero editione Pintianus et Ciacconius referant: *In Brutia*, ignoro. Forte pro: *In Brutio*, uti habent Vadianae.

columna Rhegia) Duplex hic obiicitur discrepantia. Lipf. *colunia;* Vatic. 3. Prag. Venet Havn. *colonia;* Gud. *colonna;* Vindob. *columnia;* Cibin Rehdiger. *columpna;* Vatic. 1. Mediolan. alii cum Boccatio f. v. Tufcum mare *columna.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *colonia;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. reliquae *columna.* Pofteriorem vocem libri omnes efferunt fine adfpiratione, praeter Prag. Mediolan. Leid. in quibus inferitur. Sic primum ex editoribus adpofuit Reinoldius, et hinc edd. 44. 45. et ceterae. TZSCHVCKE. Scribo *columna*, non *colonia.* Graeci enim vocant locum eum *Stylida.* [male cum Olivario Abr. Gronovius reddidit *Stylidia*] Id ex Strabone [6. p. m. 177. f. 257.] Antoninoque [p. 106. 111.] probavimus in Plinio. [3, 10. f. 5.] BARBARVS. *Columna regia* quoque multi alii, qui hanc columnam (quae fane videtur fuiffe columella miliaris) *Regiam* vocant, non *Reginam.* Ab urbe enim *Regio* utrumque ἐθνικὸν recte deducitur. VOSSIVS. In

Strabone vocatur ἡ Ῥηγίνων στηλίς, in Plinio, Geogr. Ravenn 4, 32. *columna Rhegia*, etsi hic 5, 2. etiam *columpna Regia;* neque est, quod cum Cluverio in Ital. ant. 4, 15. p. 1295. quamvis recte adspirationem probat, mutetur in *Rhegina*, uti ex Vossii nota discitur. Sic vulgatam formam accipit etiam Wesseling. ad Anton. itiner. p. 106. At non recte, nec constanter Vossius hic adspirationem omittit, post adponit. Pro *columna* etiam in Plinio olim *colonia.* Civitatem diserte vocat Geogr. Ravennas.

Rhegium) Cibin. Gud. Lipf. Vindob. Rehdiger. *regium;* Paris. 3. *regum;* alii *Rhegium.* Edd. 1. 2. 9. *regum;* 22. 30. 32. 37. Vadianae posteriores *Rhegyum;* aliae *Rhegium.* Sic Boccatius de montibus s. v. Apenninus *Rhegium* et *Regium.* Tabula Peutinger. 6. F. *Regio;* Geogr. Ravenn. 4, 32. 5, 1. *Rhegium Iulii.* Et sic alibi promiscue scribitur, neque solum in libris, sed etiam, quod gravius est, in lapidibus et numis, etsi hi propter Graecam scripturam parum huc, certe pauci, valent. Sic plerique MSS. omittunt in Sallustio de B. Iug. cap. 28. extr. omnes teste Tennulio apud Frontin. 1, 4, 11. Cf. etiam ad Ciceron. Philipp. 1, 3. Livii epitom. 12. et alibi. Ex lapide Gruterus p. 150, 6. adfert *Rhegium*, sed post ex eodem *Regium*, prout in diversis schedis invenerat. Idem p. 199, 1, *Rheginei*, et p. 174, 2. et 7. *Reginis.* Variatur item in Muratorii thes. 475, 1. et 1076, 4. Gualtherus adeo in inscrr. Liparae insulae et Bruttiorum in thes. Sicil. Vol. 7. p. 868 sq. se semper absque adspiratione in saxis legisse adfirmat, etsi ipse p. 929. sistit inscriptionem, in qua *Rheginei* legitur. Plura dabit, Morisani liber, in quo inscriptiones Reginae inlustrantur, Neapoli 1770. 4. editus. Contendit hic dissert. 7. p. 307. sine adspiratione constanter a Latinis scribi, quia regis quasi sedes a Samnitibus dicta fuerit, non a ῥήγνυμι. Si numos inspiciamus,

hi fere Graecum vocabulum ponunt, aut etiam *Recion* et *Recinon*, quod tamen et ipfum antiquam Graecam formam fuiffe docet Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 180. At excitavit Latinum *Regium* ex nummo Magnan. in Bruttia numifm. t. 22. 24. Cf. Eckhel in fylloge T. 1. tab. 2, 1. nifi eft *Regium Lepidi* in Gallia Cisalpina, quod Feftus ab noftro Rhegio hac fcriptura diftinguit. Hinc vero fententiarum divortia nata funt, quae alit dubitatio Strabonis 6. p. m. 178. f. 258. utrum a ῥήγνυμι, propter Siciliam ab Italia avulfam, derivandum fit nomen, an a fplendore quafi regio. Hinc aliqui *Regium* probant, veluti Graevius ad Ciceron. epift. ad div. 12, 25. Dausquei. in Orthogr. h. v. qui comparat cum Roma, et quidam alii. Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1296. certe Romanos faepe vitaffe adfpirationem notat. Alii *Rhegium* praeferunt, uti cum Manutio Tennulius ad Frontin. 1, 4, 11. et in primis Eckhel. in doctrina numor. c. l. Et fic editur fere hodie in veteribus auctoribus; in Cicerone tamen parum conftanter Ernefti. Alii denique nihil certi ftatuunt in utriusque fcripturae notatione, uti Drakenb. ad Sil. Ital. 13. 94. ad Liv. epit. 12, et 29, 6, 4. Novam viam iniit Mazochius ad tab. Heracl. p. 550. qui, reiecta Strabonis ratione, *Regium* ideo praefert, quod primi conditores Iapyges f. Tyrrhenos aut Ofcos, quippe qui re nihil discrepent, *Recion* ab Orientis voce *Rec*, rex, vocarint; Graecos vero poftea fervato nomini notionem et originem Graecam fubiecifſe a ῥήγνυμι, hinc *Recion* et *Recino* in numis legi, nec colonia deducta nomen mutaffe Octavium, quod Latinum agnoverit. Eum prolixe docteque refutavit Eckhelius c. l. quem reddidit Rafche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 977 fqq. et adfpirationem nomini operofe vindicavit. Probant eam maxime, a Latinis receptam et frequentatam, quae Iuftin. 4, 1, 7. et Ifidorus Orig. 13, 18. de caufa nominis adferunt, quam ex *abrupto* ducunt. Reliqui igitur et in noftro loco.

Scylla) Vindobon. Prag. *Silla;* Gud. *Scilla;* alii cum Boccatio s. v. Tuscum mare *Scylla.* Edd. 2. *Sylae;* 9. 13. *Syla;* aliae *Scylla.* TZSCHVCKE. Scribo cum duplici *ll* et *ae* diphthongo in penultima. Promontorium est et statio navium Straboni, [6. p. m. 177. s. 256.] Ptolemaeo, [3, 1.] Stephano; at Plinio [3, 10. s. 5.] oppidum. PINTIANVS. Lege *Scyllaceon.* CIACCONIVS. Neutrum codices adiuvant; melius tamen Pintianus, cum *Scyllaceon* minime huc pertineat, et supra iam adfuerit. Si hic *Scylla* saxum est in freto Siculo infame illud, uti putat Kappius in indice h. v. et antea innuit Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1295. usitate quidem Mela dixit, sed infra 2, 7, 15. suo loco commemoravit. Tum vero mirum est, quod saxum illud in mediis Italiae urbibus posuit, nec ex more, et, ut supra factum est et infra, saxum adiecit, etsi infra *Liriu* admiscet, quod tamen urbis nomen etiam fuisse putat Ortelius h. v. uti *Metaurum.* Sin urbem vocavit *Scyllam,* uti videtur Ortelio h. v. insolite dixit, neque tamen mutationem admittunt codices. *Scyle* in tabula Peutinger. 6. F. congrueret, nisi situ differret inter Cauloniam et Leucopetram procul a Rhegio; *Syleon* Geographo Ravennati 4, 32. et 5, 1. Tum *Syla πόλις* legitur in Strabone 6. p. m. 196. s. 285. At cum ibi spatium metetur ab Iapygia ad Aquileiam, inque medio ponat Sylam, locum haec urbs ibi habere non potest, quare etiam docti viri vel *Senam* vel *Spinam* substituunt. Occurrit etiam in hoc tractu *Sila,* prope Mamertium (Strabo 6. p. m. 180. s. 261.) Leucopetram et Rhegium (Plin. 3, 10. s. 5.) at est *silva,* quam plures commemorant; *Rheginos saltus* vocat Solinus c. 8. s. 2. et propter ambitum Bruttiis tribuit Vibius Sequ. p. 25. *Lucaniae* Servius ad Virg. Georg 3, 219. et Boccatius h. v. cuius quidem montem faciunt. Vrbem cognominem nemo novit. Igitur restat *Scyllaceum,* quod in eadem serie oppidum producit Plinius c. l. Inde Solinus c. 8. s. 2. *Scyllaca regio cum Scyllaco oppido.*

Stationem navium iuxta ponit in isthmo Strabo 6. p. m. 177. s. 257. unde postea fortasse accrevit oppidum, quod et infra de Metauro dicetur. Idem vero, nisi transformare Melam velis, dictum etiam videtur *Scylla*, quare sub utroque nomine adfert d' Orville in Sic. Vol. 1. c. 1. p. 9. et h. ibi *capo Sciglio* esse subiicit. Propius huc facit Bartel. in Briefen über Kalabrien und Sizilien T. 1. p. 285. qui oppidulum commemorat *Scigliano* prope *Silam* silvam.

Taurianum) Vaticani, Lips. Paris. 3. Cibin. Gud. Rehdiger. Vindob. Venet. Havn. et Boccat. s. v. Tuscum mare *Taurinum;* Prag. *Thaurinum;* Paris. 1. *Taurium;* Paris. 2. videtur habuisse *Taurianum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Taurinum;* aliae *Taurianum*, tantum Henischius (34.) in textu posuit *Taurianum*, in erratis, ad calcem notatis, emendat *Laurianum*. quod ante ipsum dederat Soonus in ed. a. 1572. TZSCHVCKE. Legebatur in Plinio [3, 10. s. 5.] *Terentum* hoc loco, non *Taurinum*. Nos Ptolemaeum [3, 1.] et alios auctores secuti *Taurianum* scribimus. BARBARVS. Scopulus est *Taurianus* Ptolemaeo, oppidum Plinio *Tauranium*. Regionis *Tauraniae* super *Thurios* Strabo [lib. 6. in.] meminit. Stephanus urbem facit Italiae *Tauriam*. PINTIANVS. In Plinio olim etiam legebatur *Taurianum*, nunc *Tauroentum*, ad quod nihil ex MSS. monuit Harduinus; alias Galliae Narbonensis urbs, nostro 2, 5, 3. *Taurois*. At huc propius pertinet *Tauriania* Geogr. Ravennatis 4, 32. et 5, 2. item tab. Peutinger. 6. F. et Stephani Ταυρανία, quam cum ignorassent Cluverius in Ital. ant. 1, 11. p. 89. et Berkelius ad Stephan. p. 696. mutarunt in Ταυρασία, refragantibus de Pinedo et Holstenio p. 315. qui tamen ipse de urbe ambigit. Equidem putem ibi excidisse ι, quod literarum series patitur. Nostram etiam in Stephano urbem agnoscit Casaubonus ad Strabon. c. l. ubi Ταυριανὴ χώρα com-

memoratur, non Ταυρανία. Poteſt tamen eſſe *Taurania* Plinii 3, 9. ſ. 5. in Campano agro, quam intercidiſſe ſuo tempore adfirmat. Equidem hic, cum *Taurinum* ſtare nequeat, terminatione ſervata, quia urbium formae ſaepe ſic variant, *Taurianum* probavi; quam formam loco vindicavit ad ſaeculum usque 9. Matthaeus Aegyptius ad SCtum de Bacchanalibus p. 217 ſq. in ed. Livii Drakenb. T. 7. Sooni et Heniſchii *Laurianum* alienum hic eſt et ex errore natum.

Metaurum) Prag. Rehdiger. *Methaurum;* Vindobon. *methaurium;* alii cum editionibus *Metaurum*, tantum 30. 32. *Maurum*. TZSCHVCKE. Scribendum *Metaurus*, non *Metaurum* ex Strabone [6. p. m. 177. ſ. 256.] et Plinio. [3, 10. ſ. 5.] PINTIANVS. Lege *Metaurus*. CIACCONIVS. Pintianum hoc nomine reprehendit Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. cap. 48. p. 205. quod et *Metaurum* occurrat apud Horat. 4. od. 4, 38. et ſic *Saguntum* et alia dicantur, quamvis ibi non ſolum omnino fluvius eſt, ſed et fluvius Vmbriae, quem ſupra noſter memoravit. Hic Bruttiorum oppidis adnumeratur, qua dignitate etiam agnoſcit Solinus c. 8. ſ. 2. In Strabone Metaurus fluvius eſt et navium ſtatio. Sic idem evenit, quod de Scylla paullo antea monui. Stephano eſt Μάταυρος, etſi Siciliae tribuit ſuo more, ubi hanc Italiae partem Siciliae obpoſitam adtingit. Docet id aperte, quod Steſichorum eius civem facit, quem Ματαυρίας τῆς ἐν Ἰταλίᾳ fuiſſe ſcribit Suidas ſub v. Στησίχορος. *Mataurum* ex noſtro loco profert Ortelius ſ. v. *Metauros* ſuopte ingenio. Triplex igitur occurrit variatio, neque tamen quidquam in Mela mutandum. Sic et *Metaurum*, *Rhenum* flumina, et *Lampſacum*, *Saguntum*, *Cyzicum*. Vid. ad 1, 19. in. *Lampſacum*. *Ager Metaur.* in marmoribus Piſaurenſibus n. 30. commemoratur.

§. 9. *Hinc —)* Vatican. 3. Lipf. Venet. Parif. 2. Gud. Prag. *Hinc intus cum mare;* Rehdiger. *Hinc intercum m.* Poft Vindob. *deflexus eft;* Vatic. 3. Prag. *flexum eft;* Cibin. Gud. Rehdiger. Vatic. 1. varr. in ed. 27. Havn. Venet. *flexus eft*, quod et dedit Vinetus; aliae edd. ad Voffium *deflexus eft;* hic ex libris veteribus, quod ait, repofuit *eft flexus*, quod manfit. Ante *eiusdem* in Prag. abeft *et*. *Flexus* volebat etiam pro *deflexus* Ciacconius idemque antea extrudebat *mare*.

terrae latus alterum) Prag. pro *terrae* dat *terreuus;* pro *alterum* Parif. 2. Vatican. 3. *altera;* Prag. *alta*.

Medama) Vatic. 1. Cibin. Gud. Havn. Venet. Parif. 2. et Boccat. f. v. Tufcum mare *Maticana;* Vatican. 3. Prag. *Matichana;* Rehdiger. *maticama;* Parif. 1. 3. *Maciana;* Ciaccon. *Mativarici;* Vindob. omittit *Medama, Hippo.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Maticana;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. ceterae ad Voffium *Terina*, a quo propagatum eft *Medama*. Poft Ciaccon. Vatic. 1. Cibin. Gud. Rehdiger. Lipf. Venet. *Ionium Vibon;* Vatic. 3. *matichanalonium vibon;* Parif. 1. 2. 3. Havn. Prag. Lipf. in margine eadem manu *Ionium iubon;* Boccat. f. v. Tufcum mare hinc reddit: *iubovem ionium* inverfa progreffione. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Ionium Iubon;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. reliquae *Hippo, nunc Vibon*, tantum Reinoldianae *Hipponium Vibon.* Denique Parif. 1. *et Ennis Adampotia;* Lipf. et *emis adampetia;* Parif. 2. Prag. *et emiffa clampetia;* Cibin. *et emis ac lampetia;* Vatic. 3. *et emifa clampentia;* Gud. *et emis aclampetia;* Ciaccon. *et Emiffa Campetia;* Rehdiger. *et emus aclampetia;* Vindob. *et emis clampetia;* Parif. 3. *et Emmica Clampetia;* Havn. *et emica clampetia;* Venet. *et emifia campetia;* Vatic. 1. *Temifa clampetia.* Edd. 1. 9. *eminca;* 2. 5. *emica;* 3. 4. 11.

emica; eaedem *Clampetia;* reliquae *Temeſa* et ex iis pro *Clampetia* 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Campetia.* Boccatius c. l. inverſo ordine dat *clampetiam, emum.* TZSCHVCKE. Erratum quadruplex ex Plinio, [3, 10. ſ. 5.] Strabone, [6. p. m. 176. ſ. 255.] Ptolemaeo, [3, 1.] quos ſecutus ita lego: *Latus alterum Terina, Hippo, nunc Vibon, Temeſa.* De *Terina* hoc ſitu, unde *Terinaeus ſinus,* Strabo Pliniusque a fluvio cognomine, ut inquit Stephanus, *magna* quondam *Graecia,* (ut Apollonides [apud Stephanum] ait) vocata, Lycophroni [v. 726.] eſt inſula hoc nomine, uni Sirenum, *Ligeae* dictae, ſacra. De *Hippone* iidem auctores. Plinius: *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus,* eiectis, ut Strabo inquit, Brutiis, mutato a Romanis vocabulo. De *Temeſa,* quam Graeci *Tempſam* vocant, metallis inclyta, clarius eſt, quam ut adſtipulatorum egeat fide. BARBARVS. Strabo [6. p. m. 177. ſ. 256.] et Stephanus *Hipponion,* non *Hippo;* Ptolemaeo [3, 1.] etiam ſinus eſt *Hipponiates,* procul dubio ab *Hipponio,* quamvis Stephano ratione analogiae magis placeat ab *Hipponia* deduci. Item Strabo *Vibona* nominat, Ptolemaeus *Vibon,* Plinius quoque *Vibon.* Praeterea puto deſiderari in Mela dictionem *Valentia,* legendumque *Vibon Valentia* ex Strabone, [6. p. m. 177. ſ. 256.] Ptolemaeo, [3. 1.] Plinio, [c. l.] Stephano, apud quem perperam ſcriptum eſt *aunibu alentia* pro *Vibona Valentia* ſive *Vibon Valentia.* Tum poteſt quidem legi *Temeſa* ſive *Temeſe;* malo tamen legere *Temeſa* cum Ptolemaeo, Strabone, Plinio. [cc. ll.] *Prius,* inquit Strabo, *dicta ſunt Temeſa, nunc Tempſa dicitur.* PINTIANVS. Forte *Hipponium Vibon.* CIACCONIVS. Hermolaus *Terina, Hippo nunc Vibon,* cum prius legeretur *Maticana, Ionium Vibon.* Sed haec emendatio longe abeſt a veſtigiis veteris lectionis, ordinique Geographico eſt contraria. Inter Temeſam enim et Clampetiam collocanda erat Terina. Verum eſt itaque, quod repoſuimus: *Medama, Hippo, nunc Vibon.* Apud Plinium

ſimiliter, ubi veteres libri habent *Meddua* vel *Medaro*, reſcribendum eſt *Medana*. Nam non tantum Medama et Medma vocabatur hoc oppidum, ſed et Medana et Medna. Male apud Strabonem [6. p. m. 177. ſ. 256.] Caſaubonus τὰ Μέδαμα plurium numero corrigit, cum proba ſit lectio vulgata: Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν. Ὁμώνυμος κρήνη μεγάλη πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον. Cum dicit Λοκρῶν τῶν αὐτῶν intelligit Locros Ozolas, illos namque paulo ante dixit Hipponium condidiſſe. *Hippo* vero pro *Hippon*, ut ſupra *Iaſo* pro *Iaſon* Romani Hipponem vocarunt, mutata adſpiratione in quintam vocalem, ut ſolent. VOSSIVS. Etſi aegre hic deſideretur *Terina* ob ingentem ſinum, quem dicit Plinius c. l. vix tamen ex librorum *Maticana* etiam ſitu aptius nomen extrices, quam Voſſii *Medama*, quod et alibi varie efferri ille iam docuit. Cf. etiam Cluverius in Ital. ant. 4, 15. p. 1292. qui tamen ex Mela receptam tum lectionem *Terina* repetit. Expeditior aditus ad ſequentia nomina, in quibus *Hipponium* quidem ſubeſſe videatur, ſed quia nunquam ſic adiecto *Vibon* dicitur, nec dici poteſt, melius altera pars tranſiit in *nunc*, ut ſic duplex nomen declaretur, quod et adtigerunt Strabo, Plinius, Stephanus. Iidem etiam τῷ *Vibon* adiiciunt *Valentia*, et ſic Ptolemaeus 3, 1. ubi corrupte Οὐιῶν pro Οὐίβων, A. Geogr. Ravenn. 4, 32. (*Bibona Valentia*) tab. Peuting. 6. E. (*Vibona Balentia*) quare et hic addere voluit Pintianus. At ea ratio nec a codicibus adiuvatur, nec eſt perpetua et conſtans, atque ita *Vibon* ſimpliciter apud Ciceron. ad Attic. 3, 3. Antonin in itiner. p. 111. Sic in lapide miliario apud Gruterum p. 150, 6. *a Bibano ad Locros milliaria* 45. Porro quod *Hippo* non *Hipponium* ſcribitur, offendere non debat, quia hoc Graeci frequentant perpetuo uſu, illud Latini, nec recte Graecis etiam *Hippo* tribuit Graevius ad Ciceron. ad Attic. 3, 3. Vid. Salmaſ. ad Solin. c. 8. ſ. 2. p. m. 49. qui et monet,

minus caute a Mela dici *nunc Vibon*, cautius et prudentius a Plinio: *quod nunc Vibonem Valentiam* appellamus. Nempe prius nomen antea in usu fuit, posterius accessit, ex quo tempore Bruttiis ademtus Hippo Romanorum colonia facta est, de quo Strabo c. l. Scymnus v. 307. Velleius 1, 14. f. ubi simpliciter *Valentia* dicitur. Et hinc etiam simpliciter Livius 35. 39, 5. *Eodem hoc anno* (561.) *Vibonem colonia deducta est. Temesa* et *Clampetia* facilius probantur, etsi misere in libris distracta.

Blanda) Vatic. Paris. 2. Rehdiger. Lips. Venet. Havn. *Blunda;* Paris. 1. *Blundia;* Vindobon. *blimda;* Prag. *Brunda.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Blunda;* aliae *Blanda* cum reliquis meis codicibus. Post Vatic. Paris. 2. Lips. Cibin. Gud. Prag. Vindob. Havn. Venet. Boccatius c. l. *Buxentium;* Paris. 1. *Busentum;* Paris. 3. Rehdiger. *Buxentum.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Buxentium;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. ceterae *Buxentum.* TZSCHVCKE. Plinius [3, 10. s. 5.] et ceteri *Buxentum*, non *Buxentium*, quod Graeci vocant *Pyxunta;* item non *Blonda*, sed *Blanda*, in quo tamen aestimationi locus esto. BARBARVS. Sed *a* praeferunt Livius 24, 20. 5. Plinius 3, 10. s. 5. tab. Peutinger. 6. E. Geogr. Ravenn. 4, 32. in quo *Blandae*, quam formam etiam in Livio plerique codices exhibent. Ceterum de distinctione huius locorum recensus aptiori, quam olim quidem erat, a *Buxentum* ad *Etrusca loca et flumina* (sic enim legit) disseruit Cluverius in Ital. ant. 3, 1. p. 820.

Palinurus) Vindobon. *pallinurus.* Edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Palinuri.* Tum Rehdiger. *frigii;* Vindobon. *loci non nomen.*

Paestanus) Vatic. Lips. Cibin. Venet. Rehdig. Vindob. *prestanus;* Gud. *praestanus;* Paris. 3. *Praesti-*

nus; Parif. 1. *praeftaus;* Prag. *preftanr.* Edd. 1. 2. *preftimus;* 7. 8. 9. *praeftanus;* aliae pleraeque *Paeftanus*, tantum quaedam ut 11. 20. fimplici *e.* Sic deinceps Vatic. Lipf. Cibin. Rehdiger. Venet. Vindob. et edd. 1. 9. *preftum;* Parif. 1. 3. *Praeftum;* Prag. *peftum;* ed. 13. *Peftianum oppidum.* TZSCHVCKE. Strabo, [lib. 5. extr. et 6. in,] Ptolemaeus [3, 1.] cum *ae* diphthongo in prima. PINTIANVS. Sic per *e* olim in Silio 8, 578. Livio 26, 38, 5. ubi de *ae* monuit Drakenborch. Inferto *r* etiam libri apud Plin. c. l. Receptam fcripturam tuentur etiam numi.

Silerus) Cibin. *fylerus;* Rehdig. *fyllerus;* Gud. *fillerus*, reliqui etiam Voffiani cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 16. 18. 21. 28. *Silerus;* 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 19. 20. 22 23. 24. 25. Vadianae, (alteram auctoris editionem fecutae) Olivarianae, Vinetus, Schottus *Silarus;* Voffio duce rediit *Silerus.* TZSCHVCKE. Alii fcriptores modo *Silarus*, modo *Silaris.* BARBARVS. Libri manu exarati habent *Silerus.* Et hoc bene. Nam utrumque dicitur *Silarus* et *Silerus* et *Siler.* Lucanus lib. 2. [v. 426.] *Radensque Salerni culta Siler.* Verum et fic apud Virgilium: [Georg. 3, 146.] fcribendum ex antiquiffimo omnium codice Medicaeo: *Eft lucus Sileri circa ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans* etc. VOSSIVS. De varia fcriptura cf. etiam Dausquei. ad Sil. Ital. 8, 582. et Oudendorp. ad Lucan. c. l. Cum igitur codices hic velint *Silerus*, dimitti haec fcriptura non debet.

petrae — Sirenes) Rehdiger. *petrea quis Sirenes;* Cibin. *Syrenes;* Vindob. *firene.* Edd. 2. *Lyrenes;* 6. 7. 8. 10. 13. 17. 20. 23. *Syrenes;* et antea 6. 7. 8. 10. *perae.*

habitavere) Cibin. Vatic. Lipf. Gud. Rehdiger. Prag. *habitaverunt;* Voffius ex quibusdam MSS. notat

habitant simulque reprehendit. Alii cum edd. *habitavere*, quam terminationem amat noster.

omnia) Sic omnes codices et editiones ante Vadianum, qui in ed. 16. dedit *opima* et hinc 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. omninoque Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus. Post Vossius revocavit *omnia.* TZSCHVCKE. Inepte hic legitur *opima*, cum omnes libri veteres habeant *omnia*, quod verum est. Postquam enim oram litoralem Lucaniae absolvit, addit, omnia ea esse Lucaniae loca. Hinc iam Campani litoris oppida sequuntur. VOSSIVS. *Opima* de locis dici, notum est. Sic Cicero de lege agrar. 2, 19. *ager opimus et fertilis;* idem pro lege Manil. c. 6. *Asia;* Sidon. Apollin. carm. 5, 343. *Capua* et similia. At hic recte ex libris et scribentis consilio *omnia*. De commutatione utriusque vocis cf. ad 3, 2, 5.

Surrentum) Venet. Paris. 2. Gud. Prag. Vindob. (hic etiam antea *puteleanus*) *Sirentum;* Lips. *surentum;* Rehdiger. *Birrentum;* Cibin. *syrrentum*. Ex edd. 15. 35. *Surrentium;* aliae *Surrentum*. Ita vero etiam variatur in aliis auctoribus. Sic Ptolemaeus 3, 1. Galenus de methodo medendi lib. 5. (Opp. P. 4. p. 92. ed. Basil. 1538.) Σούρειτος, Stephanus Συρέντιον, ubi tamen literarum series duplex ρ postulat et praeterea terminatio vitiata videtur; Strabo 5. p. m. 171. f. 247. Σύραιον, ubi codices mei Σύρρεντον, quod et restituit Siebenkeesius; idem p. m. 163. f. 243. Συρεντῖνος οἶνος, cum tamen lib. 1. p. m. 15. f. 22. consonam illam geminet, quod et fecerunt ex Graecis Diodor. Sic. 5, 7. Dio 52, 43. — ex Latinis Plinius 3, 9. f. 5. Silius Ital. 8, 544. et praeter alios tab. Peutinger. 6. D. Probat etiam *r* duplex Cluver. in Ital. ant. 4, 3. p. 1161. Et sic *Surrentini* apud Gruter. p. 489, 5. et Gudium in inscrr. p. 89, 8. et alibi.

Herculaneum) Lipſ. Pariſ. 2. Prag. *herculatum;* Venet. Gud. Vindob. *herculanatum;* Rehdiger. *Hercule natum;* Cibin. *herculaſeum;* Vatic. *herculanacum;* alii *Herculaneum.* Edd. antiquae cum Camertinis, Ald. Iunt. Vadianis, Olivarianis, Schotto *Herculanaeum*, tantum 11. 29. *Herculaneum*, uti poſt Vinetus, Voſſius et hinc alii. Cum ex Graeco defluxerit vel *ium* vel *eum* valet, et ſic utrumque exhibent libri in Livio 10, 45, 9. Plinius 3, 9. ſ. 5. ſcribit *Herculanium*, pro quo tab. Peutinger. 6. D. *Herclanium*, et Geogr Ravenn. 4, 32. *Merclanium.* In Cicerone ad Attic. 7, 3. in. *Herculanum*, quod Cluverius in Ital. ant. 4, 3. p. 1153. corruptum putat pro *Herculaneum*, quae quidem terminatio hic a melioribus codicibus probatur et alibi ab aliis. Cf. Flor. 1, 16, 6. Vellei. 2, 16, 2. et quae notantur ad Dionem 66, 25.

Veſuvii) Lipſ. *veſumii;* Vindob. *veſemii;* Gud. *veſunii;* Prag. *veſirnii;* Venet. *veſuli;* alii, ut Vatic. Cibin. Pariſ. *Veſuvii*, de quo nulla dubitatio eſſe poteſt, etſi varia forma prodit in auctoribus. TZSCHVCKE. Forte: *Veſuvii montis adſpectu Pompeii.* Plinius 3, 5. [ſ. 9.] *Herculaneum, Pompeii haud procul adſpectante monte Veſuvio.* CIACCONIVS. Eleganter et ex more etiam noſtri, qui ſic ſaepe in curſu oblata delibat et interponit. Attamen invitis libris nihil mutandum videtur. Poſt pro *Lucrinus* Pariſ. 2. *Lucinus*, et pro *Avernus* Cibin. *averticis;* Lipſ. *puteolei.*

Miſenum) Pariſ. 3. *Meſenium;* Prag. *miſſenus;* alii *Miſeum.* Edd. veteres tantum non omnes *Miſſenum* cum Schotto; *Miſenum* Ald. Iunt. Vinetus, Voſſius et ceteri. Recte, uti alii auctores. Sic apud Gruter. p. 521, 5. p. 564, 4. Reineſium 8, 35. *Miſenates*, et *Praef. Miſen.* ſaepius in inſcrr. Herculan. in Gorii ſymbolis literar. V. 1. p. 73 ſq.

Cumae) Prag. *cummc;* Vindob. *cuvie.*

Liternum) Rehdiger. uti Boccatius f. v. Tufcum mare *Linternum;* Prag. *linthernum;* Parif. 3. Havn. *linternium;* reliqui in iis etiam Ciaccon. Venetus *Liternum,* tantum Vatic. 3. *litternum.* Edd. 1. 2. 9. *linternium;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. reliquae ad Gronovianam 42. Inde ab ed. 44. praeeunte Reinoldio, *Liternum.* Ita hic et in Cicerone ad Attic. 10, 13. reponi volebat Heinfius ad Ovid. Metam. 15, 714. et ad Sil. Ital. 6. 654. neque aliter ex hoc loco, adfert Cluverius in Ital. ant. 4, 2. p. 1098. et a librariis in *Linternum* corruptum effe dicit. Ita dedit etiam in Cicerone c. l. Ernefti, etfi de Agrar. 2, 25. idem *Linternum* reliquit. *Liternum* etiam fcribunt in aliis codices meliores, veluti in Livio 23, 35, 5. notante Sigonio et alibi, et fic fine varietatis indicio dedit in Orofio 4, 20. p. 274. Havercampus. Vid. Drakenb. ad Liv. 22, 16, 4. N. Heinfius ad Sil. Ital. c. l. et 7, 278. Corrad. ad Cicer. ad Attic. c. l. Weffeling. ad Antonin. itiner. p. 123. Torren. ad Valer. Max. 2, 10, 2. *Liternum* etiam dat tab. Peutinger. 5. E. Tum confirmant Graeci, Strabo 5. p. m. 168. f. 243. *Λείτερνον*, Appian. de B. Civ. 1, 39. Ptolem. 3, 1. *Λίτερνον.* Denique accedit vetus numus, in quo ofce infcriptum legitur *Cumelternum* cum Concordiae Signo, qua illae urbes coniunctae fuerunt.

Volturnus — Volturnum) Vindobon. Prag. Rehdig. puto etiam Vaticani, Parif. 2. 3. Venet. Havn. cum edd. omnibus ad 42. praeterea Reinoldianis *Vulturnus — Vulturnum;* Mediolan. Voff. 1. Gud. Perizon. Cibin. Parif. 1. Lipf. bis per *o,* uti inde ab ed. 44. ceterae. *Vulturnus* quidem praeferunt alibi modo omnes, modo plures libri. Vid. ad Liv. 23, 36. f. et alibi. Plinius 3, 9. f. 5. fine diverfitate per *u.* Tab. Peutinger. 5. E. Geogr. Ravenn. 4, 32. *Bulturnum* B pro V. ut faepe. *Vulturnus* fcribit etiam Boccatius h. v. At

Volturnus Virgil. Aen. 7, 729. conftanti codicum confenfu. Ita vero et Graeci variant. Strabo 5. p. m. 164. f. 258. et alibi Οὐλτοῦρνος. Dionyf. Halic. 7, 3. Ptolemaeus Οὐολτοῦρνος, etfi in utroque cum accentus diverfitate. Poffit hanc formam probare infcriptio apud Gudium p. 71. n. 4. *a porta Volturn ad vicum*, fi quidem huc pertineat. Ita disfentiunt paffim viri docti, et ad Frontinum 3, 14, 2. Modius et Tennulius probant *u*, contra Oudendorpius ad 2, 2, 7. praefert *o*. Disceptationem peperit non utriusque folum formae ufus, fed et in earum literarum in multis verbis promifcua conlocatio, veluti *volgus*, *volnus*, *quom*, *avolfus*, et *Vulfci*, *Vulfinii* aliaque plurima, quae et conlegit Drakenb. ad Liv. 39, 53, 2. et de commutatione utriusque Corte ad Salluft. Catil. 44, 3. Vrfinus ad Cicer. Catil. 3, 5. Graevius et Garaton. ad 3, 1. 1, 5. In multis nominibus lapides veteres et mos aevi Tulliani, quem fub Augufto mutari coeptum effe ex monumento Ancyrano docuit Norifius ad Cenotaph. Pif. 4, 4. p. 469 fq. poftulant, ut fcribatur in Cicerone et aequalibus *o*. Attamen ea ratio nec in omnibus locum obtinuiffe videtur, nec fingulatim in hoc nomine, uti fuperiora docent; quare recentiorem lectionem non mutavi. Poft omiffa lineola transverfa Vindob. *capanie*.

Sinueffa) Vatic. 1. Lipf. Ven. Vindob. *Sinoeffa*; Ciaccon. Gud. Rehdig. *Sineeffa*; Prag. *Siceffa*; Parif. 1. *Seniceffa*; Parif. *Sinefa*; Vatic. 3. *Sueffa*; alii cum edd. *Sinueffa*. TZSCHVCKE. Stephanus *Sinoeffa*, in quo falfo legitur [uti quidem in hoc tractu folet] Σικελίας pro Ἰταλίας. Strabo variat, modo *Sinueffa*, modo *Sinoeffa* [vid. poft] proferens. In Ptolemaei exemplaribus [3, 1.] in ora Campaniae falfo etiam fcriptum eft *Soeffa* pro *Sinoeffa*. Conftat enim ex Strabone [5. p. m. 167. f. 242. et p. m. 161. f. 233.] maritimam effe civitatem Latii. *Sueffa* autem altera eft in mediterraneo einsdem

Campaniae; nam has duas urbes Ptolemaeus [c. l.] Campaniae, Strabo Latio attribuit; in cuius Graeco codice atrox menda inolevit lib. 5. [p. m. 165. f. 237.] *καὶ σύες, σατραπόντιόν τε καὶ Οὐελίτραι.* Legendum reor: *et Soessa, Clostra Antiumque et Velitrae;* ridicula interpretis tralatione. PINTIANVS. Strabo effert per ου, tantum lib. 5. p. m. 151. f. 219. Σινύεσσα, et in Cod. Mosc. per ο p. m. 168. f. 243. uti ex numis profert Rasche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 1113. Et fic Guarini interpretatio *Sinuessa*, Polybius 3, 91, 4. Σεινουεσσανοὶ, quod probavit ex plurium MSStorum conlatione Schweighaeuserus, etsi ex illo loco Stephanus adfert Σεvοεσσανοὶ, qui et ipse scribit per ο, ut Dio Caff. 67, 14. Latini constantius Sinuessa, et fic tab. Peutinger. 5. F. *Sinuessani* in inscriptione apud Reinesium 3, 19. pro quo antiquus lapis, quem excitavit Holsten. ad Cluverii Ital. ant. 224. traiectis literis *Semuissanis*. *Suessa* Vatic. 3. locum hic non habet, ut iam docuit Pintianus. Cf. etiam Fabricius ad Oros. 4, 17. Wesseling. ad Antonini itiner. p. 122. Post Cibin. *lyris*, uti adeo Harduini Plinius 3, 9. f. 5. Paris. 1. *loris;* Cibin. *formae;* idem et Gud. *fundit;* Vindob. *fondi;* Lipf. *fundis.*

Tarracina) Paris. 3. *Teraacina;* Paris. 2. Prag. *Teracina;* Cibin. Rehdiger. Venet. Havn. *terracina;* Gud. *toracina;* Vindob. *terracena;* Vaticani Paris. 1. *Tarracina.* Edd. 1. 2. (?) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. ex Olivarianis 29. *Terracina;* 16. 18. 22. 24. 25. reliquae, duce Vadiano, *Tarracina.* Eodem modo variatur in Livio 4, 59, 4. 22, 15, 11. Plinio 3, 9. f. 5. in inscriptionibus apud Gruter. p. 152, 8. ubi *Terracinensis* tempore Theodorici Gothorum regis, et p. 581, 1. ubi *Tarricinenses* fub Alexandro Severo. At *Tarracina* apud Gorium P. 1. n. 56. p. 51. Muratorium 328, 1. *Terracin* in Gudii inferr. p. 101, 2. uti in tab. Peutinger. 5. E. et

Boccatio de fontibus f. v. Anxir. Hinc et eruditorum fententiae discrepant, in quibus *Terracina* tuentur Vrfinus ad Cicer. pro Rofcio Amer. c. 23. Cortius ad Salluft. Catil. c. 46. et quos hic memorat; plures *Tarracina*, in quorum numero Cluverius in Ital. ant. 3, 7. p. 1009. Drakenb. ad Liv. 4, 59, 4. Gronovius in variis Geogr. p. 183. Atque ita legitur nunc in editionibus auctorum veterum, Ciceronis, Caefaris, Livii aliorum. Praeferenda utique videtur haec fcriptura, quod Graeci, qui minus depravati funt, eam conftanter referunt. Non enim libri folum Latini, fed et monumenta fequioris aetatis mutationem fubierunt, quare etiam Guarinus femper habet *e*, ubi Strabo Graecus *a* ponit. Nempe *Terracina* pofteriorum temporum fuit fcriptura, quae et hodie ufum obtinet, uti recte cenfent Cluverius c. l. Graevius ad Cicer. pro Rofcio Amerino c. 23. aliique. Denique τὸ *a* tuentur numi, quos commemorat Rafche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 559. Mox pro *Circes* Vindobon. *cirfes;* Rehdiger. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Cyrces.*

Circeii) Vatic. 1. *cyrcea;* Ciaccon. Vindob. *circea;* Lipf. Venet. Gud. *circeia;* Cibin. *cyrceya;* Rehdiger. *cyrceia;* Parif. 3. *circeca;* Parif. 2. *circela;* Vatican. 3. Prag. *cretela;* Havn. *cretella;* Parif. 1. *cretia.* Edd. 1. 2. *circeia;* 9. 11. *Circei;* 7. *Cyreii;* 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Cyrceii;* 3. 4. 5. aliae *Circeii.* TZSCHVCKE. Ita interpungendum: *Circes domus aliquando, Circeii,* vel *Circeius,* id eft, funt et Circeii, ubi quondam fuit Circes domus. Solinus c. 8. [f. 2.] fcribit *Circen Circaeos infediffe montes.* CIACCONIVS. Diftinctione fublata ediderant Sanctius, Schottus et inde propagatae minores editiones, et recte fane. Voffius tamen maluit cum Vadiano, Stephaniana, in qua notae Olivarii, et minore inde formata diftinguere, *Circes domus, aliquando Circeii,* profecto peffime, quum non aliquando, fed femper, ex quo femel coepit, nomen illud Circeii obtinuerit; fed

verum eſt, crediſſe veteres, aliquando fuiſſe domum Circes, quod innuit iuſta diſtinctio. Plane ut lib. 3. c. 9. *Inſulae Gorgades, domus (ut aiunt) aliquando Gorgonum.* I. GRONOVIVS. Voſſius ſe abſente illud comma, quod tamen antea poſuerant Camers, Vadianus, Olivarius, a librariis temere additum eſſe monet. Quodſi comma addatur, ex Ciacconi ſententia fieri poteſt. Sed cum omnes codices urbis nomen in *a* terminent, legendum videatur *Circaea*, quod legitur apud Dionyſ. Halic. 4, 73. et 8, 14. Reliquis eſt *Circeii*, praeter Ciceronem, qui ad Attic. 12, 19. 15, 10. vocat *Circaeos*, quo nomine adficiuntur ipſi oppidani a Dionyſio Hal. 8, 14. qui in Polybio 3, 22, 11. et 24, 16. dicuntur Κιρκαιῖται, Livio 6, 12, 6. et 17, 7. Ciceroni de N. D. 3, 19. *Circeienſes.* At nunquam Latini urbem aliter, quam *Circeii* proferunt, in quibus Livius, Plinius, uti pro *Circaei* forte etiam in Cicerone legendum eſt, et in poſteriori loco ad Attic. 15, 10. f. repoſuit Erneſti. Ita etiam reddit tabula Peutinger. 5. E. pro quo Geogr. Ravenn. 4, 32. 5, 2. vitioſe dat *Cercellos.* Tum in Κιρκαία vocem πόλις ſubintelligendam eſſe, docet poſterior Dionyſii locus, ubi diſerte additur. Adhaeſit igitur τὸ *a* ex ſequentis nominis prima litera.

Aphrodiſium) Lipſ. Vindob. *afrondiſium;* Rehdiger. *anfrodiſcum;* Cibin. Gud. *afrodiſium.* Tum Vatic. 3. Gud. Vindobon. *hoſtia*, uti et alibi adſpiratio praemitti ſolet, de qua vid. Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. c. 5. et quos nominat A. Gronov. ad Iuſtin. 34, 3, 8. ubi adſpiratio poterat ſubmoveri; et de adpellativo ad Melam 1, 9, 4. et paſſim alibi. Sine adſpiratione ſcribunt numi, de quibus Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 221 ſq. et in inſcriptionibus apud Gudium 77, 1. aliquoties legitur *Oſtienſis.* Cf. et Sponii Miſcell. eruditae antiqu. p. 175. Poſt Prag. *librim;* Cibin. uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. et aliae plures *Tyberim;* Rehdig. *Thiberim.*

Variatur ſic et alibi, de quo monent viri docti ad Silium Ital. 1, 607. et alibi, in primis ad Virgil. Aen. 8, 330. Servius et la Cerda. Invaluit tamen poſt *Tiberis*, quod et probant inſcriptiones. Cf. Gruterus p. 252, 1. et paſſim.

in hoc latere) Sic omnes MSSti etiam Zaluſc. diſerte hic notatus, et edd. ad Voſſium, qui dedit *in hoc litore*, eumque ſecutae 40. 41. 42. TZSCHUCKE. Verba: *in hoc latere ſunt* redundant. Dictum fuerat ſupra: *Hinc in Tuſcum mare flexus eſt, et eiusdem terrae latus alterum.* PINTIANUS. Forte: *in Latio ſunt.* Reddit enim nunc urbes populorum, quos ſupra in Volſco et Latio memoraverat; aut legendum *in hoc litore.* Plinius 3, 5. [ſ. 9.] Livius lib. 4. fol. 52. [c. 59.] CIACCONIUS. Et haec quoque emendata ſunt a nobis conſentientibus libris veteribus. Romae enim erat Pomponius, cum haec ſcriberet. Itaque hoc litus vocat litus Latii, quod extendit a Sinueſſa usque Oſtiam. VOSSIUS. Ingenioſe excogitata eſt ratio, qua Voſſius probatam ab omnibus libris lectionem impugnat. Antea enim ipſas regiones, quarum potiora recenſet, nominat, quod et poſt facit, veluti Lucaniam, Campaniam, Etruriam ad finem usque Italiae. Attamen Tiberis facta mentione ex nexu de Latio commode intelligi poteſt, et τὸ *hoc* aperte ſuperiora reſpicit. Neque enim redundant haec verba, immo tanto intervallo cum codicibus ferri recte poſſunt.

Pyrgi Minio) Vatic. Cibin. Pariſ. 2. Venet. Havn. (puto) *Pyrgi anio;* Prag. *pirgi anio;* Lipſ. *Phirgi Autho;* Gud. *Phirgi anio;* Vindob. *phirginiano;* Rehdiger. *phyrginiano;* Pariſ. 1. *phigi anio;* Pariſ. 3. *phrigi anto*; *anio* ex ſuo codice notat etiam Holſten. in Cluverii Ital. ant. p. 35. Edd. 1. 2. 9. prius ſcribunt *phirgi*, ſed et hae et reliquae ad Voſſium *Anio*, qui obſequentibus ceteris mutavit in *Minio.* TZSCHUCKE. Mariangelus

non *Aniohit*, ſed aut *Halium* legit ex Strabone, [5. p. m. 157. ſ. 225. nempe ex vetuſtis editionibus] aut *Alſium* ex M. Catone, Dionyſio, [1, 20. extr.] Plinio, [3, 8. ſ. 5.] Antonino, [p. 301. Weſſ.] Ptolemaeo. [3, 1.] PINTIANVS. Pro *Anio*, quod nullum locum habere poteſt in litore Tuſco, recte Cluverius [in Ital. ant. 2, 2. p. 483.] emendavit *Minio*. Notum illud flumen ex Virgilio, [Aen. 10, 183.] quem imitatus hic eſt noſter aliquot in locis, praecipue in Italia. VOSSIVS. Prius nomen, quod in quibusdam libris cum poſteriori coaluit, atque etiam alibi, veluti in Virgilii loco cit. corrumpitur, facile ſuae formae redditur. Strabo 5. p. m. 156. ſ. 225. Ptolemaeus 3, 1. Πῦργοι. Plinius 3, 8. ſ. 5. et alii *Pyrgi*. Sic et tab. Peuting. 5. A. proque eo commutatione frequenti Geogr. Ravenn. 4, 32. *Purgi*. Poſterius nomen *Anio*, quia in litore Tuſco locum habere non poteſt, et ad ea, quae citra Tiberim ſunt, pertinet, unde nunc ad ulteriora progreditur Voſſius, praeeunte Cluverio, mutavit in *Minio*, etſi hic parum conſilii certus fuiſſe videtur, cum 3, 1. p. 820. *Alſium* hic legat, quod et alii ſupra laudati in hoc tractu ponunt, et praeter illos cum Pyrgis coniungit Rutil. in itiner. 1, 225. At, ſi vel omittas, ante Pyrgos Alſium memorandum fuiſſe, uti patet ex Strabone c. l. Plinio 3, 8. ſ. 5. Antonini itiner. p. 301. et tab. Pentinger. 5. D. nimis id nomen diſcrepat a codicibus. Quare *Minio* probavit etiam Holſten. ad Ortelium p. 12. quod profecto propius abeſt a libris. At neque Minio fluvius commode admitti poteſt, quia hic noſter urbes tantum recenſet, et, ſi fluvius intelligi debeat, verus exitus turbatur, qui inter Graviſcas et Centumcellas aperitur, uti et monuit Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 198. cui adſentitur Oberlinus ad Vib. Sequ. p. 143. At idem coniecturam ſat probabilem adiecit de Minione urbe, quam etiam memorat inter Caſtrum novum et Graviſcas, Geogr. Ravenn. 4, 32. 5, 2. et ibi agnoſcit Porcheron, etſi vocatur Minium. Cf. ſupra §. 8.

de *Metauro*. Ad verum tamen ſitum nihil inde redundat. Aliam denique emendationem innuit Holſtenius ad Cluverii Ital. ant. p. 35. utrum forte hic locus Rutilium iuvare poſſit, nec eam reiicit Cellarius. Nempe apud Rutilium 1, 232. hoc ſitu conlocatur *Inui caſtrum*, cuius mentio etiam exſtat in Virgilio Aen. 6, 775. At quod obſervavit Cluverius in Ital. antiqua 2, 2. p. 488. caſtrum Inui in Latio fuit, non in Etruria, ubi *Caſtrum novum*, quod quidem Virgilii locus indicare videtur. Sed ſi vel hoc negligatur, cum Servius Caſtrum id novum dictum etiam eſſe adfirmet, manifeſtum eſt, Inui caſtrum ſubſtitui non poſſe. Maneat igitur cum levioris erroris reprehenſione Minio.

Graviſcae, Coſa) Coniuncte et haec nomina praebent codices. Vatic. 1. Pariſ. 1. Cibin. *Grabus caecoſa*; Vatic. 3. et, quod adſcriptum erat, tres alii, Lipſ. Gud. Prag. Vindob. Venet. Havn. *grabus cecoſa*; Pariſ. 3. *Grabs cecoſa*; Rehdiger. *gabiis cecoſa*; Pariſ. 2. omiſſis *Coſa*, *Telamon Populonia* tantum *Graviſſae*; Ciaccon. *coſa*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *grabus, cecoſa*; tum diviſe 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Graviſce*; 13. *Graniſce*; 16. 18. *Graviviſcae*; 12. 14. 19. 21. 22. (altera Vadiani) 24. 25. reliquae *Graviſcae*. Tum pro *Coſa* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. ceterae praeter Vinetianam (puto) ad 42. *Coſſa*; hinc praeeunte Reinoldio ab ed. 44. et aliis iterum prodiit *Coſa*. TZSCHUCKE. Pro *Grabus cecoſa* ſcribendum *Graviſcae*, *Coſſa* (non *Coha*, ut Olivarius et Gronovius) ex Plinio, [3, 8. ſ. 5.] Ptolemaeo [3, 1.] ceteris. BARBARUS. De *Graviſcae* nulla poteſt eſſe dubitatio, quod et adfert ex codice ſuo Holſtenius in Cluverii Ital. ant. p. 35. De *Coſa* haec Abr. Gronovius: MSS. ed. Mediolan. *Coſa*. Strabo etiam lib. 5. p. 222. [p. m. 153.] Κόσαν nominat iuxta MS. Mediceum, [adde Moſcov.] non Κόσσαν, ut vulgo editur. Rutil. itiner. 1, 285. *Cernimus anti-*

quas, nullo custode, ruinas, Et desolatae moenia foeda Cosae; et *Cosana praedia* apud Sueton. in Vespas. c. 2. et *portus Cosanus* apud Livium lib. 22. c. 2. et lib. 30. c. 39. Haec A. GRONOVIUS. De duplici illa scriptura vid. Cluver. in Ital. ant. 2, 2. p. 480. Simplicem sibilum praeferunt Drakenb. ad Liv. epit. 14. ubi Sigonius duplicem probaverat, et 22. 11, 6. Popma ad Cicer. ad Attic. 9. 6. Ruhnken. ad Vellei. 1, 14, 7. Wesseling. ad Anton. itin. p. 292. aliique, atque ita hodie in auctoribus fere legitur. Adiuvant poetae, qui corripiunt penultimam, uti Rutil. c. l. Virgil. Aen. 10, 168. Denique suffragantur nummi et lapides. De iis vid. Eckhel. in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 90. De inscriptionibus apud Reinesium 3, 37. p. 315. *respublica Casānorum*, qui tamen, cum putat τῷ *a* temonem a quadratario iniectum geminationem sibili significare, quod male adposita linea illa ex Donio exceperit, notatur a Gorio in Donii inscrr. ant. 3, 46. p. 125. Cf. p. 41. n. 116. ubi *Cosani* se vidisse infra testatur Donius, Gorii inscrr. ant. 3, 208. p. 169. et tab. Peuting. 5. F. *Cossa* tamen in nummo ostendit Tristan. in commentaires historiques T. 1. p. 365. qualem quidem nummum non notavit Eckhelius. Obstat etiam Stephanus, qui duplici sibilo adfert. At dum facit Oenotrorum urbem, huc pertinere vix videtur. Oenotri enim primi Italiae incolae, qui Oenotro duce primam coloniam in Italiam deduxerunt (vid. Pausan. 8, 3.) oram maritimam a Tarento usque ad Paestum tenuere. (Dionys. Halic. 2, 1. in. conl. Heynio in excursu ad Virgil. Aen. 1, 530 sq.) Atque ea de causa ad Compsam Hirpinorum refert Holsten. ad Steph. p. 170. quia Graeci asperam adpellationem mollierint. Certe non solum utriusque vocis mutatio in libris passim obiicitur, uti in Livio 22, 11, 6. sed et de vera lectione eligenda dubitatum est. Vid. Voss. ad Vellei. 2, 68. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. C. 3, 22. et Iul. Obsequ. c. 76. At quidquid id est, hic recte *Cosa* cum MSStis scribi non

folum potuit, fed et debuit. Refert etiam fic Boccat. de maribus c. l.

Telamon) Rehdiger. *thelamon*; Venet. *thelimon*; Gud. *thalamon*; Vindobon. *telamonia*; reliqui *Telamon*. Edd. 1. 2. 9. 11. *Thelamon*; ceterae *Telamon*, etfi Latino ore melius cadere putat *Telamo* Cluverius in Ital. ant. 2, 2. p. 476. Anceps in his et vaga eft ratio. Cf. ad 1, 11, 5. 1, 19, 5. 2, 2, 8.

Cecina) Parif. 2. Prag. *cetina*. Tum Vatic. 3. Parif. 2. Prag. *Pifa*. Poft edd. multae *Hetrufca*, de quo fupra ad §. 2.

et loca et nomina) Non recte haec ita reformat Cluverius [in Ital. ant. 2, 2. p. 483. 3, 1. p. 820.] *et loca et flumina*, quia nempe loca, quae enumerat, non Thufcam, fed Graecam, habeant appellationem. Sed Etrufca loca et nomina tralatitium eft loquendi genus, pro locis et nominibus in Etruria fitis. VOSSIVS. Addit et hanc caufam Cluverius, quod *Cecina* amnis, non loci, nomen fuerit, et vix ibi urbs propter Vadorum (urbis) vicinitatem hoc nomine alia effe potuerit, unde etiam Melam erraffe putat, fi, quod videatur, urbem eam putaverit. At utrumque vocabulum notum fic eft, ut librarii mutationem intuliffe non videantur. *Etrufca et loca et nomina* funt locorum nomina, quae ad Etruriam pertinent.

Luna Ligurum) Rehdiger. *dictum* (pro *deinde*) *luna lygurum*; Vindobon. *lugurum*; ed. Lugd. 1605. omifit *Ligurum*.

Tigulia) Ciaccon. ex fuis MSS. *Ligulia* et *Tigulia*; Vatic. Parif. 1. 2. Prag. Venet. Havn. *ligu ia*; Cibin. Lipf. Gud. *ligulia*; Rehdiger. *lyguua*; Voffiani et forte

Parif. 3. *Tigulia.* Edd. 1. 2. 9. *ligulia*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. ceterae cum Schotto *Liguria*; Vinetus, Voffius et inde alii *Tigulia.* TZSCHVCKE. Mariangelus ex Ptolemaeo [3, 1.] et Plinio [3, 7. f. 5.] *Tigulia*, non *Liguria*; recte. PINTIANVS. Proba eft coniectura Pintiani et Mariangeli, *et Tigulia*, confirmantque illam veteres libri. VOSSIVS. *Tigullia* tamen fcribendum cenfet, ut fcribitur in Ptolemaeo, Rezzonici in disquifit. Plin. T. 2. p. 18. Et fic ex fuis exemplaribus adfert in Plinio et in tabula Traiana, quam etiam ibi exhibet, apud Veliam eruta. Poft Lipf. *ianua*; Prag. *Jenua*; Gud. *Sabaria*; Prag. *Sabbatia*; Venet. *Sabavidia*; Ciaccon. *Sabatira*; Lipf. *Sabatria*; Cibin. omifit. Edd. *Sabatia*, Vadianus tantum cum fuis uti Olivarius et 21. 24. 28. Vinetus, Schottus fine particula *et*. *Ianua* in Lipf. adpellatio eft, quam barbara aetas frequentavit, uti notant Cluver. in Ital. ant. 1, 9. p. 70. et Wefleling. ad Antonin. itin. p. 294. Pro *Sabatia* Cluver. p. 68. c. l. Melam fcripfiffe exiftimat aut *Sabata*, aut *Vada Sabatia*. Nempe Ptolemaeo 3, 1. Σάβατα, qui in mediterraneis ponit; Straboni 4. p. m. 139. f. 202. Σάββατα, et paullo ante Σαββάτων οὔαδα, ubi tamen Parif. et Mofc. fimplici β fcribunt, uti et volebat Hondius in Italiae defcr. p. 75. Plinio 3, 7. f. 5. *Vadum Sabatium*; Iulio Capitolino in vita Pertinacis c. 8. et 13. *vada Sabatia*; Antonino in itiner. p. 295. *Vada Sabbata*; Geogr. Ravenn. 4, 32. 5, 2. *Bata Sabbata*; in tab. Peuting. 2. F. *Vadis Sabates.* In Plinii vetuftis exemplaribus legi *portus Vadorum Sabatium* adfirmat Surita ad Antonin. c. l. Cicero ad diverf. 11, 10. et 13. fimpliciter *Vada* vocat. Solus nofter *Sabatia* fimpliciter dixit, uti quidem volunt libri.

Albingaunum) Vatic. 1. Parif. 1. Cibin. Lipf. Rehdiger. Mediol. Voff. 1. Perizon. *Albincaunum*; Gud. *albim caunum*; Voff. 3. Leid. *Albingaunum*; Vindob.

albinganum; Ciaccon. *albincanum*; Venet. *albicanum*; Parif. 2. *albiganum*; Parif. 3. *albigaunum*; Vatican. 3. Prag. Havn. *Albiri et caunum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. et reliquae ad 42. *Albigaunum*, tantum 18. *Albiganum*; poft praeeunte Reinoldio 44. 45. ceterae *Albingaunum*. TZSCHVCKE. Legendum *Albingaunum* ex Strabone [4. p. m. 139. f. 202.] et Plinio. [3, 7. f. 5. ubi tamen *Albium Ingaunum*] In Ptolemaeo [3, 1.] depravate fcriptum eft *Albigaunum* pro *Albingaunum*. Sicuti et aliud ante oppidum *Albiniminion*, cum legendum fit *Albion Intimelion* ex Strabone [c. l. ubi tamen Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, etiam per *e* in Latinis] in quarto aperte, reddita caufa, cur utrumque ita appelletur. Caftigandus itaque Plinius, [c. l.] in quo *Albion Intemelium* legitur pro *Albion Intimelium*. PINTIANVS. Boccatius de montibus f. v. Appenninus habet: *albagaunum et ienua*. Veram fcripturam docet Strabo c. l. qui contractum illud nomen dicit ex *Albium Ingaunorum* vel *Ingaunum* ex Graeco Ἰγγαύνων. Lineola illa transverfa hic, ut faepe in aliis, neglecta eft a librariis. Idem contendit etiam Cluverius in Ital. ant. 1, 9. p. 67. Sed et ita *Albingaunum* Tacitus hift. 2, 15. Vopifcus in Proculo c. 12. Antonin. in itiner. p. 295. et 502. pro quo in tab. Peutinger. 2. F. ex ed. Scheybii *albincauno*, cum antea legeretur per *g*, et in Geogr. Ravenn. 4, 32. 5, 2. *Albinganis*. Similes corruptiones notant Surita et Weffeling. ad Antonin. c. l. Evincit tamen maxime ufus in infcriptionibus apud Muratorium 1021, 7. 8. 1031, 4. in quibus *Albingaunenfes* legitur.

Paulo) Ita Ciaccon. Mediolan. Voff. 1. 2. 3. 5. Perizon. A. Gronov. Lipf. Parif. 1. 3. Vatic. Cibin. Gud. Rehdiger. uti 1. 2. 9. ex editionibus vetuftis. Reliqui codices et edd. ad 42. *Paulon*, tantum 13. *Padon*, uti apud Plin. 3, 7. f. 5. *Pado*; poft cum Reinoldio 44. 45. ceterae *Paulo*. TZSCHVCKE. Plinius *Padon*, non *Paulon*,

ut ſit *Padon*, *Padonis*, aut certe *Paulon*, *Paulonis*, omnino alius a *Pado*, quandoquidem Pomponius hoc loco Varum amnem *Padone*, aut ſi quis ita malit, *Paulone* dicit eſſe notiorem. BARBARVS. Scrib. *Tum Padon et Varus*. SCHOTTVS. Plinius *Padum* hoc loco habet, ubi tamen optimus meus codex habet *Palo*, manifeſte pro *Paulo*. VOSSIVS. Omnes Harduini codices in Plinio dant *Pado*, pro quo tamen etiam antea *Paulo* volebat Cluverius in Ital. ant. 1, 9. p. 62. quod et repoſuit Rezzonici in diſquiſ. Plin. T. 2. p. 14. ubi de eo multa. *Paulo* videtur praeter noſtros codices etiam vindicare hodiernum eius nomen *Paglione*, ſ. *Paillon*.

Varum) Vindob. bis *Varus*; Prag. *Pharum*, poſt cum aliis codd. et edd. *Varum*; tantum Schottus et Reinoldius in ſuis bis *Varus*. TZSCHVCKE. Lego *Paulon et Varus* ex Strabone [4. p. m. 127. ſ. 184.] et Ptolemaeo, [2, 10. ſ.] adde etiam, ſi placet, Vibio Sequeſtre. [p. 20. Oberl.] PINTIANVS. Ita, ut ſuperior nota declarat, volebat etiam Schottus deditque. In Graecis diſerte additur τόν. *Varus* ſine discrepantia apud Lucan. 1, 404. et ſic fortaſſe rectius eſt, niſi quis utramque formam in uſu fuiſſe velit. Nam certe in tab. Peuting. 2. E. legitur *fl. Varum*. Poteſt tamen etiam ex nexu cum *flumen* altera forma probari, uti *Ledum flumen*, et alia, de quibus ad 2, 5, 6. Nihil igitur hic contra libros mutandum eſt. Poſt Cibin. *diviſa*; Vindobon. *dilapſa*, confuſione nota. Pro *notius* Vindob. et Schottus *notior*; nempe, quia iidem *Varus* volunt.

§. 10. *ab his*) Cibin. *hiis*; Prag. *ab ipſis*; Pariſ. 1. 2. 3. Venet. Havn. videntur habuiſſe cum edd. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. aliisque ad 42. cum Reinoldianis *iis*; inde ab ed. 44. *his* duce A. Gronovio, quod idem notat ex Voſſ. 1. 2. 3. 5. Mediol. Perizon.

et ſuo habentque ex meis reliqui. Variatio facilis et alibi notata.

excurrunt) Vindobon. *excurrit*; poſt Gud. *dein*, ut alibi promiſcue utrumque; Lipſ. Gud. Vindob. *attingerunt*.

diremtisque) Vatic. 3. Prag. Rehdiger. *directisque*; Gud. *direptisque*; reliqui *diremptisque*, quod et ex ſuo codice notavit in praefatione H. Stephanus. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *direptisque*; 15. 17. 20. 23. 32. *diremtis*; 30. 37. *direptis*; 25. (in altero exemplari) Voſſius, Gronovii, alii *diremptisque* vel, melius, poſthac *diremtisque*. TZSCHVCKE. In vet. MS. Pariſino *diremptisque* repperi, quomodo leg. coniecerat H. Stephanus lib. 1. Schediaſm. c 25. Dionyſius Afer Graece huiusmodi effert [v. 920.] μέσσην διὰ γαῖαν ὁρίζων. SCHOTTVS. *Diremtis* coniecerat H. Stephanus in praef. ad Melam (licet ipſe dederit *direptisque*) et poſt explicatius probaverat in ſchediaſin. var. 1, 24. p. 92. (cf. etiam in Gruteri theſ. crit. Vol. 5. p. 39.) Melam enim lubenter hac voce uti de fluviis v. c. 2, 5, 5. et apud Livium alicubi *ademtum* et *adeptum* commutari. Vid. 2, 15, 6. et ibi Drakenb. qui ſimilia loca excitavit. Sed et exempla de commutatione *direptus* et *diremtus* dabunt Corte ad Plinii epiſt. 6, 16, 11. Schwartz. ad Plinii Panegyr. c. 32. p. 117. et in ſupplem. ad c l. p. 601. Burmann. ad Quinctil. decl. 3, 4. viri docti ad Valer. Max. 4, 7. in. et 8, 1. 9. A. Gronov. ad Iuſtin. 4, 1. in. Lineola enim transverſa, qua in ſcribendi compendio τὸ *m* redditur, modo omitti, modo addi temere ſolet, cuius exempla etiam noſtri libri praebent. Hic quidem, cum violentiae in diverſas partes rapientis notio aliena ſit, aptius utique eſt *dirimo*, quod verbum amant Geographi de locis,

quae fretis, maribus, fluviis, montibus interiectis feparantur. Cf. Surita ad Antonini itiner. p. 11. Weffel. Palmerius in apologia pro Lucano p. 22. Sic dirimuntur regiones, populi, flumine Liv. 22, 15, 4. Lucan. 3, 275. Mela 2, 1, 8. ubi vide. Contra 1, 3, 3. *Graecia Aegaeum ab Ionio mari dirimit*; etfi per nexum vis etiam fubeffe poteft, ut 1, 5, 3. Recte igitur hic probavit Stephanus, poft etiam Cluver. in Ital. ant. 1, 30. p. 320. et recepit Voffius. In fequ. pro *Thraciam* Prag. habet *Cratiam*; Rehdiger. *echratiam*; Vindobon. ut alibi *traciam* idemque etiam *penetrat*.

CAP. V.

Codices quidam, uti Lipf. Gud. titulum praeponunt *de Gallia*, uti edd. 1. 6. 11. 13. Zalufc. haec: *De Gallia et oris Galliae*, *gentibus*, *urbibus*, *fluminibus*, *promontoriis*, *locisque memorabilibus*. *Principium a Narbonenfibus; finis ad Hifpaniam*. Parif. 2. *Galliae totius defcriptio particularis*. Plerique aut intervallo feparant a proximo, uti etiam edd. 3. 4. 5. 6. 10. aut deinceps connectunt, in quibus Pragenfis. Aliae edd. infcribunt *Gallia*, ut 12. 14. 19. aut *Galliae defcriptio*, uti 7. 8. 15. 17. 20. 23. aut *Gallia Narbonenfis* inde a Vadiano, Olivario, idque fervatum manfit. Ita in numerandis capitibus discrepant; tertium faciunt edd. 7. 8. 9. 13. fextum ed. 11. pleraeque, in quibus recentiores, quintum, praeter Reinoldium, qui facit feptimum. Vineto eft cap. 39.

§. 1. *Gallia)* Vindob. *Galia;* Prag. *Allia.*

Lemanno) Zalufc. Lipf. Gud. et cum edd. fuis Venet. Havn. Vindob. et Vaticani, uti omnino editiones ad Voffium, qui a Vineto hic ex ed. 29. recepit

Lemanno, adſentientibus reliquis. Ita tamen etiam ſcribunt Cibin. Rehdiger. et, quod videtur, Pariſienſes. In Prag. *Lemanou.* TZSCHVCKE. Strabo cum *a* in fine et cum duplici *n* *Limennam* appellat; Ptolemaeus [2, 10.] cum uno *n* et *e* longo in fine *Limene.* In Strabonis libro 4. [p. m. 129. ſ. 186] ubi de Rhodani et Araris coitu disſerit, oſcitantes librarii μεγάλης ſcripſerunt pro λιμήνης. Rhodanus enim Lemano lacu excipitur, Plinio [3, 5. ſ. 5.] et Pomponio auctoribus. PINTIANVS. In Strabone huius lacus bis occurrit mentio, ſemel 4. p. m. 129. ſ. 186. ubi vulgo olim legebatur λίμνη ἡ μεγάλη et Guarinus vertit *magnus lacus*, pro quo λίμνη ἡ Λεμάνη repoſuit Siebenkeeſius ex Vatic. 1. ſuadentibus antea Caſaubono et Palmerio. Iterum p. 141. ſ. 204. ubi vulgo Πελαμένα, quod propagatum haeſit, Oberlinus ex Ptolemaeo c. l. in ἡ Λιμένα vel Λιμέννα mutatum velit. At hic agitur ſcriptura in *anus* et *annus*, in qua non conſtant auctores. Apud Plinium 2, 106. ſ. 103. et 3, 5. ſ. 4. eſt *Lemannus lacus*, uti dedit Oudendorp. in Iul. Caeſ. de B. G. 1, 2. et 8. 3, 1. — et tantum ex edd. quibusdam notat *Lemanus*; ita idem in Lucano 1, 396. ubi antea per ſimplex *n*. Sic variat Boccatius, qui ſub v. Rhodanus habet *Lemanus*, at de lacubus *Lemannus* et *populi Lemanni.* Interpres tamen Graecus Iulii Caeſaris ſimplex *n* habet et Vibius Sequeſter p. 24. ſine lectionis discrepantia apud Oberlinum, etſi Vatic. meus ſcribit *Lemannus*, uti Cod. Leidenſ. notante Oudendorpio ad Lucan. c. l. Duplici *n* pondus accedit ex Servio ad Virgil. Georg. 4, 278. ubi a Lemanno fluvio (ſic) *Alemannos* dictos eſſe tradit. Graeci tamen auctores ad alteram opinionem deducere videntur. Equidem in hac ambiguitate, quod inveni, mutare dubitavi. Poſt in Vindob. abeſt *lacu.*

Cebennicis) Voſſ. 1. *Tebinnitis*; Voſſ. 3. *Cebinnitis*; Gud. Rehdiger. *cebenicis*; Leidenſ. *Cebennitis*;

Prag. *gebennitis*; Cibin. *Sebennicis*; Zalufc. Mediolan. *Cebennicis*; Vatic. 3. *Gebennicis*; reliqui cum editionibus fuis, e quibus 1. 3. 4. 9. *Gebenniciis*; 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voffius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Gebennicis*; 23. Vinetus, Reinoldius, 44. 45. reliquae *Cebennicis*, uti infra variatur. Sic in aliis auctoribus, ubi praeterea pro *b* reperitur *v* ufitata commutatione, uti *Svebi*, contra *Danuvius*. *G* habet Plinius 3, 5. f. 4. et edd. quaedam Caefaris de B. G. 7, 8. ubi, et cap. 58. per Γ etiam reddit Metaphraftes Graecus, probatque in Latinis mollioris foni caufa Penzelius in verfione Strabonis T. 1. p. 558. At τὸ *C* tuentur Graeca, veluti Strabonis 2. p. m. 88. f. 128. ubi Κέμμενον ὄρος, uti lib. 4. in. Sic Ptolemaeus 2, 8. τὰ Κεμμένα ὄρη. Hinc etiam, et quod hodie paffim *les Cevennes* fcribuntur, probant *C* recentiores, e quibus vid. Vinetus ad Aufonii urbes 12, 5. Valefius in notitia Galliarum p. 140. Oudendorp. ad Iul. Caef. c. l. Anvillius in notice de la Gaule p. 219. Retinui igitur, cum praeterea non defint boni Codices, e quibus Vatic. 1.

latera) Edd. 15. 20. 23. *litora*. Vitiofe. Poft ed. 15. *Thufcum*, de quo ad 1, 3, 3. Cibin. Rehdiger. Vindob. *Occeanum*.

hinc) Rehdiger. Vatic. 3. Cibin. *hic*; Vatic. *illic*, ut Gud. Prag. Rehdig. *hic* — *illic*; variatione frequente, de qua ad 1, 5, 3. Sed vulgata in hoc nexu praeftat. Ceterum in edd. 30. 32. truncatus hic locus fic legitur: *hinc a Rheno ad Tyrenaeum*.

Rheno) Edd. 1. 2. 9. cum Vineto *Reno*. Quod etfi probari poffit, placuit tamen Romanis, uti nummi docent, Graeca fequi. Vid. Cellarii orthogr. Lat. T. 1. p. 114. ed. Harlef.

Pyrenaeum) Vindobon. *pirineum*; Rehdiger. in quo praeterea *ad* abeſt, *pireneum*; edd. 1. 2. 9. *pyrreneum*.

permittitur) Sic Cdd. A. Gronovii duo, Ciacconii (vid. ad 1, 3. f.) et mei, praeter Vatican. Pariſ. Venet. Havn. qui cum edd. ſuis videntur habuiſſe *promittitur*, uti omnino editiones omnes inde a primis ad 44. Tandem in poſtrema (45.) A. Gronovius recepit *permittitur*, retinuitque Kappius. Cod. Lipſ. more ſuo *permictitur*. Quamvis *promittitur* aliquo modo defendi poſſit, defenditque I. Gronov. MS. verbis *protendere*, *promovere*, *barba promiſſa*, aptius tamen videtur alterum, maiori etiam Codicum conſenſu probatum. Variatio, ex ſcribendi compendio facile enata, etiam alibi notatur, veluti ab Oudendorpio ad Iul. Caeſ. de B. G. 8, 9. f. Cf. ad 1, 5. f. 1, 19. 20. ubi eadem vox probatur. Nempe *promittere* propius et in conſpectu poſitum ſpatium indicare videtur, longius deductum et extentum *permittere*, hoc ad initium, illud ad finem pertinere.

Braccata) Lipſ. Gud. Prag. *brachata*; Cibin. Rehdiger. *bracata*. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *bracchata*; aliae *braccata* cum recentioribus et ccdd. conlatis. Reinoldius dedit *bracata*, quod antea receperat Vinetus. Eadem diſcrepantia 2, 1, 10. et alibi. Vid. Graevius ad Cicer. pro Fonteio c. 11. qui ſimplex *c* praefert, ſequentibus Verburgio et Erneſtio, etſi hic in Taciti Hiſt. 2, 20. duplex poſuit, ut alibi alii. Cf. etiam ad Suetonii Iul. Caeſ. c. 80. et paſſim alibi, et quae habet Dausqueius in Orthogr. P. 2. p. 61. Ex Graecorum tamen ſcriptura praeferendum videtur ſimplex. Sic enim Heſychius et Suidas βράκες, βράκια· Euſtathius ad Homer. Il. 2, 262. p. 165. Baſ. βράκαν vocat, et ad Il. 1, 8. p. 17. βρακίον f. in utroque loco leg. βρακίαν, vel hic etiam βράκαν. Sed et Βράκας habet Diodor. Sic. 5, 30. in. *bra-*

cata Alcuinus de divin. offic. c. 58. Quare et fic dedit in Lucano Oudendorpius, qui poteft praeterea confuli ad 1, 430.

eft magis culta et) Tacite haec verba omifit Voffius et hinc edd. 40. 41. 42. Ante Voffium habent editiones omnes cum codicibus, tantum quod in illis non adparet *eft*, uti ex Cdd. in Leid. et Chif. Solus Prag. vitiofe *Narbona eft magis* — Poft Rehdiger. *adeoque*; Venet. *ideoque eft laetior.*

§. 2. *Vrbium, quas)* Vatic. 3. Venet. *Vrbes, quas* — minus bene. Cf. ad 2, 7, 16.

Vafio) Ciaccon. *Vafto*; Lipf. Rehdiger. Gud. Prag. Vind. forte etiam Venet. et Havn. *Vafco*; Vatic. *Vaffco*; Parif. 2. *Nafio*; Parif. 3. *Vifio*. Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. *Vafco*; 2. *Vaxo*; reliquae *Vafio*. TZSCHUCKE. Scribe *Vafio*, non *Vafco*, unde *Vafionenfes* ex Sidonio Apollinari multis locis praeter ea, quae in Pliniana eiusdem partis caftigatione diximus. BARBARVS. Plinius 3, 5. f. 4. *Vafio*, ubi libri quidam etiam *Vafco*. *Oppidum Vafionenfe* apud Sidon. Apollinar. 5. ep. 6. et 7. ep. 4. ubi cf. Sirmondus. Sed et Ptolemaeus 2, 10. Οὐασιῶν fcribit.

Vocontiorum) Rehdiger. *Vacontiorum*; Havn. *Nacontiorum*; Vatic. 3. Parif. 2. *Nocontiorum*; Prag. *Nopontiorum*; Cibin. *Voconciorum*; Parif. 1. Venet. *Vocuntiorum*; reliqui ex meis *Vocontiorum*. Edd. inde a primis ad Vadianas 16. 18. et cum iis Ald. Iunt. 21. 28. *Vocuntiorum*; poft, praeeunte in altera Vadiana, ceterae *Vocontiorum*; quae fcriptura etiam praefertur in Plinio 3, 5. f. 4. Iulio Caef. de B. G. 1, 10. f. Livio 21, 31, 9. Cicerone pro Fonteio 5. f. Silio Ital. 3, 467. (Ruperti tamen per *u*) et aliis, etfi paffim libri variant.

Sed tuentur τὸ ο etiam Graeci, Οὐοκόντιοι, in iis Strabo 4. p. m. 128. f. 185. Ptolemaeus 2, 10. f. uti et reponendum videtur in Strabone 4. p. 140. f. 203. etfi Οὐοκούντιοι propagavit Siebenkeefius. Eadem fcriptura fervata pofteris, et *Bocontii* pro *Vocontii*, uti fit, in tab. Peutinger. 2. A. legitur et in libris quibusdam Antonini in itin. p. 557.

Allobrogum) Vindob. Gud. Prag. forte etiam Venet. Havn. *Alobrogum*, uti edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 22. et cognatae; 1. 2. *alobregum*; 21. 28. Olivarius, Schottus, alii *Allobrogum*, uti folent Latini et Metaphraftes Graecus Caefaris, et, fi duplex *l* fpectes, Graeci auctores, quamvis hi in penultima fibi non conftant, de quo alibi.

Avenio) Vatic. Cibin. Vindobon. Lipf. *Avennio*; Prag. *Avinio*; Rehdiger. *apennio*. Editiones *Avenio*, uti apud Plin. 3, 5. f. 4. et Strabon. 4. p. m. 128. f. 185. et Ptolem. 2, 10. Αὐεννιών. Poft Rehdiger. Vindobon. Vatic. 3. Lipf. Pragenf. et edd. 1. 3 4. 5. *Canarum*. TZSCHVCKE. Scribo *Cavarum* ex Plinio [3, 5. f. 4.] et infra Pomponio. BARBARVS. Recte.

Arecomicorum) Vatic. 3. *Arecomiorum*. Poft Rehdiger. *Nemaufcis*; edd. 13. 19. *Nemaufum*, uti eft in Plinio c. l. et Antonini itin. p. 288. et 396. etfi in hoc accufativus, ut fequentia admittunt, effe poteft. Sed in vulgata terminatione libri confentiunt antiqui, nec aliter effert Strabo 4. p. m. 129. f. 187. Ptolemaeus 2, 10. Stephanus et Suidas h. v.

Tolofa) Prag. *Tholofa*. Edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. Vadianae, Olivarianae *Toloffa*; fed priores, aliquae poft, et cum Vineto, Schotto, reliquae uti MSS. *Tolofa*. Simplex *f* ponunt

alii etiam auctores Latini et Ptolemaeus c. l. In Strabone tamen lib. 4. p. m. 130. f. 188. liberalitate forte librarii, Τολῶσσα aliquoties. Sed *Tolofenfis* exhibent marmora Pifaurenfia n. 57. et ex numis adfert Rafche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1388. Pro *Tectofagum* Lipf. *Tecofegum*; Venet. *Tetogagum*; Prag. *Tetofcum*; Parif. 2. *Tectotegum*; Vindob. *rectofagum*. Vulgata lectio probatur ab aliis MSS. et edd. antiquis, quibus addicunt Graeci.

Secundanorum) Rehdiger. Vindob. *Secondanorum*. Tum Ciaccon. *Aurato*; ed. 27. *Auraufio*, pro quo Pintianus ex aliis emendat *Araufio*, uti eft in libris.

Sextanorum) Vatic. Lipf. Cibin. Gud. Rehdig. Havn. *Sectanorum*; Venet. *Secanorum*; Prag. *Seftanorum*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Sectanorum*; in reliquis, ex certa Hermolai correctione, *Sextanorum*, quod et habuiffe videntur Parifienfes. Poft *Arelatae* edd. 24. 25. 29. Olivarianae, Vinetus, Schottus; reliquae cum libris antiquis *Arelate*. TZSCHVCKE. *Arelatae* quidem Strabo [4. p. m. 125. f. 181.] cum *ae* diphthongo in fine Ptolemaeus [2, 10.] tamen neutro genere *Arelatum* PINTIANVS. Ex Strabone ductum videtur *Arelatae*, etf in eo Ἀρελάτε emendat Surita ad Antonini itiner p. 290. ed. Weff. Et fic Plin. 3, 5. f. 4. *Arelate Sextanorum*. *Arelate* item exftat in Codd. Iulii Caef. de B. C 1, 56. f. ubi, notante Oudendorpio, fic etiam editione quaedam variant. Nec aliter efferunt Sueton. in Tiberi c. 4. in. Ammianus 15, 11. f. aliique quidam et infcriptiones duae in Sponii Mifcell. erud. ant. p. 165 f. Pofterior demum aetas frequentare coepit *Arelatum* et *Arelatus*, de quo alibi. Hinc *Arelate* et *Arelatum* invenitur in Caffiodori Varr. lectt. 8, 10.

Septimanorumque) Sic plerique codd. A. Gronovii et mei cum vetuftis editionibus. Tantum Venet

Settimanorumque; Prag. *Setumanorumque*. Tò *que* adpenſum omittunt Vatic. Pariſ. 1. 2. Gud. Rehdiger. Vindob. Edd. 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Septumanorumque*, unde rediit prior forma eademque probabilior, quam etiam praefert Plinius 3, 5. ſ. 4. Nota *Septimania* in Sidonio 3. epiſt. 1. et Geogr. Ravenn. 4, 28. quamquam alia de cauſa hoc nomen nacta, de quo Vol. 2. Denique nota eſt ſcriptura etymi uſu crebriori recepta.

Baeterrae) Varias per formas haec vox agitatur. A. Gronov. ex MSS. adfert *Betterre* et *Beterre*, et ex Voſſ. 4. addit *Boeterre*. De aliis haec: Ciaccon. omnes, quos ſe contuliſſe adfirmat Holſten. ad Stephan. p. 62. Vatic. *Beterrae*; Lipſ. Cibin. Rehdig. Vindob. *Beterre*; Pariſ. 1. 2. 3. *Beterae*; Prag. *Betere*; Gud. *Beeterre*; Venet. *Bettere*. Edd. 1. 2. 9. *Betere*; 3. 4. 6. 7. 8. *Blittera*; 5. 10. 29. *Blitera*; 11. *Blittere*; 12. 13. 14. 19. *Beterra*; 15. 17. 23. *Baetterae*; 20. *Betterae*; 16. 18. 22. Vadianae *Blitera*; Saling. 1538. *Bliterra*; 21. 24. 25. 28. Schottus *Blytera*, et ſic pleraeque Olivarianae; nam et aliquae, uti 26. 29. *Blitera*; Vinetus *Boeterae*; Voſſius, 40. 41. 42. 44. *Baeterra*; Reinoldius, 45. reliquae *Baeterrae*. TZSCHVCKE. Strabo [4. p. m. 126. ſ. 182.] quoque *Blitera*; ſed Plinius, [3, 5. ſ. 4.] Stephanus et Antoninus [p. 389. et 397. Weſſ.] *Beterra*. BARBARVS. Ptolemaeus [2, 10.] *Baetirae*. Strabo *Biltera*. Plinii vetuſtus codex *Beterre*. PINTIANVS. Veterem ſcripturam reduximus, quam omnia vetera exemplaria confirmant. *Baeterra* enim olim vocabatur, quod nunc *Beziers* vocant, non *Blitera*. Apud Plinium in veteribus libris ſimiliter *Baeterra* legitur. Sed et in veteri inſcriptione, (quam apud Gruterum [p. 272. n. 10.] vide) *Baeterrenſes* nominantur. Perperam itaque Caſaubonus ex corrupto Strabonis loco ceteros cor-

rigere conatur, cum ipſe Strabo ſit corrigendus. Stephano eſt Βαίταῤῥα. Eius locum ſic emendabis: Βαιταῤῥοῦς κώμη τρίτης Παλαιστίνης, οἱ κατοικοῦντες Βαιταῤῥηνοί. Ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαίταῤῥα, ἧς ὁ πολίτης Βαιταῤῥίτης· τῆς δὲ προτέρας Βαιταῤῥούσιος· κλίνεται Βαιταῤῥοῦντος. Male haec vulgo ſeparantur, tamquam ſi et aliqua urbs eſſet in Gallia, quae Βαιταῤῥοῦς vocaretur. VOSSIVS. Strabonis Βιλτέρα, pro quo Moſcov. Βλιτέρα cum aliis, ſine dubio corruptum et ex confuſione α et λ enatum eſt, quod recte ex Stroz. in Βαιτέρα mutavit Siebenkeeſius, uti iam olim voluerant Holſten. ad Stephan. p. 62. et Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 389. Anvillius in notice de la Gaule p. 136. In Plinio 3, 5. ſ. 4. Harduinus ex MSS. ſuis repoſuit *Beterrae*, ſed idem 14, 3. ſ. 6. *Baeterrae.* Sic prima ſyllaba inter *ae* et *e* fluctuatur. Stephano eſt Βαίταῤῥα, Ptolemaeo Βαιτίραι. Tuentur τὸ *ae* etiam inſcriptiones apud Gruter. c. l. *Sept. Baeterr.* et in Muſeo Veronenſi p. 418. n. 5. *Urbi Iul. Baeter.* At in aliis praefertur *e*. Sic Antonin. c. l. *Beterrae*; tab. Peutinger. 1. E. *Beteris*; Theodulphus Paraen. v. 135. *tecta Beterris*; Geographus Ravenn. 5, 3. Chron. Aemilianenſe (ſaec. 9.) apud Florez. in Eſpãna Sagrada T. 4. p. 254. *Beterris.* Quam literam tuentur nummi, in quibus Βηταρρα, Βητηρρατων conſpicitur, de quibus vid. Holſten. ad Stephan. c. l. et Ortelii theſ. p. 31 ſq. Baſche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1517. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 67. Quod Harduinus ad Plin. 3, 5. ſ. 4. ad Syriae locum ignoti ſitus retulit, refutatus eſt a Liebio in Gotha num. p. 67. Poſteriori aevo in prima ſyllaba receptum etiam eſt *i*, quod quidem huc non pertinet. Sed de prioribus duabus literis, utra praeferenda, diſſentiunt viri docti, vel in incerto poſitum relinquunt. Vid. praeter iam laudatos Savaro ad Sidon. Apollin. 8. epiſt. 4. Valeſius in notitia Galliarum p. 90. Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 99. Weſſeling. ad Anton. itiner. p. 389.

Equidem, cum in utramque partem disceptari possit, retinui vulgatam, quam, praeter Graecos auctores, tuentur etiam inscriptiones.

antestat omnes) Vatic. 1. *antesta tonnis*; Vatic. alii, Paris. 1. 2. 3. Lips. Vindob. Havn. Venet. *antestationis*; Gud. *antestatonis*; Cibin. Rehdiger. *antestatonius*; Prag. *ante Stacionis*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 17. 20. 23. *antestatonis*; 9. *antestationis*; 13. 16. 18. 21. 22. 28. divise *antestat omnis*; post in Vadianis et 30. 32. 37. *omnibus*; 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus *omneis*; Vossius, ceteri *omnes*. TZSCHVCKE. *Antestatonis)* Distinguendum: *Sed ante stat omnis*, hoc est, Martius Narbo. BARBARVS. Coaluisse has voces in libris facile intelligitur, sed ex iisdem praeferendum putavi *omnis*, quae forma a Pomponii more non aliena est.

Decimanorumque) Sic plerique MSS. A. Gronovii et mei omnes, exceptis forte Parisiensibus. Nec aliter editiones veteres. Post 13. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. *Decumanorumque*. In reliquis vulgata locum occupat. Ita variatur in *Decumana porta*, et cognatis. Cf. Oudendorp. ad Iul. Caes. de B. G. 2, 24. in. qui haerere se dicit, utrum sit praeferendum; dedit tamen per *u*. Idem vero *Decimani* praetulit in Frontino 1, 11, 3. ubi etiam aliqui codices *u* habent. In Plinio 3, 5. s. 4. editur *Decumanorum colonia*, qua forma nomen profert etiam Goltzius ex numo p. 241. at incerta fide. Gruterus tamen p. 266. n. 7. inscriptionem habet sub Septimio Severo Pio factam, in qua *Decuman. Narb.* Cf. de scriptura duplici Drakenborch. ad Liv. 2, 59. extr. et quos memorat. Ego libris vetustis, cum possit, auscultavi. Antea pro *Atacinorum* Vatic. 3. Prag. Rehdiger. *Aracinorum*; Vindob. *Atacirorum*; Gud. *Attacinorum*; alii cum edd. recte *Atacinorum*.

unde olim —) Venet. hoc ordine: *colonia Narbona, unde olim his terris nomen fuit et auxilium, nunc* — Prag. aliis omissis: *unde olim his nomen est Martius Narbo.*

his terris) Ita septem MSS. A. Gronovii et ex meis certe Vatic. Lips. Gud. Prag. Rehdiger. Venet. Zalusc. cum edd. 1. 2. In reliquis *iis terris*, dum prius a Reinoldio revocatum et inde ab ed. 44. exceptum est. Cibin. *bisternis. Fuit* omisit Vossius et edd. 40. 41. 42. invitis libris, si forte Paris. 2. exceperis.

Martius) Rehdiger. *Mantius.* In aliis *Martius,* quod probat marmor vetustum ibidem effossum anno 1566. teste Ortelio in thes. h. v. Cf. Gruter. p. 229. Nummi enim fides, quem profert Goltzius c. l. suspecta est. Quod alii *Marcius* malunt, de eo et terminatione *Narbona* in Veneto disseretur Vol. 2.

§. 3. *In litoribus —)* Mallem legere *litore,* quam *litoribus,* vel, si placet, scribe, *in litore eius.* Dictio etiam *aliquibus otiosa est.* PINTIANVS. Seriem litoris innuit. Pro *aliquibus* Rehdiger. *aliquis,* quod et notatum erat in ed. 23. cum Vatic. MSS. conlata. A vocibus: *In litoribus* c. 40. initium facit Vinetus.

aliquot sunt) Ita V. C. Sed verbum *sunt* vacat. Supra 1, 19. *Vna gens, aliquot populi et aliquot nomina.* CIACCONIVS. Lubrica est haec ratio, nec illo exemplo firmior.

rarae urbes) Rehdiger. *etiam rare u.* Prag. *ca re urbes.*

austro —) Lips. *haustro atque affrico;* Vindob. *hostro;* Rehdiger. *Africo atque austro.* Ed. 19. *Aphrico* qualia obvia. Pro *exposita* Cod. Ciaccon. *opposita.*

Nicaea) Cibin. Gud. Lipf. Prag. Rehdiger. et edd. 1. 2. 9. 11. 13. 21. 24. 25. 28. Olivarianae *Nicea.* TZSCHVCKE. Scribendum cum *ae* diphthongo in media *Nicaea* ex Strabone, [4. p. m. 127. f. 184.] Ptolemaeo, [2, 10.] Stephano. PINTIANVS.

Deciatum) Ciaccon. *Deciarum*; Vatican. Lipf. Venet. Gud. Rehdiger. *Decincum*; Havn. *Detiacum*; alii *Deciatum.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Detiacum*; 13. *Deciatium*; reliquae a 6. 7. 8. 10. 12. — cum Vineto, Schotto *Deceatum.* A Voffio poft *Deciatum.* TZSCHVCKE. Lego: *Deceatum* ex Polybio, [33, 7, 8. et 8, 9. Δεκιῆται] Strabone, Plinio. [vid. deinceps] BARBARVS. Scribendum videtur: *Tangit oppidum Deciatiorum Antipolis,* ut fuperfluat verbum *tangit* fecundo pofitum, ex Ptolemaeo, [2, 10.] cui *Antipolis Deciatiorum* urbs eft. Strabo [immo Polybius apud Strabonem 4. p. m. 139. f. 202.] *Deceitas* appellat primo flexu; Plinius [3, 5. f. 4. et 7. f. 5.] modo *Deceatas*, modo *Deciatas.* Poffet tamen retineri antiqua lectio, fi *Deciatum* legas ex Stephano, cui urbs eft Italiae *Deciatum.* PINTIANVS. Oppidi nomen tuetur Stephanus, cui dicitur Δεκίητον. *Tangit* igitur, repugnantibus libris, expelli non debet, nec urbis nomen mutari. Ita enim paffim eadem verba pro fimplici particula nectendi repetit nofter, uti *facit* — *faciunt* 2, 3, 10. *eft* 2, 2, 7. Sed ipfa fcriptura pendet ab ipfo populi nomine, quod variatur. Straboni c. l. funt Δεκηϊτῶν, quod retinuit Siebenkeefius, ubi mei etiam codices Δεκιητῶν, quod probat Schweighaeufer. ad Polyb. 33, 7, 8. qui ita fcribit poft c. 8, 9. uti Stephanus. In Ptolemaeo 2, 10. Δεκιάτιοι. Latinis, fi qui hunc populum proferunt, in ufu fuiffe videtur *Deceates*, veluti Plinio cc. ll. Floro 2, 3, 5. ubi vid. Aliunde fruftra auxilium petas. Apud Geogr. Ravenn. 5, 3. *Dicaeorum urbs Antipolis,* corrupte. Quod

ſi igitur adhibitis codicibus Graecos ſequaris, utique reponendum eſt *Deciatum.*

Deinde) Chiſ. *Dein*, nota variatione. Tum *eſt* primus omiſit Camers, et hinc edd. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadiana et Olivariana familia, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. unde duce Reinoldio rediit ex libris antiquis, e quorum numero tamen eximendi videntur Pariſ. 1. et 3.

Octavanorum) Sic Ciaccon. et plerique ex meis cum edd. antiquiſſimis; tantum Venet. *betavianorum*; Havn. Prag. Rehdiger. cum edd. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianis, Olivarianis, Schotto *Octavianorum*; Vetuſtiores et poſt 11. Vinetus, Voſſius reliqui *Octavanorum.* Eadem varietas vocis in Plinio 3, 5. ſ. 4. fuit, ubi etiam auctoritate codicum, quam firmat analogia, verior forma revocata eſt, propugnante Pintiano. Sua fide Goltzius ex numo Auguſti in theſauro rei antiquariae, Opp. Vol. 2. p. 150. adfert *Col. Iulia Octavianorum.* TZSCHVCKE. Dele *Octavianorum* et illud *poſt.* SCHOTTVS. Sine cauſa gravi.

tunc poſt) Venet. Gud. Rehdiger. Ciaccon. Vindobon. *tum poſt*, rectius, puto, in recenſendis et numerandis progreſſionis partibus, et nota variatione, de qua vid. ad 1, 19, 15. et alibi paſſim.

Athenopolin) Vatic. Cibin. Rehdiger. *Athenopolim*; Lipſ. Gud. Vindob. *Antenopolim*; Venet. Prag. Pariſ. 2. *Arenopolim*; Pariſ. 3. *Antinopolim*; Pariſ. 1. *Antipolim*; Havn. *Arepolim.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. *Antenopolim*; 5. *Antiopolim*; 11. *Antipolim*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. 31. *Athenopolim*; 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schot-

tus, Vossius, I. Gronovius in ed. 40. *Athenopolis*; 50. *Atenopolis*; 32. *Aenopolis*; 41. 42. et sic deinceps *Athenopolin*, quod ex suis libris excitant Ciacconius et Vossius. TZSCHVCKE. Lego: *Tum Athenopolis et Olbia* ex Plinio [c. l.] fere ad verbum. PINTIANVS. Legunt libri manu exarati: *Tunc post Athenopolin et Olbiam et Laurion.* Inepti nempe librarii, ut alibi passim, ita hic quoque casus rectos in obliquos mutarunt, cum prius scriberetur: *Athenopolis et Olbia et Laurios.* VOSSIVS. In citando sane secuti sumus editionem Vossii, sed nihil longius a nobis abest, quam ut persuasi simus, scriptum ita fuisse a Mela, et fieri posse, ut in hoc loco sine ineptia criminetur ineptos librarios. Attende modo Lector, et brevi tota res decisa erit. Nuspiam Mela has duas particulas *tunc post* ita coniungit, sed alterutram modo adhibet. Itaque et Pintianus more suo deleri iussit postremam *post*. Ceterum solam hanc voculam initio periodi persaepe instar adverbii usurpat. Sed et porro quoque Mela semper fere praepositionem subnectit voculae *tunc*, ut hoc ipso capite, *tunc ex*, *tunc inter*, et sic passim. Qua ratione igitur fieri potest, ut hoc loco non credamus, particulae eidem *tunc* subnexam particulam *post* esse positam non quasi adverbium, sed praepositionem? in primis cum omnia scripta exemplaria per quartum casum efferant sequentia: *Tunc post Antenopolin et Olbiam et Laurion et citharis tenet macedon*, ex quorum postremis Barbarus texuit: *Glanon et Citharisles et*, sed pertemere. Haud dubie scripsit: *Tunc post Athenopolin et Olbiam et Tauroin et Citharisten est Lacydon.* Consummatissima periodus. I. GRONOVIVS. Alteram lectionem, quae propius aliquanto ad veteres accedat libros, exhibuit Vinetus; sed nos eam, quam dedimus, probatam etiam ab aliis, praetulimus. *Tunc post*, an alibi apud Melam occurrat, quaerant, qui nugas vanis volunt redimere horis. Sufficit optimos quosque sic loqui scriptores, et Melam scivisse Latine. Quod vero Gronovius vocet con-

ſummatiſſimam periodum, exin facile intelligas, illum neſcire, quid rei ſit periodus. Illud vero *Tauroin* perquam ineptum, cum nec Graecum ſit, nec Latinum. *Taurentum* Latini, Graeci *Tauroenta* vocant; et ſic Caeſar. [de B. C. 2, 4.] VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Τὸ *poſt* frequentiſſime in hoc ſcripto adverbium eſt; ſed etiam τὸ *extra*, qua vocula paſſim auctorem uti poſt egreſſum ex ſinu, iam ſupra [ad 2, 2, 8.] declaravimus. An ergo nunquam τὸ *extra* illi placuit conſtructione praepoſitionis? Immo lib. 3. c. 8. *extra ſinum, verum tamen in flexu etiamnum modico Rubri maris.* Omnia docent, τὸ *poſt* hic eſſe praepoſitionem. — Totam loci huius controverſiam retulit in accuſativo *Tauroin*, quem non potuit concoquere, ſic ut nec Graecum, nec Latinum eſſe pronuntiet, pronuntiaturo, opinor, idem Holſtenio, qui ad Ortelium [p. 186.] ſic notaverat: apud Pomponium Melam corrupta haec vox in *Glanon*, ubi MS. *Laurion.* Sed legendum haud dubie *Taurentum*, vel potius Graeca formatione *Taurois.* Cauſam prodit Voſſius." In quo [Voſſius] imitari voluit Melam, [2, 4, 8.] *Extra Sipuntum, vel, ut Graii dixere, Sipus*, qui tamen apud Graecos agnoſcit *Opoes.* — Sed an Caeſar eſt Graecus? Non Graeci magis, quam Latini, ſic vocarunt, quippe quibus multa Graeca magis placuerunt, quam ſua. Talis eſt ipſe noſter Pomponius. Sed quam Tauroenta vocant, eam non etiam queunt vocare *Tauroin?* Patet analogia, *Taurois*, *Tauroenta*, *Tauroin*, ut *Simois*, *Simoenta*, ut aliquoties apud Virgilium, pro quo tamen Servius dicit in genitivo *Simois* ad lib. 1. Aen. verſ. 104. etſi ille citet Virgilianum *Simoentis*, quod quum occurrat verſ. 622. ibi tamen dicit *circa fluvium Simoin.* Si haberemus in Latinis aliqua de Selinunte, non ambigo, ſimilia repertum iri Σελινόεις, Σελινοῦς. Vis ridicula? Scylax [p. 53. Hudſ.] Σολόεσαν ἄκραν, quae, ut et notavit Voſſius, Heſychio dicitur Σολουντὶς, Ptolemaeo [4, 6.] Σολοεντία ἄκρα, et tamen Voſſius in prima lanugine

iam arbitrabatur legendum Σολοέντα. I. GRONOVIVS *in posteriore nota.* Adſentior Gronovio in ſenſu particulae *post*, quo relicto, vel immutato mire langueat oratio. Inde vero efficitur, recte ſubiici accuſandi caſus, quod et faciunt libri veteres. De reliquis deinceps.

Olbiam) Gud. Lipſ. *Olbian*; Vindob. *olbeiam*; reliqui *Olbiam*. In editionibus iisdem, quae antea habent *Athenopolis*, *Olbia* caſu recto, ut ſequentia duo nomina. Mannert in Geographie T. 2. P. 1. quia eadem urbs videatur, legendum forte coniicit: *Athenopolis*, *quae et Olbia.* At nec libris, nec nexui apta eſt haec lectio.

Tauroin) Codd. Voſſii, I. Gronovii, Ciaccon. et mei omnes *Laurion*, tantum Prag. *Laureon.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Laurion*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Glanon*, 13. *Glanum*; Voſſius et 40. *Taurois*; 41. 42. 44. 45. Kappius *Tauroin*; Reinoldianae *Tauroenta.* TZSCHVCKE. Scribo *Glanon*, de quo Antoninus [p. m. 343.] et Plinius. [3, 5. ſ. 4.] BARBARVS. *Glanum* hic locum non habet, cum longe ultra Maſſiliam ſita ſit in mediterraneis. — Facile eſt ex libris veram lectionem eruere *et Taurois.* VOSSIVS. *Glanum* commemorat etiam Ptolemaeus 2, 10. in *Salicibus*, pro quo vitioſe tab. Peuting. 2. D. *clano*, et Geogr. Ravenn. 4, 28. extr. *Calum*, uti ex ſitu diſcitur, de quo prolixe disſeruit Menardus in Memoires de litterature — de Paris T. 32. p. 650 ſqq. qui ponit in vicinia oppidi *St. Remi*, etſi alii illud ipſum eſſe volunt. Sed recte iam Voſſius monuit, ſitum eius minime huc convenire, quare etiam recte expulſum eſſe hoc nomen, probat Weſſeling. ad Antoninum c. l. *Taurois* probat etiam Holſtenius c. l. et ad Stephanum p. 316. quod facile enaſci potuit ex *Laurion*, ſive, ut Voſſius refert, *Laurios*, et aptum eſt illi nexui, quem recto caſu hic

multi faciunt. At ſi accuſativum cum aliis librorum fide probes, dura eſt et inſolens forma *Tauroin*, pro *Tauroenta*, uti eſt in Caeſare de B. C. 2, 4. m. et recepit Reinoldius, ſed id ipſum a codicum lectione remotius, uti *Taurentum*, quod leg. adſcripſerat vir doctus in exemplari meo ed. 23. etſi Latino uſu alias probatum. Si usquam occurreret *Taurinum* commode ſubſtitui poſſet, erutum quidem ex Ταυρῖνοι Stephani ſ. v. Ταυρέεις, a quo quidem nomine ea forma effingi nequit. Ita vero *Rhegini* a *Rhegium* et ſimilia. Tum vero truncatus ſit ille Stephani locus et exciderit aliud urbis nomen Ταύριον a Stephano notatum. At lubrica eſt haec coniectura, et praeſtat ſe continere iis, quae attulit I. Gronovius in nota ſuperiore, dum meliora proferantur.

Cithariſten eſt) Ciaccon. *Cythariſten et*; Voſſ. ut ipſe refert, *Cithariſtes et*; I. Gronov. Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Lipſ. Gud. Vindob. *citharis tenet;* Venet. Havn. Prag. *citaris tenet;* Rehdiger. *cytharis tenet*; Cibin. *cythariſten et.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *citaris tenet*; 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 20. 23. 24. 25. Olivarianae, Voſſius, 40. *cithariſtes et*, uti emendaverat Barbarus; 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 28. 35. *citariſtes tenet*; Vinet. *Citheriſten*; 42. cum Reinoldianis et ceteris *Cithariſten et.* In Graecis Κιθαριστής. Depravationis cauſae patent.

Lacydon) Gud. *macedon*; Prag. Vindob. *lacidon*; reliqui *Lacydon.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Lacidon*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Olivarianae, Schottus *Halycidon*; 13. *Halycido*; Vinetus *Halicidon*; Voſſius et ceteri *Lacydon.* TZSCHUCKE. Scribo *et Halycidon.* De *Halycidibus* Strabo; [4. p. m. 126. ſ. 182.] id autem verbum ſalinas ſignificat. Ad campum, inquit, lapideum vocatum *ἐν μέσῳ ὕδατα καὶ ἁλυκίδες συνίστανται καὶ ἅλες·* for-

tasseque locum eum, aut simili natura praeditum significat, quem Antoninus [p. m. 389.] *Salsulas* appellat 64. millibus passuum a Pyrenaeis. BARBARVS. Eustathius in Dionysium [v. 75.] Λακύδων legit. Vide hic Hermolaum et Strabonem. In antiquo codice palam *Lacydon* legitur, ut non sit dubitandum de integritate lectionis. CIACCONIVS. Legendum reor *Lacydon* ex Eustathio. Aestimationi locus. SCHOTTVS. *Halycidon* Hermolaus. At ipse Mela scripserat: *Lacydon.* Sic etiam veteres libri. Eustathius in Dionysium [c. l.] Ἀγαθὸς τοῖς Μασσαλιώταις λιμὴν ὁ Λακύδων. VOSSIVS. A vero longe aberrat Hermolaus, dum *Halycidon* reposuit, et quae in Strabone commemorantur ἁλυκίδες ad campum lapideum pertinent et Salsulae fonte infra a nostro constituuntur. Frustra igitur eum secuti ita portum nominant scriptores quidam Franco-Gallici, uti de Ruffi in histoire de Marseille T. 1. lib. 1. p. 4. (ed. 1696.) et Papon in hist. genérale de Provence T. 1. p. 22. Notavit Barbarum etiam Casaubonus ad Strabon. lib. 4. p. m. 124. f. 179. Corrupte Boccatius de maribus f. v. Gallicum vocat *Lacedonem.* Tum recte I. Gronovius praecedentibus accusativis pro *et*, quod sic minus bene servavit Reinoldius, subiunxit *est.*

in eo) - Mirum loquendi genus, civitatem sitam esse in portu. Libri manu exarati legunt: *et in ea.* Omnino scribendum *et hinc*, vel *et inde ipsa Massilia.* Lacydon olim vocabatur portus Massiliensium. Sed sciendum, etiam Olbiam, Antipolin, Taurentum et alias colonias in hoc litore portus Massiliensium fuisse appellatas. Puto tamen aliter hoc vocabulum accipiendum, nempe de portu ipsi Massiliae adsito. Verum ut cognoscamus, quis ille portus fuerit, operae pretium est monere, veterem Massiliam non sitam fuisse, ubi est hodierna, sed satis longe inde remotam, nempe ad promuntorium, quod vulgo la Crocetta appellatur. — VOSSIVS. Plane

ut lib. 1. c. 16. *Portus, cui ex urbe, quam amplectitur, Tiſanuſa cognomen eſt.* Vt illic dicitur portus Tiſanuſa amplecti urbem cognominem, ſic nunc in Lacydonte portu ſtatuit urbem eſſe Maſſiliam. Veriſſime ſic eum deſcribi a Mela, et quid velit, apparet ex Dionyſii Periegeſi v. 75. ubi ſcribit: Ἔνθα τε γαῖα Μασσαλίη τετάνυσται ἐπίστροφον ὅρμον ἔχουσα. Vide illic Euſtathium. I. GRONOVIVS. De Tiſanuſa, quae ſcribit Gronovius, illa nihil ad rem faciunt. Magni enim ſi ſint portus, fieri poteſt, ut amplectantur urbes illis minores, praeſertim ſi inſulae ſint, aut peninſulae. At vero minuti portus, qualis eſt iſte Maſſilienſium, quomodo illi ambire magnas poſſunt civitates, qualis erat Maſſilia? Dicat, ſi poſſit, ubinam fuerit portus Lacydon, quemcunque huic locum et ſitum adſcribat, nunquam efficiet, ut Maſſilia ſita fuerit in portu. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Cunctatus fui monere quidquam de furto Voſſii, quo totam iſtam notam et emendationem Melae contra Hermolaum ingrate deſcripſit ex Caſaubono ad Strabonem p. 85. [ed. Pariſ.] Nunc ut indicem, cogit κακία hominis, qua in appendice negat, Tiſanuſam cum Maſſilia componi poſſe, quum ipſe de ſpatio Tiſanuſae aut portus eius omnino nihil noverit, ac debeamus contenti eſſe illis, quae tradita ſunt in reſiduis fragmentis. — Quo tandem metatore utriusque portus fuit uſus? Ecce rem omnem aperta narratione expreſſam in Panegyrico, qui dictus eſt Conſtantino: [c. 19. in.] *Maſſilia enim, ut audio, in profundum mare prominens et munitiſſimo accincta portu; in quem anguſto aditu meridianus reſluit ſinus, mille quingentis paſſibus terrae cohaeret,* (ſic patet fuiſſe χεῤῥονησίζουσαν, ut ab tribus partibus mari allueretur, et eſſet in portu) *qua firmiſſimus et turribus frequens murus opponitur.* Itaque mox refert terra marique admotis machinis, aggeribus exſtructis, navalibus proeliis ſaepius oppugnatam, quum Conſtantini militem *nihil altitudo murorum, nihil creberrimae* (perperam editur *celeberrimae*)

turres, nihil loci natura remorata est, quo minus et portum caperes et urbem continuo, si velis. Ergo portus ibi primum capiebatur atque adeo exterior erat, quam urbs, quam cingebat et in se continebat. Sic Martianus Capella lib. 6. p. 210. *Oeanthe, in quo portus Apollinis.* Nonne in Cilicia memoratur auctori nostro *Corycos oppidum portu saloque incinctum?* Contra de Syracusis Cicero lib. 5. in Verrem, cap. 37. I. GRONOVIVS *in nota posteriori.* Codices mei omnes et priscae edd. *in eo.* Adparet, diversam fuisse urbis et portus olim et nunc formam. Oudendorpius, teste A. Gronovio, explicabat *inter eum*, vel *intra eum.* Sensus alius esse non potest, quam uti I. Gronovius exponit: portus tam fuit amplus, ut urbem ipsam cingeret.

Massiliensium) Lips. *masilientium;* Vindob. *masiliensium.* Post Cibin. et edd. 1. 2. 3. 4. aliaeque post etiam *Phoceis;* Rehdiger. Prag. *Phocis.*

posita) Obelo fodio, ut glossema; *gentes* ἀπὸ κοινοῦ repetendum, et verbum aliquod exaudiendum. Quis enim concisum Melae dicendi genus non observavit? SCHOTTVS. At qui huic obsit, non video.

dissimillimis) Vatic. 3. Prag. Rehdiger. Vindobon. *dissimilis;* Prag. subiicit *causa vicinis.* Pro *vicina* Rehdiger. *vicinia;* pro *et tunc* Prag. Vatic. 3. et edd. 9. 13. 25. et quaedam Olivarianae *et nunc*, et pro *ceperit* Prag. et edd. veteres quaedam, uti in prima Vadianus, *coeperit.*

§. 4. *Inter eam)* Vatican. 1. Lips. Gud. Prag. uti edd. 1. 9. 25. altera *inter eum*, forte quia referrent ad *portus*, cum melius ad nomen posterius, *Massilia*, pertineat. Ceterum cap. 41. hinc inchoat Vinetus.

Rhodanum) Gud. *rodanum;* Vatic. 3. *maritimi;* Lipſ. Prag. Rehdiger. *anaticorum;* Havn. Pariſ. 2. *a Vaticorum.*

ſtagno) Sic omnes libri et edd. ante Voſſium, qui repoſuit *ſtagnum*, eumque ſecutae 40. 41. 42. unde prior lectio rediit. Tum A. Gronovii MSS. *aſſidet* vel *abſidet;* Voſſ. 1. Cibin. *deſidet;* Lipſ. *abſidet;* Vatic. 3. Pariſ. 2. Prag. Havn. *obſidet;* reliqui, in quibus Zaluſc. *aſſidet;* Voſſius et edd. 40. 41. 42. *ſtagnum obſidet.* TZSCHVCKE. Legendum fortaſſe, non, *ſtagno aſſidet*, ſed *ſtagnum Aſtromela.* Cuius ut celebris mentio apud Plinium [3, 5. ſ. 4.] et Stephanum, qui non *Aſtromela* nominat, ſed *Maſtramelle*, tum ſtagnum, tum civitatem eiusdem nominis per *a* in tertia a fine et duplex *ll;* et ita in Plinio legendum videtur. PINTIANVS. Quia liber antiquus optimus legit *obſidet*, ideo non dubitavimus reſcribere: *Maritima Avaticorum ſtagnum obſidet.* Oppidum enim hoc aditum et oſtium vaſti illius ſtagni claudit et obſidet. Ptolemaeus [2, 10.] Μετὰ δὲ τὸν Ῥοδανὸν ἐπὶ θαλάσσῃ κεῖται Ἀυατικῶν πόλις Μαριτίμα κολώνια. Sic recte libri veteres. [Vulgo Ἀνατιλῶν.] Plinius de eodem oppido et ſtagno: *Vltra foſſa ex Rhodano, C. Marii opere et nomine, inſigne ſtagnum Maſtramela, oppidum Maritima Avaticorum.* Et oppidi et lacus nomen eſſe Maſtramelam docet Stephanus. Eadem itaque eſt Maſtramela et Maritima. VOSSIVS. Temere Pintianus obtrudit *Maſtramela.* Neque Voſſii lectio a libris adiuvatur et a ſenſu flagitatur. Probavit etiam vulgatam *ſtagno adſidet* Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 86.

Mariana) Rehd. *marina.* Poſt *Mariana* punctum poſuerunt Camers, Vadianus et Vinetus; diſtinctionem minimam Olivarius, Schottus cum ſuis. TZSCHVCKE. Et haec quoque ſola diſtinctione ſanavimus. Omnes foſſam Marianam ab hac parte Rhodani collocant. Solus Ptole-

maeus illam ad ulteriorem collocat ripam, quem perperam ſecuti ſunt multi. VOSSIVS. Ante Voſſium ita diſtingui iuſſerat Caſaubonus ad Strabonem lib. 4. p. m. 127. ſ. 184. quod res ipſa poſtulat, et ſenſus verborum praecedentium, in quibus alias *Maritima* ſenſu caret.

amnis — ignobile eſt) Exciderunt haec in Prag.

navigabili) Cibin. Vatic. Lipſ. Gud. Rehdiger. Vindob. et alii cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *navigabilis;* reliquae, praeeunte Vadiano, *navigabili*, quód et in Zaluſc. et Pariſ. fuiſſe videtur; aptiori et efficaciori ſenſu. Poſt Vindobon. *effondit;* Vatic. 3. Havn. *effunditur*, uti fit ſaepe, hic alieno ſenſu. Cf. ad 1, 7, 3.

ignobile) Vindob. *ignobilis*. Poſt omnes libri Voſſiani, ipſo teſte, *lapideus*, at A. Gronovio, quatuor *ignobile eſt lapideus;* Voſſ. 1. *ignobilis eſt lapideos vocant, in quo;* Mediolan. Chiſ. *ignobile eſt, lapideum, ut vocant;* ex meis Cibin. *lapideos vocant;* Pariſ. 1. *et lapideus, ut vocant;* Gud. Rehdiger. Vindob. Vatic. 3. et edd. 1. 2. 9. 13. (haec etiam antea *Alioqui*) *lapideos;* Vinetus *lapideum vocant;* Voſſius, 40. 41. 42. *ignobile, et lapideus, ut vocant, campus, in quo;* ceterae cum MSS. aliis *ignobile eſt, lapideum, ut vocant.* TZSCHVCKE. Pro *eſt* reponendum *et.* CIACCONIVS. Non litus tantum lapideum, ſed et totus tractus mediterraneus iſtic locorum campi lapidei dicuntur. Libri omnes exarati habent hic *lapideus.* Itaque non dubito, quin vera ſit lectio: *alioqui littus ignobile et lapideus, ut vocant, campus; in quo Herculem* etc. Nemini in Gallis ignotus eſt campus lapideus. Vulgo *la Crau* vel aliquanto integriori vocabulo *Crautium* vocant. VOSSIVS. *Campus* in nullo codice adparet, et latiori ſenſu *litus* intellexit noſter, pro quo Plinius 3, 5. ſ. 4. *campi lapidei*, et Strabo 4. p. m.

126. f. 182. πεδίον λιθῶδες. At fi vel *campus* infercias hic, refidet tamen *litus*, ad quod per adpofitionem *campus* referendum fit. Porro etiam fic rectius *eft*, quam *et* legitur. Poft Gud. *et vocant.*

Albiona) Ita libri omnes, et edd. antiquae, tantum 1. *lalbiona;* 5. *albiana;* praeeunte Vadiano, 16. 18. 21. 22. 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius, 40. 41. 42. *Albionem;* cum Reinoldianis ceterae iterum *Albiona.* Poft pro *Bergion* Parif. 1. 2. *Bergium;* Vatic. 3. et Prag. *Gergion;* Voffius ex nonnullis refert *Burgiona;* ex edd. duce Vadiano eaedem, quae antea, *Bergiona.* TZSCHVCKE. Pro *Albiana* [vid. ed. 5.] fcribendum *Albiona.* BARBARVS. Nonnulli veteres libri legunt *Burgiona*, alii *Gergion.* Anonymus de Diis, qui Apollodorus vulgo creditur, hosce Neptuni filios vocat [2, 5, 10.] Ἀλεβίωνα et Δέρκυνον, aitque eos occifos fuiffe ab Hercule. Sic quoque Tzetzes chiliadibus, [2, 341.] ubi de Hercule agit. At vero alter Tzetzes, Lycophronis interpres, [ad v. 648.] fratrem Alebionis [uti quidam ibi; in aliis Ἀλεξίωνος] vocat Ligurem. VOSSIVS. Enimvero dignum politiffimo Pomponio nitorem! ut eiusdem declinationis duos cafus fic variata terminatione efferret, nulla prorfum fuavitatis gratia? Quis hoc credat? Atqui iam olim hic lectum *Albiana*, unde Barbarus monuit legendum *Albiona.* Immo ipfe etiam in MS. legi clare *Albiona*, habetque iam Iuntina editio et MS. Mediolanenfis, nec aliter citabat Voffius pater in lib. 1. de Idololatria Gentil. cap. 35. Itaque hoc pro certiffimo habendum. Alterum *Bergiona* plane fictum falfumque effe apparet vel inde, quod Voffius teftetur in aliis veteribus libris legi *Gergion*, tum etiam ex Graecis fabulatoribus, qui hunc poftremum vocant Δέρκυνον, hoc eft, vocabulo tertiae declinationis. Ego certe in MS perfpicue legi *Bergion.* Itaque fecure et propter has rationes abhinc edatur *Albiona et Bergion.* Sed et prae

cedentia nullum habent nexum, et duntaxat, si probare volumus correctionem Vossii, scribendumque est distinguendumque: *Alioquin litus ignobile. Est lapideus, ut vocant, campus.* Campus enim nec ille est ignobilis, et facit, ut litus satis sit nobile. I. GRONOVIVS. Hanc lectionem [*Albionem et Bergiona*] e suis libris dederunt et Vinetus et alii. Albiona an Albionem utrum legas, perinde est. Pro *Bergiona* audacter Gronovius reponit *Bergion.* Sed variantibus libris si vel unum producere possit testem, a quo iste Neptuni filius sic nominetur, credam libenter. Aliquid dixisset, si Dercynum, aut etiam Berginum scribendum censuisset; habuisset enim, si non iustam, aliquam tamen, sic sentiendi causam. In iis vero, quae subiungit, cum aliam ab ea, quam dedimus facit distinctionem, misere fallitur, et omnino non intellexit Melam, cum scribit campum lapideum non esse ignobilem, et efficere, ut litus satis sit nobile. Dicit Mela litus hoc lapideum et annexos huic campos lapideos fore ignobiles, nisi fossa esset Mariana, qua parte Rhodani illuc translata, campi isti irrigantur. Huius enim fossae beneficio campi alias steriles et inutiles, facti sunt habitabiles et fertiles, vinumque producunt non ignobile. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* An debebat credi, fieri posse, ut his obstreperetur. — In nullis libris eam lectionem aut ipsi, aut ulli alii invenerunt; invenissem enim et ipse; immo nec Vossius de uno quodam suo id testari sustinuit. Hinc addit, Albiona an Albionem utrum legas perinde est, non illi, qui Melam legere vult, sed qui nescio, cuius impuras et plane Vossianas manus, ut est ista ipsa Latinitas. Egone autem dicendus sum audacter reponere *Bergion* pro *Bergiona*, quum ista postrema *a* sit in nullo codice, quum ipse testetur, alios veteres libros legere *Gergion?* An non debet abiici et expelli, quod iniuste et inique invasit? Iuntina iam habet *Bergion*, nec aliter MS. quem citavi ex Mediolano; immo iam editio Veneta anni 1482. 15. Calend. Augusti, quam

in muſeo eruditiſſimi Deinotii conſului. — In quibus libris legitur *Bergiona*, in iisdem legetur quoque *Albiona*, ut lego in membrana, quam mihi donavit politiſſimus ille vir. Quid quod eandem terminationem Graeci velint. An vero Δ et B miſceri mirabimur? qui in libro primo vidimus ab Voſſio amari Bechiros, quos MSS. vocant Diſcheros? Dercynum aut Berginum nemo cogitare poteſt, niſi Voſſius. — Denique ut Mela campum lapideum, ita Euſtathius ad Dionyſium [v. 76.] λίϑινον πέδον· nihil de litore. Etiam campos lapideos ignobiles fore non dicit Mela. Fuit campus lapideus nobilis ante foſſam Marianam. Docent Graeci, docet Hercules. Porro an foſſa Mariana ducta fuit ob irrigationem? an ſine foſſa fuiſſent hi campi ſteriles et inutiles? Aliter Solinus c. 2. *C. Marius bello Cimbrico factis manu foſſis invitavit mare; perniencioſamque ſerventis Rhodani navigationem temperavit*, quae citat Harduinus ad Plinii lib. 3. [c. 5. ſ. 4.] addens, quo in Rhodanum naves e mari facilius ſubirent; quibus aegre aditus eſſet in amnem per orientale oſtium, quod id erat navigiorum vix patiens. Sed et is tamen campos ibi lapideos novit. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori*. Cum Gronovio ex libris noſtris, certe plerisque et iis melioribus praeferendum videatur *Albiona* et *Bergiona*. In priori forma conſentit etiam Boccatius in Genealogia Deor. 13, 1. f. non item in poſteriori. Ita enim ibi: *De ſuperatis Albione et Bergione*. Ita 10, 12. inſcribit: *de Albione et Borgine* pro *Bergione filiis Neptuni*. In ipſa narratione haec ex noſtro: *Albion et Borgion*, (pro *Bergion*) *ut Pomponius Mella in libro Coſmographiae teſtatur, filii fuere Neptunni, ex quibus ipſe idem talem recitat fabulam: Transeunte Hercule inter hoſtia rhodani et loca, quae poſtea mariana foſſa dicta ſunt, ci Albion et Borgion obvii facti ſunt, eius impedientes transitum*. Cum vero nusquam alibi haec nomina, certe poſterius, occurrat, varie tentarunt viri docti et Apollodori *Dercynum* in *Bergion* latere putarunt.

in quibus Heynius ad Apollodor. p. 399. ubi de campo lapideo plura leguntur. Valeſius in notitia Galliarum p. 125. mutandum poſterius primo exiſtimaverat in *Geryone*, quod adiuvare videatur quorundam MSS. *Gergion;* at rêputans ad Hiſpaniam illud pertinere mutata ſententia ex Apollodoro ſubſtituebat: *Alebionem et Dercynum.* Contra ex Gellio 15, 21. qui inter Neptuni filios *Cercyona* memorat, adripuit ibi Oiſelius hoc nomen et inferri hic poſſe putavit, refragante ibi Gronovio. Forte, ut in Albione Britanniae, ſic in hoc Hiberniae veſtigia latent, quam et Βερνίαν olim dictam fuiſſe notat Euſtathius ad Dionyſ. v. 566. et tunc *Bernium* legendum videatur. Alii tamen aliter, de quo Vol. 2. Terminationem dubiam facit Boccatius. Quodſi vero cum codicibus noſtris retinueris *Bergion*, Graecam formam praeferre maluit Pomponius, uti paſſim in maſculinis etiam, uti *Haemon* 2, 2, 2. etſi *Bergium* Pariſ. duo.

Neptuni) Rehdiger. *neptunnii;* Vindob. *nepotum liberum;* Gud. *libertos;* idem poſt *adutrum* pro *adiutum.*

imbre) Cibin. *ymbre;* Prag. *nube imbre*, quae ſingulae voces alias in ſimili nexu de rerum magna multitudine occurrunt. Forte voluit librarius *nube et imbre*, quae duo commemorantur ab Aeſchylo apud Strabon. 4. p. m. 126. ſ. 182. et Euſtathio ad Dionyſ. v. 76.

pluiſſe) Edd. 1. 2. 9. 11. *pluviſſe*, quae forma et alibi in MSS. notatur. Vid. Salmaſ. ad Solin. c. 2. ſ. 8. p. m. 42. et Drakenb. ad Liv. 1, 31. 1. qui adeo Priſciani auctoritate lib. 10. p. 181. praeferendam cenſet in Livio. Tum Prag. *ac late.*

§. 5. *Iſtri —)* Cibin. Gud. Rehdiger. Vatic. Pariſ. 1. *Hiſtria* vel *Iſtria archenique.* Forte quia olim fuit *Hiſtri ac Rheni.* Vindobon. *Iſtri a rhenique.*

De adſpiratione, quam hic praefixit Vinetus, in *Rheni* omiſit, in *Hiſtri* ad 2, 1, 8.

deinde) Cibin. *dein* nota variatione. Poſt Vatic. *Lemanne;* Lipſ. Gud. Prag. *lemano;* Vindob. *lenniaco.* Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Lemano;* Vadianae *Lemano* et *Lemanno.* *Lemanno* pleraeque Olivarianae, inde a Voſſio conſtantius omnes. Vid. ſupra ad init. capitis.

integer) Pariſ. 2. Vatic. 3. Havn. Prag. *iter.* Sed vulgata lectio ex opinione antiquitatis recte habet, uti docet explicatione facta Plinius 2, 106. ſ. 103. et Ammianus 15, 11. qui de eo: *eam* (paludem) *intermeans nusquam aquis miſcetur externis.*

egreditur et) Τὸ *et* omittunt praeeunte Vadiano 21. 24. 25. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. invitis libris antiquis, ex quibus poſt reductum.

contra occidentem) Poſt *contra* addunt *in* Leidenſ. Chiſ. Gud. Vatic. Lipſ. Prag. Ciaccon. Vindob. et edd. 1. (2?) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae; Schottus *in occidente;* Vinetus *contra occidentem,* uti Voſſius et ceteri cum aliis MSS. TZSCHVCKE. Forte: *Contra occidentem,* ut cap. 7. *contra Boſporum Thracium duae parvae* (inſulae) *parvoque diſtantes ſpatio, et aliquando creditae dictaeque concurrere.* CIACCONIVS. Et haec quoque perperam mutarunt. Vetus et vera ſcriptura fuit: *Inde contra occidentem ablatus.* VOSSIVS. Poſſis huc exempla ſimilia *in — verſus, ad — verſus* transferre, quae plurima conlegit Oudendorp. ad Frontin. 1, 4, 11. Muncker. ad Hygini Poet. Aſtron. 3, 16. aliique paſſim. At cum aliquatenus

diverſa haec ſit forma ab uſuque probata, quae hanc noſtram non adiuvat, melius eſt cum plerisque libris τὸ *in* omittere. Poſt Rehdiger. *allatus;* Vindob. *dirrimit;* Venet. *adducto;* Prag. ridicule *ab octo.*

hac intrat) Rehdiger. *hanc intrat.* TZSCHVCKE. Scribendum reor: *hanc intrat*, hoc eſt Narbonenſem, quod innuit Strabo: [4. p. m. 131. ſ. 189.] *Deinceps de Aquitanis et de attributis illis gentibus Gallicis numero XIV dicendum eſt, quae inter Garumnam et Ligerin habitant, ex quibus nonnullae Rhodani amnis aſſumunt regionem camposque Narbonenſes;* et Caeſar in commentariis [de B. G. 1, 2.] lacu Lemano et Rhodano fluvio Provinciam Romanorum ab Elvetiis dirimi ait. PINTIANVS. Redundant haec verba. CIACCONIVS. *Hac intrat*, et poſt: *ingentis alioqui alvei tenens* expungo. A librariis enim intempeſtive intruſa ſunt ex ſcholiis. SCHOTTVS. Libri: *Curſu in meridiem adducto hac intrat. Hac intrat*, id eſt in noſtrum mare effluit. Sed redundat hic quoque Mela et bis idem dicit. Pintianus non male *hanc* legit, et interpretatur Narbonenſem. VOSSIVS. Vadianus etiam explicat, meridiem verſus elabitur. At tum Mela moleſte idem bis dixit, quod et alios moverat, ut haec verba tollere ſuaderent. Tum *intrare* nusquam ita adhibet Mela, nec, quia in ſequentibus curſum fluvii deſcribit ad mare tendentis, ſic adhibere poteſt. Rectius vero haec referuntur ad verba *Gallias dirimit*, quod ab Helvetiorum parte ſieri docet etiam Caeſar c. l. Igitur duo ſunt hic ſpectanda, quae ſibi invicem obponuntur, *Gallias dirimere*, et *hac*, i. e. ubi ad meridiem flexit, *Gallias intrare*, quod hic ad eius partem Narbonenſem aperte pertinet. Non igitur neceſſe eſt, vel excludere, vel ſubſtituere *hanc intrat.*

Volcas) Pariſ. 2. Venet. *volcas;* Lipſ. *intus Voleas;* Rehdiger. *nolcas.* Poſt Vatic. 3. Pariſ. 2. Ven.

Gud. Prag. *Caveras;* Vindob. *cavarras;* Rehdiger. *ca-nacas;* Ciaccon. *Cavares.* Cf. ſupra. Terminatio in *as,* ubi codices malunt, ex more noſtri utique praeferenda. De diſtinctione verborum vid. disputationes Voſſii et I. Gronovii ad 2, 3, 9.

§. 6. *Volcarum)* Pariſ. 2. *Volcarum ſtagna.* Ed. 18. *Vulcarum.* *Volſcorum ſtagna* male Boccatius de ſtagnis in f. Poſt edd. 29. et 31. *et Ledum;* Voſſius, 40. 41. 42. *Ledus flumen.* TZSCHVCKE. Malo *Ledus.* Sic Sidonius Apollinaris. [carm. 5, 209.] Sic et Feſtus Avienus in Ora maritima, [v. 590.] cuius verſus ſic legas: *At nuncce Ledus, nunc et Orobis flumi-na Vacuos per agros et ruinarum aggeres, Amoenitatis indices priſcae meant.* VOSSIVS. *Ledus* etiam, quod ad Avienum notat Wernsdorfius et antea Valeſius in notit. Gall. h. v. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 13. dicitur Theodulfo Aurel. Paraen. ad Iud. v. 105. quibus addi poteſt Boccatius de fluminibus h. v. At cum vetuſtiores auctores non adſint, et in *Ledum* conſentiant omnes libri, excepto forte Pariſ. 2. denique et utraque terminatione multa fluminum nomina flectantur, antiquam lectionem revocatam ſervavi. Sic nempe *Varum*, *Rhenum*, *Me-taurum*, *Pamiſum*, in primis ubi flumen adiungitur, *mare Oceanum* (2, 6, 2.) et poſteriori aetate etiam *Boſporum*, *Aenum*, de quo Muncker. et Staveren. ad Hygin. f. 3. p. 22. Vid. de hac terminatione ad Melam ſupra 2, 5, 9. Sic promiſcue terminantur multae urbes, ut Saguntus et alia nomina. Ab *Vltra ſunt* — cap. 42. incipit Vinetus.

Latera) Pariſ. 1. 3. Vatic. 1. Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. *Latara;* Venet. Boccat. de fluminibus ſ. v. Ledus *Letara;* Pariſ. 2. Vatic. 3. Prag. et meliores libri Voſſii *Latera.* Ita et edd. 3. 4. reliquae *Latara* ad Voſ-ſium, qui ſequentibus aliis repoſuit *Latera.* TZSCHVCKE.

Latera verum eſt nomen, et ſic libri veteres melioris notae. VOSSIVS. Ita et nunc certe legitur in Plinio 9, 9. ſ. 8. ubi in *e* libri, etſi, alias corrupti, conſentiunt, cui quidem ſtagnum eſt, quod ſine dubio ad caſtellum pertinuit. Geographo Ravenn. 4, 28. tamen dicitur *civitas Latara*, ut dubia haereat ſcriptura.

Meſua) Vatic. 3. Prag. Vindob. *Menſua;* Lipſ. *Meſſua;* alii *Meſua* cum editionibus. Monumenta tamen ſequioris aevi *Meſoa* ſcribunt, de quibus d'Anville in notice de la Gaule p. 459. et ante eum Valeſius in notitia Galliarum p. 337. qui tamen, ſi ſit hodie *Meſe* oppidulum, ipſe collis Setius mons, h. *Cap de Sette*, aut legendum hic cenſet *Meſuae collis*, aut diſtinguendum *Meſua, collis* —

aggere) Prag. *aggeri;* Cibin. *adnectitur*, uti dedi.

Cebennis) Voſſ. 1. Cibin. *Sebennis;* Vindob. *cebernis;* Prag. *gibennis;* Lipſ. et cum edd. conlati *Gebennis;* plures alii *Cebemis.* Edd. inde a primis *Gebennis* ad 42. poſt quam praeeunte Reinoldio, immo, opinor, Vineto, repoſitum *Cebennis*, de qua ſcriptura dictum iam eſt capitis initio.

demiſſus) Vindobon. *dimiſſis;* Gud. Rehdiger. Vatic. 3. *demiſſis;* Prag. Lipſ. *dimiſſus.* At *demiſſus* in hoc nexu recte habet, uti mox *degreſſus.*

Arauris) Vatic. 3. Pariſ. 2. Cibin. Gud. Rehdiger. Vindobon. Venet. Havn. *Arauſis;* Prag. *Auratis.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Aranſis;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Arauraris;* 19. *Araris;* Voſſius et reliqui *Arauris*, ut olim Ald. Iunt. cum Vatic. 1. TZSCHVCKE. Strabo [4. p. m. 126. ſ. 182.] *Arauraris* ſive *Rauraris*

iuxta Acatam. [ſic ed. 1493.] Ptolemaeus autem [2, 10.] *Araurius iuxta Agathopolin.* Differt autem omnino *Arauraris* ab *Arari* eadem provincia, ut conſtat. BARBARVS. Strabo *Rauraris.* Ptolemaeus *Araurias* ſive *Araurios.* PINTIANVS. Forte *Arauris;* et ſic legit Aldus. CIACCONIVS. *Arauris* reſtituimus. Sic veteres membranae et Ptolemaeus. Sic quoque legendum apud Plinium, [3, 5. ſ. 4.] qui ad Agatham recenſet flumina *Ararim* et *Liriam*, pro quibus omnino reponendum cenſeo *Arauris* et *Libria;* ineptum enim alterum nomen iſtic loci. Straboni Ῥαύραρις corrupte. VOSSIVS. Strabonem, Melam olim et Plinium in hac voce corruptos eſſe, monuit iam Valeſius in notitia Gall. p. 35. In Plinio etiam olim Surita ad Antonin. itiner. p. m. 589. reſtituerat *Arauris*, uti nunc ibi legitur. Cf. etiam Menard in deſcr. de la province Narbonnoiſe in hiſt. de l'academie — de Paris Tom. 25. p. 80. et Oberlin. ad Vibium p. m. 97. Ῥαύραρις in Strabone, ubi etiam ſic reddidit Guarinus et retinuit Siebenkeeſius, literarum facto diſiectu ortum eſt ex Ἄραυρις, pro quo *Araura*, neſcio unde, adfert d'Anville in notice de la Gaule p. 87. Occurrit autem in hoc tractu *Araura* urbs apud Antonin. c. l. quae a fluvio nomen traxit ſine dubio. *Araris* olim in Plinio diverſus ab hoc fluvius, quem tamen in Ammiano 15, 11. hic miſcet Ciacconius.

Agathan) Pariſ. 2. 3. Vindob. Havn. *acatam;* Lipſ. (etiam *inſta*) Gud. *acatan;* Vaticani puto *Agatam;* Prag. *Achatam;* Venet. Rehdiger. *achatan;* Cibin. *hecatan.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 19. *Acatam;* 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Agatam;* 13. 16. 18. 21. 22. Vadianae, Olivarianae, Vinetus *Agatham;* Schottus, Voſſius reliqui *Agathan*, uti et Pariſ. 1. habuiſſe videtur. *Agatha* in Plinio 3, 5. ſ. 4. et urbem *Agatham* memorat Vibius p. m. 8. At cum in Graecis Strabonis lib. 4. p. m. 124. ſ. 180. it. p. m. 126. ſ. 182. Ptolemaei

2, 10. et Scymni Chii v. 207. Ἀγάθη vocetur et in accusativo Ἀγάθην, si terminatio Graeca adhibeatur, utique praeferendum sit *Agathen*, dummodo MSS. addixerint, in quibus etiam passim eadem a Graecis discrepantia; uti 2, 3, 6. *Scarpha*, ubi vide. Sic 2, 6, 5. *Rhodan* Reinold. *Rhodam* alii cum libris. Vnde et hic malui *Agatham*.

Baeterras) Vatic. Cibin. Gud. Lipf. Havn. *Beterras;* Venet. *Betteras;* Prag. et varr. in ed. 27. *Beteras;* Vindob. *Bateras;* Rehdiger. *Betherras*. Edd. 1. 9. 13. *Beteras;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 16. 18. 19. 22. Vadianae *Bliteras;* 11. *Blitteras;* 15. 17. 20. 23. *Bleteras;* 21. 24. 25. Olivarianae pleraeque, Schottus *Blyteras;* Vinetus *Baeteras;* Vossius, ceteri *Baeterras*. TZSCHVCKE. Legendum, ut dictum est, *Bitteram* ex Strabone [4. p. m. 126. f. 182.] et Ptolemaeo, [2, 10.] cui *Orobis* fluvius est, ceteris cum Pomponio *Obris*. PINTIANVS. Vid. supra §. 2.

Orbis) Cibin. *urbis;* Venet. *urbes;* alii, in quibus etiam Havn. Ciaccon. *Orbis*, quae quidem vox crucis signo erat notata in Lipf. quod dubitationem librarii indicat. Edd. 3. 4. 5. 10. 11. 12. 13. 14. 16 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Obris;* 1. 2. 9. Ald. Iunt. Vossius reliqui *Orbis*. TZSCHVCKE. Sic corrige: *Secundum Baeterras Orbis fluit*. Fluminis enim huius nomen verum est *Orbis* vel *Orobis*. VOSSIVS. *Obris* sine dubio fluxit ex Strabone 4. p. m. 126. f. 182. ubi sic legitur; nec aliter reddit Guarinus. Ptolemaeo 2, 10. *Orobis*, (Ὀρόβιος ποτ. ἐκβολαὶ, quod male Latina, *Orobii fl. ostia* vertunt) et, ex emendatione Vossii (vid. supra) Avieno in ora marit. v. 590. ubi antea *Orobus*. Posteriori aevo *Orubio*, uti docet Valesius in notitia Galliar. p. 389. *Orbis* tamen praeferunt hic codices, et confirmat hodiernum nomen *Orb*. Post Vatic. 2. Prag. *fuit* pro *fluit*. Cf. ad 2, 2, 9.

Atax) Vindobon. *arax;* Rehdiger. *Atax;* Prag. *Alanx;* ed. 25. in utroque exemplari *Alax*, fed recte Olivarianae cum aliis; 11. *Arar;* at ex vitio typographico. Nempe ad calcem in erratis Cocleus correxit *Atax* his additis: Virgilius tamen [eclog. 1, 63.] vocat *Ararin* et Servius *Arar;* ubi Germaniae minus proprie tribuitur, de quo vid. Burmann. et Heynius, praeter alios. Ita quidem etiam variatur *Arar*, *Arax* et *Atax* in Tibullo 1, 7, 11. et Lucano 1, 403. ubi vid. Sed et ipfe Mela, dum addit, ex *Pyrenaeo monte degreffus*, fatis declarat, *Arar* hic minime locum habere poffe, etfi in origine eius variant. Nam Ptolemaeus 2, 10. ex Alpibus deducit, qui fic confentit cum Strabone 4. p. m. 129. f. 186. et Livio 21, 30. in. ubi graves inde disputationes motae funt inter viros doctos. Alii, ut Vibius Sequefter h. v. e Vogefo monte, quod rectius effe ex Iulio Caefare de B. G. 1, 12. in. intelligitur. Ita et Boccatius h. v. qui illius verba repetit, ut Melae in voce *Atax*. Deinde Arar omnibus confentientibus (loca dabunt Emmeneffius ad Virgil. c. l. viri docti ad Sil. Ital. 3, 451. Oberlinus ad Vibium p. m. 44.) in Rhodanum influit placidusque eft fluvius et *incredibili lenitate*, tefte Caefare de B. G. 1, 12. in. *ut oculis, in utram partem fluat, indicari non poffit*, quibus fequentia hic repugnant. Diftinguuntur etiam a Ptolemaeo difertis verbis *Atax*, *Araurius* et *Arar*. De fimili confufione cf. Heyne ad Tibull. 1, 7, 4.

Pyrenaeo) Vindobon. *pirineo;* Prag. *pirenio;* Cibin. *e pyreneo*. At talia nota. Poft Cibin. Lipf. Vatic. aliique cum editionibus etiam Voffiana et Reinoldianis *digreffus*, quod recte I. Gronovius mutavit in *degreffus*, probantibus Abrahamo et Kappio. TZSCHVCKE. Non putavi hic opperiendum confenfum a libris fcriptis, quin fic [*degreffus*] ederem, non *digreffus*, ut retro factum. I. GRONOVIVS. Invitis etiam libris Gronovius monet

ſcribendum eſſe *degreſſus*, quia nempe ſic iubent nonnulli Grammatici. Sed ex antiquioribus Grammaticis conſtat, utrumque rectum eſſe, cum particula *dis* in compoſitione idem ſaepe valeat, quod *de*, unde in Philoxeni gloſſis exponitur non tantum διὰ, ſed et κατὰ et ἀπό. Idem utrumque *degredi* et *digredi* habet, non tantum pro diſcedere, ſed et deſcendere. Sic *dimiſſum* pro *demiſſum* in antiquiſſimis Bembi membranis paſſim ſcriptum fuiſſe teſtatur Pierius, eamque lectionem pluribus exemplis confirmat Nonius Marcellus, [c. 4. ſ. v. *dimittere*] ut audiendi non ſint, qui pleraque iſthaec immutarunt loca, et Nonium erraſſe exiſtimant. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Ne hic quidem ſe continet Voſſius. — Quod quidquid ſit, Rhenanus locupletior Voſſio teſtis ſcribit ad Tacitum lib. 1. hiſt. cap. 61. *Peninis iugis degredi iuſſus.* (Codex MS. pro *digredi* plerumque habet *degredi* etc.) Ad eundem Tacitum lib. 4. Annal. cap. 49. *degrediebantur* ex unico MS. reſtituit Pichena, illic laudans in ſimili cauſa Sigonium. Id ſi in Mela locum non habet, cur igitur modo ante dixit ex Gebennis *demiſſus?* Cur lib. 3. cap. 2. *ex Pyrenaeo monte delapſus?* Cur lib. 1. cap. 18. *ab Idaeo monte demiſſus?* Cur toties *defluere* vel *devolvi?* Sed Voſſio etiam *deductus* et *diductus* pro iisdem habentur ad lib. 3. c. 6. [§. 7.] quod nulli Latino. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Satis hodie conſtitutum eſt utriusque diſcrimen, et variatio tam frequens, ut taedeat aliqua adferre.

qua ſui) Vatic. 1. Lipſ. Gud. Rehdig. Vindob. aliique conlati praeter Pariſienſes *qua vi ſontis;* Vatic. 3. Pariſ. 1. Cibin. Prag. *qua in ſontis.* Edd. 1. 2. (?) 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *qua vi ſontis;* praeeunte Vadiano reliqui *qua ſui ſontis.* Mira quidem primo intuitu videatur notae vocis corruptio, orta ſine dubio ex omiſſione primae literae in Codice aliquo. Nec bene componantur diverſi

ſenſus ablativi, et repugnet vox *vi* ipſi narrationi. Nemo igitur dubitavit.

Vadusque) Vinetus, Schottus: *vadoſusque*, et ſic antea unum exemplar ed. 25. Notaverat etiam antiqua manus in ed. 6. Sed Codd. *vadusque*, quod et in codice ſe legiſſe teſtatur Barthius in adverſar. 57, 19. Tum τὸ *eſt* omittunt edd. 15. 17. 20. 23. Aliae, ut 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. cum MS. Pariſ. 3. *vadusque. Eſt etiam ingentis* — TZSCHVCKE. Lego: *exiguus vadoſusque*, et *ingenti ſe alioquin alveo tendens.* PINTIANVS. Alias *exiguus vadoſusque et ingentis.* Verbo *eſt* in *et* coniunctionem mutato. CIACCONIVS. *Vadus* utique rariori uſu et forma occurrit. At praecipiunt codices, et ſunt plura ſemel obvia in noſtris auctoribus. De proxima lectione deinceps.

et iam ingentis) MSS. A. Gronovii *et iam* vel *etiam ingentis alvei tenens.* De Voſſ. 1. poſt. Cibin. *et etiam;* Pariſ. 1. 2. *et iam ingentis;* ſic reliqui vel *etiam ing.* Havn. *et iam gentis.* Edd. 1. 3. 4. 5. 9. 11. 13. aliaeque *etiam ing.* 2. *et ing.* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. omiſſo *etiam*, quod cum Reinoldio poſt iterum acceſſit, ita tamen, ut diviſe ſcriberetur. Tum Voſſ. 1. et varr. in ed. 27. *alioquin locum alvei tenens;* Lipſ. *ingentis obliquum alvei;* Rehdiger. 13. 19. forte aliae *alioqui;* Schottus, etſi in ſuperiori aliqua nota verba: *ingentis alioqui alvei tenens* expungebat, ex ſententia tamen Pintiani in ipſo contextu: *et ingenti ſe alioquin alveo;* Vadianus in edd. 16. 22. *ſive alveo.* TZSCHVCKE. Non dubito, quin ſoede hanc ſcripturam invertat Pintianus; [vid. ſupra] ſed etiam an haec ſit manus Pomponii, [*et ingentis* —] dubito. Nam in duobus MSS. legitur, *etiam ingentis*, quae ſcriptura cur poteſt cuiquam non placere. I. GRONOVIVS. Gronovius —

debuiſſet oſtendere *etiam alioqui* eſſe Latinum. Eſto in libris pluribus ſic legatur, ſed, ſi illi ſequendi ſunt, iam ſic diſtinguendus erat locus: *exiguus vadusque eſt etiam, ingentis alioquin alvei capax.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Scilicet Voſſio perinde eſt tum *tenens*, tum *capax*. Deinde an quum ſic notavi, aliquid coniunxi, aut ſeparavi? Tum ingratus eſt, qui me excitante cogitur ad commata ponenda, nec tamen amat. I. GRONOVIVS *in poſteriori nota.* Equidem adquieſcendum puto Reinoldiana lectione, quam et libri probant et nexus admittit. Verba autem: *ut ſe ipſe non capiat*, deleri propter obpoſitionem minus recte poſſunt. Tum Prag. *Narbonam*, poſterioris maxime aevi uſu; Rehdiger. *Harbonem;* Gud. Vindob. *imbernis;* Rehdiger. *hybernis* uti *ymbribus;* Prag. *intravit imbribus;* Vindob. *intonuit.*

usque eo ſolitus) Vatic. 3. Pariſ. 2. *ſolitus eſt;* Venet. Prag. *eſt ſolitus.* Edd. 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *unde eo ſolitus inſurgere.* Tum Havn. Prag. Vatic. 3. *ut ſe ipſum;* hic minus bene.

Lacus) Edd. 15. 20. 23. *Locus*, uti in libris 1, 9, 2. variatur.

Rubreſus) Vatic. 3. *Rubreſius;* Prag. *Rubreſis.* Plinius 3, 5. ſ. 4. *Rubrenſem lacum vocat.* At in recepta lectione reliqui codices concinunt cum Boccatio de fluminibus ſ. v. Atax.

ſed qua) Cibin. *quia;* Gud. *quo;* edd. 7. 8. *quam.*

§. 7. *eſt)* Omittit Rehdiger. A Vineto hinc ponitur cap. 42. initium.

Salſulae) Havn. Gud. *Salſuſe;* Venet. *Salſuleque;* Pariſ. 2. *Salſuſa;* in aliis MSS. uti in edd. vetuſtis cum Ald. Iunt. *Salſulae* vel *Salſule:* tantum 5. *Salſuſe;*

12. 14. 16. 18. 19. 21. 24. 25. 28. Olivarianae pleraeque, Vinetus, Schottus *Salſuſae;* 38. Lugd. 1605. *Salſucae;* Lugd. 1646. *Saluſae;* 34. *Salſuli;* Vadianae poſteriores, Voſſius, ceteri *Salſulae.* Boccatius de fontibus h. v. ſcribit *Sarſula.* *Salſulae* ſc. aquae, uti ſubplet Geſnerus in theſ. L. L. h. v. cum plerisque MSS. recte habere videtur, quibus accedit auctoritas Antonini in itiner. p. 389. ubi *Salſulis* legitur. Atque ita pro *Salſuſae* malebat etiam Valeſius in notitia Galliarum p. 499. *Salſas* vocat ſeneſcens Latinitas. Strabo 4. p. m. 126. ſ. 182. χωρίον ἁλυκίδων μεστόν. Quae omnia receptam formam confirmant.

non dulcibus — ſint) Neque haec integra manſerunt. MSS. A. Gronov. *non dulcibus aquis defluens, ſed ſalſioribus etiam, quam marinae ſunt;* tantum Voſſ. 2. et 4. *et tam.* In priori lectione conſentiunt et mei. Pariſ. tantum ut Ciaccon. *non dulcibus aquis defluens,* reliquis omiſſis. Boccatius de fontibus ſ. v. *Sarſula: non dulcibus aquis defluens, ſed ſalſioribus, quam ſint maris.* Editiones multae, praeeunte Vadiano, verba *aquis defluens* reiiciunt; poſt praeferunt *quam marinae ſint,* et ſic 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. Poſt revocante Reinoldio ſedem occuparunt, quam libri vetuſti adſignarunt. Prior tamen ordo in Pariſ. 1. et 3. fuiſſe videtur. Tum *etiam* abeſt in edd. 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianis, Olivarianis, Vineto, Schotto. Pro *etiam quam* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. legunt *et quam.* Poſt pro *ſunt,* quod habent MSS. A. Gronovii, ex meis Vatic. Prag. Vindob. puto etiam Venet. et Havn. cum edd. antiquis, et 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. praeeunte Vadiano (16.) 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, reliqui ponunt *ſint,* praeter A. Gronov. in ed. 44. ubi *ſunt.* TZSCHUCKE. Antiquus Codex et Aldus: *non*

dulcibus aquis defluens. Lege: *non dulcibus aquis, sed falsioribus, quia marinae sunt, defluens.* CIACCONIVS. Oudendorpius τὸ *defluens* ex glossa ortum, atque hinc tam varie locatum fuisse putabat. A. GRONOVIVS. *Defluens* commode servatur, quippe cuius locus etiam constans est in MSS. Nec movendum *etiam quam*, unde scribendi compendio exstitit *et quam.* At τὸ *sint* cum aptiori hic *sunt* commutavi.

iuxta) Capitis 43. initium facit hinc Vinetus.

abscissa proximis) Vindob. *proximis abscisa;* Havn. Paris. 2. Prag. Venet. et edd. 15. 17. 20 23. *proximis ripis*, ex glossa; Prag. Vindob. Cibin. Gud. edd. 1. 9. 13. *abscisa*, de qua commutatione frequenti dixerunt plurimi. Vid. quos laudat Arntzen. ad Aurel. Victor. in epit. c. 23. 5. Drakenb. ad Sil. Ital. 15, 473. Livium 31, 34, 4. Gesnerus in thes. L. L. h. v. viri docti ad Vellei. 2, 66, 2. Torrenius ad Valer. Max. 1, 1, 18. Oudendorp. ad Lucan. 3, 33. et alibi, Garaton. ad Cic. de provinc. consul. c. 14. m. quibus facile alii possint addi. De utriusque discrimine quaeritur, quod saepe ambiguum videtur et dubium, et nullum esse statuunt alii, veluti Bentleius ad Horat. Sermon. 2, 3, 303. alii esse contendunt, e quibus Arntzen. c. l. Duker. ad Flor. 2, 2, 2. Oudendorp. ad Frontin. 1, 4, 7. Proprie hoc intercedere videtur, ut *abscindere* rupturam, *abscidere* amputationem indicet. Hic igitur prius magis videtur accommodatum, uti in simili nexu docent poetarum loca, Virg. Aen. 3, 418. Horat. 1. od. 3, 21. ubi Bentleius alia dat. Sic Mela 2, 7, 14. 3, 6, 1. Cf. ad 2, 7, 14. Post Gud. *pelli seque;* Prag. *vel iit insulsa*, satis insulse.

ex iis) Lips. Gud. *quin ex his;* Prag. *quin ex hiis;* Vindob. *ex hiis;* Lips. Vatic. Gud. Rehdig. *ex his*, nota commistione. Cf. ad 1, 5, 5. 2, 5, 7. 2, 6, 7.

ad imum) Vindob. *ad annium;* Rehdiger. *ad umum.* Poſt Gud. Lipſ. Rehdig. Vindob. *grais;* Cibin. *grays;* Vindobon. *auctoribus et iam;* id. *veri at etiam ignorantia;* Cibin. omittit *etiam;* Cib. Gud. Pariſ. 1. 3. Rehdiger. Vindob. edd. 1. 2. 9. *mendaciis;* Vindobon. *libidine etiam.*

oriri) Sic Cod. A. Gronov. Venet. Pariſ. 2. Prag. forte etiam Ciaccon. In aliis tamen MS. ut et edd. ad Voſſium legitur *erui*, qui repoſuit *oriri*, ſequentibus poſteris. TZSCHUCKE. Mirus eſt Mela, qui cum illorum explodat opinionem, qui dixerunt piſces hic e terra erui, idem tamen ipſe adfirmet. Sed profecto aliter eum ſcripſiſſe ſuadent manu exarati libri, [nihil de iis admonuit A. Gronovius] quorum optimi legunt *oriri*, non *erui.* Sic itaque ſcribo totum hunc locum: *In ea regione piſcem e terra penitus oriri, quia, ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.* Negat hic Mela piſces iſtos eſſe terrenos, aut in terra naſci, ſed ex ſuffuſo huic inſulae mari a piſcantibus extrahi. — Non tamen propterea falſa ſunt, quae alii de foſſilibus piſcibus prodiderunt. VOSSIUS. *Oriri* tuetur Voſſius. Verum alii MSS. [nempe praeterquam ipſius] *penitus erui*, quod vulgato praeferebat Oudendorpius, quia Auctor non dubitat *piſcem e terra oriri*, ſed *penitus;* cum conſtat *ex alto huc usque per foramina penetrare.* A. GRONOVIUS. Mela repetit hic fabuloſam, quam putat, auctorum narrationem, eamque poſtea, expoſita vera rei origine et cauſa, refutat. Ita vero Graeci, quorum loca dabo Vol. 1. ponunt ὀρύττειν, ἀνορύττειν, ipſos piſces ὀρυκτοὺς vocant, ut Strabo 4. p. m. 126. ſ. 182. Ariſtotel. de mir. auſc. c. 75. Nec pugnat, quod ὑπογείους eos vocat Polybius apud Athenaeum 8, 2. p. 332. quia ſtatim ſubiicit, οὓς ἀνορύττοντες λαμβάνουσι. Ariſtoteles c. l. cap. 91. etiam dicit ἐξαίρειν. In Latinis auctoribus Plinius 9, 83. ſ. 57. dicit *effodi*, et

hoc ipſum verbum, quod noſter, *erui* adhibet Seneca in Nat. Qu. 3, 16. f. Optime igitur Mela, quae ab antiquioribus tradita erant, retulit, et poſt, ut melius mendacii coargueret, docuit, non *erui*, ſed ex mari ſub terra adlapſos interfici. Eadem etiam de cauſa verbum *erui* probat Aſtruc in Memoires pour l'hiſtoire de Languedoc P. 3. ch. 10. p. 558. Suffragantur etiam huic lectioni codices plerique et optimi. Quare revocavi.

qui) Rehdiger. *quid;* alii vel *quod*, vel *qui;* illud habent etiam antiquae editiones cum Ald. Iunt. hoc, Vadiano duce, aliae praeter Vinetum, qui *quod* retinuit. Voſſius malebat in ſuperiori nota *quia*, cum poſſet *quod* ex libris multis inſtaurare. At Mela non cauſam adfert ab auctoribus iis ſubiectam, quae facile eos vanitatem opinionis docuiſſet, ſed obponit, quae rem ipſam eiusque veram rationem declarent. Alias etiam *extrahatur* dicendum, ni fallor, fuerit.

capulantium) Secundum Voſſium omnes veteres libri habent *capulantium;* at A. Gronovius, qui eosdem inſpexit, adfert *caplantium.* Ita vero etiam ex meis Vatic. 1. Cibin. Gud. Rehdig. Prag. Auguſtinor. a quibus qui discrepant, Vatic. 3. habet *clapantium;* Havn. *clapontium;* Vindob. *capalantium;* Lipſ. *calantium*, ita tamen ut poſterius *a* obelo notetur; Zaluſc. Venet. *captantium;* Pariſ. forte *capulantium.* Edd. 1. *caplantium;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. reliquae *captantium* ad Voſſium, qui, obſequentibus aliis, repoſuit *capulantium.* TZSCHVCKE. In *captantium* mutarunt correctores, cum prius legeretur *capulantium*, quomodo habent omnes libri veteres. Et verum eſt hoc omnino. *Capulum* enim dixere veteres, quidquid aliquam rem intra ſe capit, ut ait Nonius. [cap. 1, 15.] Itaque non ſarcophagum tantum et manubrium gladii, quo gladius continetur, ſed etiam fuſcinam ſive tridentem, quo anguillas et mugiles

configunt ruftici, recte capulum dixeris. Hinc *capulare* et *capulator*, qui capulis aliquid prehendit. Vtuntur hac voce Cato [c. 67. in.] et Columella [12, 52, 10.] pro eo, qui capulis oleum deplet. Manfit hoc vocabulum etiam apud fequioris aetatis homines, ut, cum dicunt hominem capulare, vel pedem alicuius capulare pro confodere et vulnerare. Sane in hac fignificatione faepiffime haec vox occurrit in corpore legum barbaricarum. VOSSIVS. Acute vidit Voffius, latere hic verbum *capulantium*, quo etiam utitur Cato c. 67, 1. et Columella 6, 2, 4. Et fic optime confentit Strabo, immo adiuvat c. l. qui τριόδοντα adhiberi narrat, uti Ariftoteles de mir. aufc. c. 91. quem inter inftrumenta pifcatoria refert Pollux 10, 30. p. 1314. Cf. etiam ad Strabon. Cafaubonus. Perturbata codicum varietas fatis etiam declarat, gravius ab ufuque remotius verbum hic olim fteti:ffe. Probat porro Voffii emendationem Gefnerus in thefauro L. L. fub h. v. etfi a capio, non a capulus mavult derivare, uti iaculari, fpeculari formantur. Plura idem in hanc rem disputat ad Columellam 6, 2, 4. et ad Caton. c. l. ad priorem locum etiam Schneiderus. Cf. praeterea Cuper. obferv. 2, 9. in. ex veteribus Grammaticis. Ita vero etiam *caplatores* in infcr. apud Gruterum p. 1088, 3. eodem monente. I. Gronovius in nota MS. quam dabo Vol. 1. reluctatur quidem Voffio, non tam in ipfa voce, quam eius explicatione de tridente, feu fufcina, fed vidulum ex Plauto in Epid. 1, 1, 20. aut aliud fimpliciffimum inftrumentum, quo pifces extrahebantur, barbarisque illis magis conveniens intelligit. At Strabonis locus rem evincit.

§. 8. *Sordonum*) Vatic. Cibin. Gud. *Sardonum*; Vindob. *Sordonium*; reliqui mei et prifcae edd. *Sordonum*; poft edd. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. ceterae *Sordonum*, dum Voffius repofuit *Sordonum*. TZSCHVCKE. Plinius [3, 5. f. 4.]

Sardonum. BARBARVS. *Sordonum* fcripfimus. Sic quoque habent vetera Plinii exemplaria. Ifti vero Sordones appellabantur etiam *Sordi*, ab Avieno in ora maritima; [v. 552.] fed et fluvius *Sordus*, uti teftatur idem. [v. 574.] VOSSIVS. D'Anville in notice de la Gaule p. 580. et antea Valef. in not. Gall. p. 490. ex Iuliano Toletano locum adfert, in quo caftellum memoratur *Sordonium*. Strabo et Ptolemaeus non adtigerunt. Boccatius fibi non conftat, et de fluminibus f. v. Telis fcribit *fluvius Sordonum*, at de maribus f. v. Gallicum *ora Sardonum*.

Telis) Cibin. Vindob. Rehdiger. Vatic. et edd. ad Voffium *Thelis*; hinc *Telis*, quod et alii codices habent, et ex melioribus notat Voffius. Ciaccon. ex fuis libris *Thelim*, alias *Telis*. Adfpirationem probant Pintianus et Ciacconius, reiicit Voffius. *Telis* etiam fcribit Boccatius c. l. Petrus de Marca in Marca Hifp. 1, 5. in. *Tetis* legit in Mela pro *Telis* et cum eo Cellarius in Geogr. ant. 2, 2. 21. non temere, fi fpectes hodiernum nomen *Tet*, quod a vetere ductum eft.

Tichis) Parif. 2. *Cithichis*; Vatic. 3. Prag. *Citicis*; Ciaccon. *Thicim* et *Tycis*; Vindob. *thetis*; Lipf. Gud. *ticis*; Cibin. Rehdiger. Venet. Vatic. 1. Havn. *Thicis*; Parif. 1. 3. forte ut ed. 13. *Tichis*; reliquae edd. *Thicis* ad Voffium, qui intulit *Tichis*, quod hodie nomen fervaverit *Tech.* Boccat. c. l. fcribit *Ticis*, fi quidem hic idem eft fluvius, cuius Mela meminit cap. proximo, nec potius alius, de quo vid. Marca c. l. Equidem *Thicis* ex optimis libris praeferendum putavi, ut diftingueretur a *Tichi* Hifpaniae fluvio, cum aperte fit Plinii 3, 5. f. 4. *Tecum*, et *Tichis* ab eodem 3, 4. f. 3. in Hifpania commemoretur cum noftro. Vid. infra ad 2, 6, 5.

perfaeva) Venet. *ubi autem accrevere, immania fiunt*, et ex eo 15. 17. 20. 23. *immania fiunt*; in

Vatic. 3. Prag. et Parif. 2. vox *perfaeva* abeft. Ex Aldin. et Iuntinarum lectione Pintianus hanc effinxit: *ubi accrevere, immania. Sunt Rufcino* etc. At delectatur Mela iftiusmodi compofitionibus, cuius hic gloffam praebet vox *immania.* Pro *Rufcino* Vatic. 3. Prag. *Rufino*, ut Geogr. Ravenn. 5, 3. Venet. *Rufiga colonia*; Cibin. *colonia rus, qui cynonicus*, verbis mifere diftortis et vitiatis. Parif. 2. *rufcinos vicos.* Poft Cibin. *adcrevere.*

Eliberri) Vatic. 3. *liberi*, quod et latere videtur in Geogr. Ravenn. 4, 28. *Caucholiberi*; Venet. *vicus eft liberre magnae*; Prag. *vico liberi*; Lipf. Gud. Vindob. *elibere*; Rehdiger. *vicus quondam eliberie magne urbis et m.* Cibin. *elyte*; Parif. 1. 3. *Iliberae.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *eliberre*; aliae *Eliberri*; 30. 32. 37. *vicinus Eliberri.* Boccat. f. v. Gallicum mare ex Mela refert: *cliberrae.* TZSCHVCKE. Graeci fere fcribunt *Iliberris*, ut Ptolemaeus; [2, 10. Ἰλιβεϱὶς] nam et Strabo [4. p. m. 126. f. 182.] *Ilibirris*, ποταμὸς Οἰλιβίϱϱις [vulgo Ἰλυβίϱϱις, MSS. Parif et Mofc. Ἰλίβιϱϱις] πόλιν ἔχων ὁμώνυμον. Nos *Eliberri* et *Illiberri* [*Iliberri* in ed. 1493.] quidam *Illiberis* et *Illiberi*; fed prior fcriptura melior. Fuit et in Baetica oppidum hoc nomine, quod nunc opulentiffimum eft, et *Granatam* vocari, quemadmodum et regionem ipfam, putant, cum aliis argumentis, tum illo maxime, quod eius urbis porta una in hodiernum quoque diem *Eliberris* appellatur *la puerta de Elvira.* [defunt Hifpanica haec in ed. 1493.] Id maxime compertum hoc anno eft, cum ea civitas in poteftatem Hifpaniae Principum conceffit, Mauritanis, qui DCCC. fere annos occupaverant, obfidione longa in deditionem compulfis. BARBARVS. Livius fol. 115. [21, 24, 3.] Theophraftus, Strabo, [c. l.] Plinius [3, 5. f. 4.] *Illiberris. Eliberis* Baetica urbs haud procul a Granata quondam fuit, nunc ruinae tantum vifuntur iuxta oppidum *Eluire*, atque ideo Granatae *porta de Eluire* dicitur; ea enim

Eliberim itur. Alia eſt *Illiberis* in Gallia en el condado de Ruiſſelon, cuius nullum nunc exſtat veſtigium. Invenitur concilium *Eliberitanum* in Eliberi Hiſpaniae celebratum. CIACCONIVS. Haec pene ad verbum deſcripſit Plinius, [3, 5. ſ. 4.] quamvis in huius auctoris vetuſtis codicibus non *Iliberri*, ſed *Eliſabere* ſcriptum inveniam, quam hic noſter Auſcorum facit urbem. Verum de iſta inferius [ad 3, 2, 4.] agemus; eſt enim alia. Haec vero eſt ad mare ſita, nempe illa, quae vulgo *Colibre*, vocabulo corrupto ex colonia Iliberi, appellatur. VOSSIVS. Varie hoc nomen, ut hic, in auctoribus antea memoratis ſcribunt et codices et editiones, quod virorum doctorum notae docent. Apud Liv. c. l. plerique MSSti conſentiunt in *Illiberi*, uti et dedit Drakenborchius. Idem apud Plin. c. l. De Strabone dictum. Polybius apud Athenaeum 8, 2. in. p. 332. Ἰλέβεϱνις, pro quo Caſaubonus malebat ex Strabone, etſi nunc quidem parum tuto, Ἰλύβιϱϱις, Schweighaeuſer. Ἰλίβυϱϱις. In tab. Peutinger. 1. E. *Illiberre*. Hiſpaniae contra civitas ib. A. *Eliberre*, quae 2, 4. Ptolemaeo dicitur Ἰλλιβεϱὶς, Plinio 3, 3. ſ. 1. *Iliberi*. Quidquid eſt, certe urbs noſtra in principio ab omnibus per I. ſcribitur, quod cum diſerte notatum eſſet ex duobus Pariſienſibus, aliique in fine vellent *i*, recipere Melamque aliis aequare non dubitavi. Sed et Hiſpaniae civitas *Illiberris* rectius ſcribitur, uti ex lapidibus probavit Pedraza in antiquedad y excelencias de Granada 2, 7. p. 35. et ubi de corruptionibus 2, 14. p. 48. etſi concilium *Eliberitanum* etiam commemoratur, et in Chronico ſaec. 10. apud Florez in Eſpãna Sagrada T. 4. p. 256. *Eliberi*. Sed haec poſterioris aetatis. Poſt *urbis* deeſt in Prag.

Pyrenaei) Rehdiger. *pyrenei*; Vindob. *perenei*. Ed. 1. *prenei*, nota corruptione.

Portus —) Zaluſc. *Portus in ſinu Salſo*; Venet. *promontoria locus Galliae*; Rehdiger. *corvaria locus*

Gallie finis; Vatic. 2. *portus vetus* et in margine *Tucuis*; Lipf. cum aliis plerisque meorum *portus veneris*, ita tamen ut pofteriorem vocem obelo notaret et in margine ferret: *alibi portus vetus*, quod forte voluit facta evulfione et corruptione Vatic. 2. Tum Parif. 1. *eft* non agnofcit et *Crevaria* habet; quid Voffius ex optimo fuo proferat, in nota fubiecta adparebit. A. Gronov. ex fuis: *portus Veneris eft finu Salfo*, uti etiam habent editiones omnes, tantum praeeunte Vadiano in ed. 16. cognatae 18. 21. 22. 28. tum 24. 25. Olivarianae, Vinetus *in finu falfo*; Schottus: *Veneris et in Sinu falfo*; Voffius et 40. 41. 42. *Portus Veneris infignis fano et Cervaria.* TZSCHVCKE. Scribo diverfa et ratione et interpunctione: *Tum in Pyrenaei promontorio templum Veneris et in finu falfo Cervaria* etc. Nam omnes in hoc tractu *Pyrenaei promontorium.* et in eo *templum Veneris* nofcunt, nemo *portum.* Praeterea an fit dictio illa *falfo* adiectitia, dubito. PINTIANVS. Et haec quoque Pintianus mutavit, cum prius legeretur: *portus Veneris eft finu falfo.* Sed quis eft ifte finus falfus? An et hic quoque falinae, a quibus fic dictus fit? Nonne etiam absque illis falfus foret? Omnes hic memorant templum Veneris. Marcianus [p. 44. Hudf.] ἀκρωτήριον, ἐφ' οὗ ἵδρυται τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης. Optimus Melae codex fic habet: *Tum inter Pyrenaei promuntoria Portus Veneris in finu falfo et Cervaria locus, finis Galliae.* Scribendum: *Tum inter Pyrenaei promunto ia portus Veneris, infignis fano, et Cervaria locus, finis Galliae.* VOSSIVS. De templo Veneris utique hic multi loquuntur, etfi nemo in portu ponit. Sic Strabo 4. p. m. 123. f. 178. τὸ ἱερὸν τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης in Galliae finibus commemorat, et poft p. m. 125. f. 181. τὸ Ἀφροδίσιον τὸ τῆς Πυρήνης ἄκρον· Ptolemaeus 2, 10. in iugis Pyrenaei montis τὸ Ἀφροδίσιον ἱερόν; Aufonius epift. 9, 28. *Narbonem ad Veneris*; Plinius 3, 4. f. 5. *Pyrenaeam Venerem in latere promontorii altero*, ex quo d'Anville

in notice de la Gaule p. 532. refutat eos, veluti Marianam in hiſt. Hiſpan. 1, 2. qui templum illud in vertice promontorii illius ponunt. At Mela nihil hic, ſi codices audias, de fano Veneris, tantum portum eius adtingit, qui prope Pyrenaei latus illud fuit, ubi ſtetit olim Aphrodiſium, unde ipſe nomen nactus eſſe videtur. Servatum eſt hodie eius nomen *Port de Vendre* levi immutatione facta. Sinus unde *ſalſus* dictus fuerit, etſi non conſtat, nec ab aliis commemoratur hoc nomine, forte a ſalinarum ſtagnis vicinis, is eſſe debet, quem minorem ex duobus a Sigio monte, Setio apud Ptolemaeum 2, 10. a Narbone ad Pyrenaeum extendit Strabo 4. p. m. 125. ſ. 181. cui ſitus bene reſpondet. Certe ita omnes libri nec aliter refert Boccatius c. l. Reiiciunt igitur Voſſii emendationem Marca 1, 9, 4. p. 42. c. l. Aſtruc in hiſt. naturel. de Languedoc P. 1. cap. 5. p. 58. Menard in deſcr. de la province Narbonnoiſe in hiſt. de l'academie — de Paris T. 25. p. 73. Vulgatam firmat etiam Marca ex vetere tabula Hugonis Comitis Emporitani data anno 1228. ubi de finibus legitur: *usque ad gradum ſalatum.* Violentior autem aliquanto eſt emendatio Pintiani, nec ipſo ſitu ante Cervariam congruo. Neque fuit templum illud in promontorio ipſo, ſed in eius latere, ut ſupra ex Plinio notatum. Locus porro iſtius templi dubius eſt, quippe in finibus Hiſpaniarum et Galliarum poſitus, quare etiam a Ptolemaeo 2, 6. et 10. in utraque regione commemoratur, a Plinio tamen c. l. in Hiſpania. Quodſi poſtea ex eius ruinis emerſit templum et monaſterium S. Petri Rhodenſis, ab urbe Rhoda vicina, ad Hiſpaniam potius illud referendum ſit. Vid. Petrus de Marca in Marca Hiſpanica 1, 19. p. 44 ſqq. ubi de eius ſitu ex auctoribus prolixe diſquirit. Iniecta tamen eſt eius lectionis mentio in controverſia illa nota de utriusque regni finibus ſub Ludovico XIV. agitata, ſed quam Galli reiecerunt. Vid. Marca 1, 5, 5. 4. c. l.

CAP. VI.

Multi codices nullo adpofito titulo vel fegmento facto, veluti Cibin. Zalufc. Rehdiger. Parif. 1. 3. hoc caput fuperiori adnectunt; alii breve fpatium interponunt, ut Gud. In Parif. 2. infcribitur: *Hifpaniae totius defcriptio*; in Lipf. *de Pyrreneo et de Hyfpania.* Ita editiones aliquae, uti 3. 4. 5. 6. 10. fegmento feparant; 12. 14. 16. 18. 19. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus infcribunt: *Hifpania*; 1. 3. 4. 9. 11. 13. *de Hifpania*; 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Hifpaniae defcriptio*; 21. 28. Voffius cum ceteris *Hifpaniae ora citerior.* Quae capitum numeros addunt, edd. 9. 13. 15. 17. 20. 23. faciunt quartum; 11. feptimum; Schottus, Voffius, Gronovii, Kappius fextum; Reinoldius octavum; Vinetus, 44.

§. 1. *Pyrenaeus)* Zalufc. Vind. *pireneus*; Lipf. *pyrreneus*; et fic alia. Poft Vindob. *Britanniam*; Rehdig. *Brittannicum*; *in* abeft in Cibin. Tum Ciaccon. nefcio an ex MS. notat *occurrit.* Pro *Oceanum* Vindob. (qui ita folet) Rehdiger. et ed. 1. *occeanum.*

in terras) Edd. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *inter terras*, ex male repetita fyllaba *ter.* Codices enim aptiori fenfu *in terras.*

fronte) Non habet Parif. TZSCHVCKE. Vox *fronte* redundare videtur, ideoque expungenda. CIACCONIVS. Poteft cum aliis retineri, cum et alias, ubi res patiatur, amet hanc vocem Mela, et hic refpondeat *latera.* Poft Rehdiger. ut infra et alibi cum aliis, *Hyfpaniam*; Cibin. *inrumpit*; Rehdiger. *irrupit.*

eius parte) Vatican. Lipf. Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. *parte eius.* Inde Lipf. Prag. *a dextra*; Gud. *a dexteram*, pro *ad dexteram*, quod habent Cibin. Reh-

diger. et edd. multae, veluti 4. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 21. et forte aliae, etiam Reinold. an. 1775. Pro *trahit* ed. 32. *traxit*, et post Parif 1. Rehdiger. *perpetua littora*, quae commiftio notata eft ad 1, 3, 4. 2, 3, 6. 2, 6, 5. et alibi. Havn. Prag. *terra continuis*, pofterius etiam edd. 9. 13.

per omnem donec) Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. forte Parifienfes et edd. 16. (Vadiano duce) 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voffius, 40. 41. 42. *donec per omnem*; in reliquis edd. iam ante Vadianum, et in MSS. quibus accedunt Ciaccon. et 6. A. Gronovii *per omnem donec*, quod ideo immutare nolui, cum et parum referat, et hoc forte fit elegantius. *Longo* abeft in Prag.

adverfa) Poffet etiam legi et commodius: *obverfa*. PINTIANVS. Non opus. Sic infra: *cuius partem occidenti adverfam* i. e. obiectam.

§. 2. *Gallias)* Vindob. ut femper *Galias*. Tum Vatic. Cibin. Venet. et MSS. duo A. Gronov. pro *eft ubi* habent *et ubi*.

in Noftrum — mare) Ita omnes codices etiam mei, praeter Rehdiger. in quo *noftrum mare et occeanum*, et in edd. 16. 8. 21. 22. 24. 25. Vadianis, Olivarianis, Schotto, Vadiano duce, et in ed. Reinoldiana anni 1775. Aliae omnes, quas novi, *in Noftrum et Oceanum mare*; Vindobon. tantum *occeanum*. TZSCHVCKE. Auctoritate veterum librorum refcripfimus *et Oceanum mare*. VOSSIVS. Nempe haeferat Vadianus in voce *Oceanum*, adiectivi vi adpofitum, ut in aliis auctoribus alii. Sic Erneſti in Tacito Hift. 4, 2. ubi ante ipfum et Broterium legebatur *Mare Oceanum* mutavit in *Oceanus*, quia in neutra forma atque adiective nusquam occurreret. At re-

liquit *mari Oceano* Ann. 1, 9. Sic in Iuvenale 11, 113. pro *litore ab Oceano* hodie receptum eſt *Oceani*; v. 94. *in Oceani fluctu* pro *Oceano*. Dabit alia Geſnerus in theſ. L. L. ſub h. v. Contra in Cicer. pro lege Manil. c. 12. notante Grutero quidam maluerunt *Oceanum oſtium* pro *Oceani*. Exempla plura non deſunt huius formae in ſequioris aevi ſcriptoribus, quae certiora etiam cenſet Geſnerus veluti in Ampelio c. 1. et 7. et S. Rufo c. 5. quibus addi poſſunt Antoninus in itin. p. 508. Iornandes de rebus Langob. 1, 6. et alii. Sed et *Oceanum mare* ſuffragantibus libris in Iulio Caeſare de B. G. 3, 7. ubi tuiti ſunt etiam, cum Ciacconius τὸ *mare* expungere vellet, Voſſius et Davilius nec hoc Melae loco praetermiſſo. Sic Catullus 115, 6. Eodem modo additur vocibus litus, pelagus, fluctus, aquae. Vid. Heinſius ad Claudian. epithal. Honorii v. 88. Barthius ad eundem epigr. 1, 1. Gronov. ad Senec. N. Qu. 5, 22. Duker. ad Flor. 4, 12, 49. Muncker. et Staveren. ad Hygin. fab. 3. p. 22. Ita ſimili ratione Graeci, Ἑλλὰς, Σκύθης — Latinis Arabia, Italia, — qualia conlegerunt Heinſ. c. l. Oudendorp. ad Lucan. 7, 847. et praeter alios Scriverius in operr. anecdotis philol. 86. p. 40 ſq. De natura talium ſubſtantivorum expoſuit etiam Voſſius de conſtr. c. 2. Cf. hic ad Melam 3, 5, 1. Contra hanc formam tamen nuper graviter inſurrexit Ruperti ad Iuvenalem 11, 94. quod non niſi ea ſubſtantiva pro adiectivis ponantur, quae proprie ſint adiectiva, exceptis paucis, quae tamen vitioſam ſapiant lectionem; Oceanum nuspiam adiective dici, dubia certe exempla proferri; alia tum ex recentioribus eſſe petita, tum librariorum ſocordiae et ſtupori deberi. Nolui tamen codicibus coniunctis vim inferre, ſed ad labentis ſaeculi uſus referre.

magisque et magis) Pariſ. 1. 2. *extendit et magis*; Venet. Havn. edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. ceterae cum Vineto, Schotto et Voſſio *magis magisque*. Edd. 1. 9.

magisque magis; Vatic. 1. 5. Lipſ. Gud. Prag. Pariſ. 3. Cibin. Rehdiger. Ciaccon. et quos Voſſius ſe inſpexiſſe adfirmat *magisque et magis*, quod probat idem in nota, in textu exceperunt Gronovii cum reliquis. Quod hic omittunt quidam alterum *magis*, contra plures obtrudunt 1, 7, 3. Vtrumque minus recte. Hinc Prag. *latior occidentem* abiit, *at ſit ſere, argento*; Vindobon. *ſit ubi, plombo.*

auroque etiam) Vindobon. *auroque eſt tam*; Venet. *auroque etiam tam*; Lipſ. Prag. Gud. Rehdiger. Ciaccon. plures A. Gronovii et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *auroque et tam*; Vadiano (16.) praeeunte 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Schottus, Voſſius, Reinoldius, 40. 41. 42. *auroque tam*, uti fuiſſe videtur in tribus Pariſ. hinc cum A. Gronovio in ed. 44. repoſitum *auroque etiam*, uti melius dant Vatic. 1. Cibin. Mediol. Voſſ. (non item Gud. quem A. Gronovius falſo addit) TZSCHVCKE. Scribo *auro argentoque etiam abundans*. Nam quia tribuerat Hiſpaniae copiam ferri, plumbi, aeris, ne quis putaret, eorum tantum metallorum copiam habere, adiecit, *argento etiam auroque abundare.* PINTIANVS. Probavit etiam Schottus cum A. Gronovio, et apte vindicavit ſine codicum uſu Pintianus. Ita etiam a ſequentibus bene diſtinguuntur. Cf. Iuſtin. 44, 3, 5. Vocem *abundans*, quod et fit alibi, cum adſpiratione ſcribunt Rehdiger. Vindob. Ante *adeo* deeſt *et* in Rehdiger. et ante *ſicubi* in Cibin. *ut*. Edd. 30. 32. vitioſe *ut ſibi ob* — Tum Vindobon. *affecta*; Gud. *affeta*; Rehdiger. *effecta*; Lipſ. Prag. *efeta.*

ac ſui) Ita Ciaccon. meliores A. Gronovii ex meis Vatic. Cibin. Venet. Rehdiger. Lipſ. Gud. Prag. In aliis *et ſui*, uti habent omnes editiones cum Reinoldianis ad Gronovianam 44. in qua primum prodiit *ac ſui,*

quod plurium Codicum auctoritate servavi. Post Vindob. *tantum* pro *tamen*, quod Paris. 2. omittit; Paris. 1. *tamen ut spartum.* In Lipsiensi obelo notata erat vox *spartum*, et in margine eadem manu adpositum *spaltum*, infra *canabum* pro *cannabum.* At spaltum nihili est vox, et de sparto narratio frequens.

§. 3. *est distincta)* Cibin. omittit *est*; edd. 30. 32. *est et distincta.* Vinetus a *Tribus* cap. 45. incipit.

Tarraconensis) Varie ista nomina scribunt libri, ipsi etiam sui hic et post dissimiles. Cum pigeat singulos nomine proferre, defungar scripturae, qualis hic et infra occurrit, indicio. Pro *Tarraconensis* multi *Tharaconensis*, *Teraconensis*, *terragonensis*, (Cibin.) *Terraconensis.* Cf. ad 2, 7, 20. Post *beltica*, *boetica*, *Bethica*, *Betica.* In *Lusitania* consentiunt, tantum infra Cibin. Vindobon. ed. 9. *Lusitanea.* Denique ed. 30. omittit *pars Baetica*, et Paris. 3. habet: *altero capite pars Baetica, pars Lusitania vocatur.*

contingens) Lips. Gud. Prag. Vatic. Venet. *attingens.* Antea post Baeticam Vatic. 3. infercit *tangit.* Pro *obiicit* Rehdiger. *obicit*, ut alibi *adicit* et similia, de quibus ad 3, 6, 8. Gud. *manu* pro *mari.*

Anas) Legendum *Ana* non *Anas.* OLIVARIVS. Immo retinendum cum omnibus libris *Anas*, quod sapientius ipse fecit. Nam *Ana*, Graecis etiam Ἄνα, dicitur in casibus obliquis veluti apud Strabon. 3. p. m. 96. s. 139. Ptolem. 2, 4. Et sic *Ana* in ablativo apud Caes. de B. C. 1, 38. Plin. 3, 3. s. 1. et alibi. Ἄνας diserte in Strabone c. l. legitur.

et ideo) Duae hae dictiones falso additae sunt. PINTIANVS. Minutioribus etiam literis distinxit in textu

Schottus. At habent eas voces libri omnes et bene habent, si sequentia intuearis, et verbum *separare* ad cursum fluvii referas.

ad occidentem —) Scribo *ab occidente Atlanticum*, *a meridie Nostrum*, ut lib. 1. [c. 2. in.] *Tribus hanc e partibus tangit Oceanus: Eous ab oriente, a meridie Indicus, a septentrione Scythicus.* Par menda protinus. PINTIANVS. Verum lib. 2. c. 3. *Peloponnesi oram, ut diximus, sinus et promontoria lacerant, ab oriente Bucephalos, ad meridiem Malea, ad vesperam Chelonates.* Quare nihil immutandum. CIACCONIVS. Obsequi tamen Pintiano in ipsa editione invitis libris maluit Schottus. Proxime, uti solet, Cibin. Rehdiger. *athlanticum*; Vindob. *athalanticum;* Vindob. *occeano*, et *abiecta*; Gud. *occeanum.*

septentriones) Venet. Rehdiger. Gud. Prag. et edd. Lugdun. 1605. et 1609. *septentrionem*; in aliis *septentriones*. Cf. ad 2, 5, 10. Sic antea *septentrionem* dixit, et hinc, quod codices volunt, utrumque promiscue. TZSCHVCKE. Lego: *sed latere a septentrione*, *fronte ab occasu.* PINTIANVS. De eo antea dictum est. Post ed. 13. habet *fronte ad oceanum. Vrbium* — contra libros et nexum cum praecedentibus, cuius hae sunt partes expositae.

§. 4. *mediterraneis)* Rehdiger. *mediterranensis.* Post Vatic. 3. *fuere.*

Pallantia) Ita teste A. Gronovio, Gud. (falso) et Chif. ex meis Prag. et, quod videtur, Havn. et Parisienses cum edd. omnibus; in reliquis A. Gronovii, quibus accedit utique Gud. tum meis *Palantia* legitur. Sic per duplex *l* Strabo 3. p. m. 112. f. 162. Plin. 3. 4. f. 3. in voce *Pallantini.* Similis varietas, monente A. Gro-

novio, occurrit apud Ptolemaeum lib. 2, 6. ubi edd. Παλαντία et MSS. Παλλαντία exhibent, uti contra, iis invitis, propter literarum feriem, confentiente Holftenio p. 259. repofuit Berkelius in Stephano, et in Appiano, de reb. Hifp. c. 55. et de B. Civ. 1, 112. Schweighaeuferus, in priori quidem loco fuum iudicium fecutus, in pofteriori aliquos codices. Sic in Ptolemaei c. l. editur Παλλαντία ποτ. ἐκβολαὶ et poft de urbe Παλαντία. Apud Orofium 5, 23. fluctuantur inter utrumque libri, ubi duplex praetulit Havercampus. In Plinio etiam variare vetufta exemplaria, notavit certe Surita ad Antonini itiner. p. m. 448. in quo et Iul. Frontin. de colon. p. 38. editur per fimplex *l*. Ex monumentis fubfidium non fubpetit, unde placuit Graeca fequi cum editionibus, non plerosque codices. — Scripferam haec, cum obportune oculis fubiicitur defcriptio numorum veterum Lipf. 1796. 4. quae p. 2. numum fiftit cum epigraphe *Pala*, qui ad noftram urbem refertur; neque tamen hoc fatis eft exploratum et certum.

Caefaraugufta) Lipf. Prag. *Caefaria Augufta*, fere, ut Ptolemaeus 2, 6. et in tab. Europae 2. Καισάρει Αὐγοῦστα; Vindob. *cefara augufta*; multi *cefaraugufta*, uti etiam edd. 1. 2. in ceteris *ae*. Coniuncte tamen hac forma, exceptis fuperioribus, omnes, uti Strabo 3. p. 112. f. 162. Plin. 3, 4. f. 5. Prudent. in perifteph. 4, 3. 54. Nec aliter editur in Antonino p. m. 392. et alibi, quamvis codices aliqui *Caefarea Augufta*, uti Goltzius p. 238. adfert. Alterum tamen praeferunt numi, quos commemoravit Surita ad Antoninum c. l. plures commemorant Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 123. et Eckhel. P. 1. V. 1. p. 37. etfi diremtione confpicua, quam auctores neglexiffe videntur, quod efficit maxime *Caefarauguftanus* apud Plin. 3, 4. f. 3. in. et fic *Caefaraugufta* in Chron. Aemilianenfi (faec. 9.) apud Florez in Efpaña Sagrada T. 4. p. 254. Cf. p. 256.

Ita tamen etiam coniuncte *Caesaraugusta* in Grutero p. 324, 12. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 1, 90. Post Parif. 2. *Enumerata.*

Astigi) Ciaccon. *Astygi*; Vatic. Lipf. Rehdiger. *Hastagi*; Cibin. *hastigi*; Gud. *bastagi*; Parif. 1. 2. Prag. Vindob. uti edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. *Astagi*; 13. *Lastigi*; Vadianus dedit *Astigi*, eumque fecuti funt ceteri. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [2, 4.] *Astygis*, Plinii [3, 3. f. 1.] vetus codex *Astygi*, uterque cum y in penultima; idque expofcere videtur Etymologiae ratio. PINTIANVS. *Astigi*, quod Parif. 3. agnovifse videtur, praeferendum eft ex aliis auctoribus, veluti Plinio c. l. Antonino p. m. 414. Geogr. Ravenn. 4, 44. Chron. Aemilianenfi (faec. 9.) apud Florez in Efpãna Sagrada T. 4. p. 253. Cf. p. 259. unde *Astigitanus* in Plinio. Sed et utrumque ita eñerunt infcriptiones lapidum et numorum. Illorum exempla dabunt Gruterus p. 101, 8, 351, 5. Muratorius p. 1029, 7. Nonius in Hifpania c. 18. horum Rafche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1195. Etfi enim non una haec fuit urbs eo nomine, quod in Hifpania faepius obfervatur, certe in penultima *i* magis et frequentius valet, et hic comprobat Cibin. *Lastigi*, uti habet ed. 13. a Plinio 3, 3. f. 1. in Celticis ponitur forte pro *Astigi.*

Hispal) Lipf. *hyspalis*; Ciaccon. *hispalis*; Vindob. *ispal*; reliqui, uti de fuis Voffius adfirmat, *Hispal* exceptis forte Venet. et Havn. Edd. 1. 2. 9. *Ispal*; 11. *Ispalis*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, (praeter 53. Stephanum, qui pofuit *Hispalis*) Vinetus, Schottus *Ispalis*; Voffius, uti olim ed. 13. cum reliquis *Hispal.* In adfpiratione confentiunt etiam cum inferr. (cf. Gruter. p. 201, 6.) alii auctores; at variant in ter-

minatione. Strabo 3. p. m. 97. f. 141. Ἴσπαλις· Plinius 3, 3. f. 1. Geogr. Ravenn. 4, 45. in. *Hispalis*, pro quo *Emerita* recepit Scaliger in Aufonio de clar. urb. 8, 2. invitis MSS. et reluctante Weffelingio ad Antonin. p. 410. Frequentius in cafibus obliquis legitur *Hispalim* et *Hispali*, veluti apud Iul. Caef. de B. C. 2, 18. in. et 20. auctor. de B. Hifpan. c. 35. 36. Antonin. c. l. Altera terminatio *Hispal* legitur in Silio Ital. 3, 392. Poteft igitur et hic retineri, cum ita velint plerique libri, etfi alias priorem malim, quae in Hifpaniae oppidis etiam obfervatur. Cf. Gronov. ad Liv. 21, 60, 7. Ἴσπολα Philoftrati in vita Apollon. 5, 9. aliquantum hinc, forma quidem, recedit. Quod in Ptolemaeo 2, 4. fine adfpiratione Ἴσπαλις editur, cum poffit librariorum negligentiae dari, tum in multis diverfa ratio apud Romanos ufum obtinet. In *Corduba* libri concinunt; tantum Vindob. *cordoba*.

§. 5. *At fi)* Hinc caput 45. ex Vineti ratione.

a Cervaria) Coniunctim fcribunt Prag. edd. 1. 3. 4. et aliquae aliae vetuftae; Rehdiger. *acetuaria*. Pro *extrudit* Vindob. Prag. et ed. 58. (Grafferus) *extendit*; ex gloffa. Nam et ita 2, 7, 8. et magis apte, et Melae more graviter. TZSCHVCKE. Diftinguendum *a Cervaria*, hoc eft, poft Cervariam, de qua paulo ante dictum fuerat in Narbonenfi: *Cervaria*, inquit, *locus*, *finis Galliae*. BARBARVS. Emendatior lectio, *quam in altum Pyrenaeus extrudit*; nam magis eft rationi confentaneum magisque e fenfu communi, quod minus eft extrudi a maiore, quam retro. PINTIANVS. Qui me audiet, audiet autem, qui rationi aufcultabit, nihil mutabit. Latina enim et elegans formula, ut, *quod bene vertat*, pro vertatur; aliaque fexcenta melioris notae fcriptoribus ufurpata, faepe etiam affectata. Sic Iuvenalis. SCHOTTVS.

Male percepit Schottus Pintianum, qui talia bene nosset. Et quid sit *extruditur*, si ita intelligas?. At nec opus tamen est Pintiani mutatione, cum inversione formae facta, poetarum imitatione ductus, ita Noster loquatur. Loca adponam in diss. de Mela c. 7. Porro distinctio in utramque rationem posita commoda est.

dein) Venet. Rehdiger. Gud. ed. 13. *deinde*; in aliis *dein*. Cf. ad 1, 4, 9. et alibi.

Tichis) A. Gronovius adfert ex Voss. 1. *Tichis*, ex aliis *Ticis* vel *Thicis*. Ciaccon. Paris. 1. 2. 3. Lips. Gud. Prag. Venet. Boccatius de flumin. h. v. *Ticis*; Rehdiger. *tycis*; Vatic. Cibin. Vindob. Havn. cum edd. omnibus ad Vossium *Thicis*, tantum 13. *Tichis*; Vossius et 40. 41. 42. cum Reinoldianis *Ticer*; inde 44. 45. Kappius *Tichis*. In exemplari meo ed. 5. manus recentior emendaverat *thicer*. TZSCHVCKE. Plinius [3, 4. s. 5.] etiam in hoc tractu meminit *Tichis* fluvii, nulla tamen facta mentione Rhodae. Verum omnes manu exarati libri legunt istic loci *Ticer*, et omnino hoc est aliud flumen, atque illud, quod iam superius monuimus vocari *Tech*. Porro quod Plinius hoc loco non meminerit Rhodae, ea est causa, quod illam cum Rhodanusia confuderit et in Gallia collocarit, cum sit Hispaniae oppidum, illud nempe, quod vulgo *Roses* vocatur. Locus est lib. 3. c. 4. [s. 5.] — Confudisse autem Plinium Rhodam et Rhodanusiam ex eo quoque liquet, quod, ut nullum Rhodae in Hispania fecerit mentionem, ita etiam nullam Rhodanusiae circa Rhodanum. — VOSSIVS. In Plinio etiam Pintianus ex vetusto codice notavit *Ticher*; nihil tamen ex suis Harduinus. At in Gallia, ubi supra Tichis ex Vossiana quidem et recentiorum lectione a Mela commemorabatur, nullum contra hoc nomine novit Plinius, sed tantum in Hispania, ita ut praecedant Emporiae, sequatur Pyrenaea Venus in altero promontorii

latere. Ex quo efficiatur, flumen hoc in finibus utriusque regionis fuisse, et hinc promiscue ab aliis Galliae, ab aliis Hispaniae datum fuisse. Certe in Mela *Tichis* videtur Galliae minus bene accessisse, nec nisi Vossii arbitrio, cum idem flumen Pyrenaei promontorio interposito non possit Galliae et Hispaniae tribui, et ad aliam lectionem ibi codices deducant, de qua c. l. Igitur *Tichis* Melae et Plinii locum suum rectius occupat, nec obstat, quod Rhodae mentionem fecit nullam, quia id est arbitrarium, vel, ut Petrus de Marca in Marca Hispanica 2, 17. p. m. 178. censet, librariorum culpae accidere potuit. *Ticer* nec usquam alibi certa fide occurrit, nec a libris nostris ullo signo innuitur, etsi hoc nomen Melae vindicare operose conatus fuit Kirschius in prolusione scholastica (Curiae Regnitianae 1784.) et ex nostro, Vossii lectionem secutus reiecto Pliniano Tichi, unice probat Mannertus; quae tamen non possunt valere ad immutandam veterem lectionem. Nempe Kirschius ex falsa lectione *Tichis* in Gallia disputationem instruxit, quippe qui fluvius sine discriminis nota adposita redire hic non possit, sed a librariis, quibus obversaretur ex superiori narratione temere obtrusus fuerit. Vbi vero recte quaerendus et quo nomine notandus, de eo disputant. Quae cum ad aliam expositionem pertineant, reieci ad Vol. 2.

Rhodam) Vatic. 3. Havn. *Rhodanum*; Rehdiger. adscito proximo vocabulo *rodandionum*; Gud. edd. 1. 9. *rodam*; Lips. *rodan*. Edd. Reinold. *Rhodan*, uti aliae etiam supra 2, 5, 6. *Agathan* in eodem etymo. Vatic. 4. tamen et hic *Rhodan*. Pro *Clodianum* Vindob. *claudianum*; Vatic. 4. *Dodianum*. Edd. 15. 17. 20. 23. *Clodiannum*; alii codd. et edd. *Clodianum*. Boccatius de flumin. h. v. *Clodianus*, quo genere etiam memorat Cellarius in Geogr. ant. 2, 1, 124. Tum noster retulit ad flumen, qualia sunt in nominibus Rhenum, Metaurum. Cf. infra ad Rubricatum. Ex Ptolemaeo 2, 6. qui unus

sius meminit, vera tantum ſcriptura, non terminatio cognoſcitur. Nempe refert Κλωδιανοῦ ποτ. ἐκβολαί.

Emporias) Lipſ. Gud. Prag. Vatic. Rehdiger. Vindob. aliique cum edd. ad Voſſium *Emporia*, qui dedit ex MSS. opinor, ſuis *Emporias*, obſequentibus reliquis. Ita quidem Cibin. et varr. lectt. in ed. 27. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [2, 6.] *Emporias*, et item Silius [3, 369.] *Phocaicae dant Emporiae.* Plinii [3, 4. ſ. 3.] quoque vetus codex non aliter legit. Stephanus urbem *Emporium*, Maſſilienſium aedificium, Galliae attribuit, non Hiſpaniae. PINTIANVS. Lege *Emporias*. Livius lib. 34, [8. f. et 9. in.] *Ab Rhoda ſecundo vento Emporias perventum. Iam tunc Emporiae duo oppida erant muro diviſa.* CIACCONIVS. Eadem, quae hic, librorum variatio apud Liv. 21, 61, 4. ubi vid. Drakenb. Et ſic alibi dicit Livius praeter ſuperiores auctores. Nec aliter legitur in Plinio c. l. In Graecis tantum Ἐμπόριον, velut in Strabone 3. p. m. 110. ſ. 160. Scylace p. 1. Hudſ. Stephano h. v. Polybio 3, 39, 76. nusquam hic Ἐμπορίαι, uti deceptus verſione poſterioris loci retulit Petrus de Marca in Marca Hiſp. 2, 18. p. m. 172. ideo notatus a Drakenborchio ad Liv. 21, 60, 2. Graecis igitur ſingularis numerus placuit, alteram formam Latini maluerunt. Δίπολις autem in Strabone receptum numerum explicat.

partem occidenti) Ciaccon. (hic etiam poſt *adverſa*) Vatic. Lipſ. Gud. Prag. Cibin. Rehdiger. Vindobon. Venet. Havn. *parti occidenti.* A. Gronov. quae ad h. l. ex MSS. affert proximis verbis continet, Pariſienſes cum ed. 39. conſenſiſſe videntur in lectione *partem occidenti.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *parti occidenti.* Inde a Vadiano (16.) ceterae exhibent *partem occidenti*; commodiori ſane nexu et ſenſu. Pertinent enim ad hunc

ipſum montem, qua occidentem ſpectat, non ad ea, quae illi ſunt obiecta.

eminentia) Vatic. 1. Cibin. Rehdiger. Lipſ. Gud. Vindob. Venet. Havn. Pariſ. 1. et edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. *eminentiam*; Vatic. 3. Prag. et cum Vadiano edd. reliquae etiam 28. *eminentia* ſtructura nota, quam et nexus et ratio aptior, cum τὸ *eminentia* epitheti vicem gerat, flagitant. Quam ſaepe autem talia, neglecta lineola illa, qua τὸ *m* indicatur, commutari ſoleant, librorum docent exempla. Sic ſupra 2, 4. extr. *direptis* et *diremtis* et alia. Poſt renitentibus MSS. edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *cautium habet, quae* — Cibin. *caminumque inter.*

quae inter exigua) Voſſius ſuo ſenſu et cum eo edd. 40. 41. 42. dederunt *quod i. exigua.* TZSCHUCKE. Probatior lectio: *quae intra exigua ſpatia.* PINTIANUS. Prius poterat Mela ſat commode etiam dicere, minus commode poſterius.

gradus) MSS. A. Gronovii, ex meis Vatic. Cibin. Rehdiger. Pariſ. 1. Vindob. Havn. Venet. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *gradu*; Lipſ. Gud. (quem igitur falſo et hic MSS. adnumerat A. Gronovius) Prag. Pariſ. 2. 3. et praeeunte Vadiano reliquae *gradus*, quod praefero, etſi prius placebat Oudendorpio in A. Gronov. nota. Poſt pro *ſubinde* Prag. *deinde*, Cibin. *ſubmec.* Ex iis, quae expoſita ſunt hactenus, adparet, quam varie iactarint libri tentarintque interpretes hunc locum, quem ſi uno obtutu exploratione facta conſideres, Vadianus omnium optime ſic inſtituit: *cuius partem occidenti adverſam, eminentia cautium, quae inter — ut gradus ſ. conſurgunt* — tantum quod in verbis *eminentia cautium* duriuscula reſideat adpoſitio, quae concinnius interpoſita particula

in caufam transeat. Ita vero fe omnia in hoc monte, (h. *Monfgrinus* f. *Mongri*) vidiffe, uti a Mela defcribantur, adfirmat de Marca in Marca Hifp. 2, 17. p. m. 169 fq. qui et optime monet, fenfum verborum, *partem occidenti adverfam* (*obverfam* quidem refert) ex initio capitis effe petendum contra Pujades in Cronica — de Catalunna 2, 25. qui male de orientali parte interpretatus erat.

Hannibalis) Sic MSS. A. Gronovii ut 5, 1. et infra *Hafdrubal.* Ita et plerique ex meis. Editiones vetuftae maiorem partem *Annibalis*, quod et retinuerunt Vinetus, Voffius, tres priores Gronovianae et Reinoldianae. Ita vero adfpirationem plerique codices praeponunt apud Salluft. de B. Iug. c. 5. in quibus codex Polantinus bibl. Dresdenfis nondum conlatus. Et fic apud alios. Probant etiam fuis fuffragiis et exemplis viri eruditi plerique, e quibus vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 59. et ad Liv. 21, 1. in. ubi de hoc et aliis nominibus Punicis, Oudendorp. ad Lucan. 1, 305. Bofius et Staveren. ad Nepot. Hamilc. in. Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. 14, 6. Muretus ad Cicer. Philipp. 1, 5. Verheyk ad Eutrop. 3, 7. f. 3. Garaton. ad Cicer. de harufp. refponf. c. 13. aliique, et quos illi producunt. Accedunt etiam gravi auctoritate infcriptiones. Quare minus audiendi funt, qui vel reiiciunt, ut Dausqueius f. v. *Anno*, vel negligunt, ut in Orofio Havercampus.

Tarraconem) Cibin. *terraconenfem*; varr. in ed. 27. *Tarraconenfem.* Male, cum et praecedentia in Tarraconenfi fuerint.

Blanda, Eluro) Ciaccon. *Blandae Loro*; Vatican. 1. 3. Prag. Lipf. Gud. Venet. Havn. *blandeluro*; Cibin. *blandelura*; Vindobon. *blanda eluro*; Parif. 1. *Blandelucro*; Parif. 3. *Blandlucro*; Parif. 2. *Blandluro*;

Vatic. 4. *Blandelubro*; Rehdig. *bladeluro*, omnes modo coniunctim, modo divise. Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 11. *Blandeluro*; 13. *Blanda Iluro*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Blanda, Illuro*; Vossius cum ceteris *Blanda, Eluro*. TZSCHVCKE. Scribendum *Blanda Illuro*, sive *Blanda Eluro*. BARBARVS. Ptolemaeus [2, 6.] *Diluro*, [Διλουρῶν] Stephanus *Ilurgia* penultima producta. [etsi, an nostra sit, post ipse recte dubitat.] Plinii [5, 4. s. 3.] codex antiquus *Iluro*. Omnes cum uno *l*. PINTIANVS. Diximus *Iluronem* appellari a Stephano *Ilurgiam*; sed cum Ptolemaeus statuat in mediterraneo Baeticae oppidum nomine *Ilurgis*, vocari non absurde in dubium posset, sitne potius *Ilurgia* Stephani, quae est *Ilurgis* Ptolemaeo, quam quae est *Iluro* Pomponio. IDEM. Ptolemaeo Διλουρῶν male pro Ἰλουρῶν vel Αἰλουρῶν potius. *Illuro* est Plinio. In multis quippe Hispaniae urbibus secunda et tertia vocalis promiscue in se invicem commutantur, ut Eliberri et Iliberri, Ilici et Elici, Elepola et Ilipula et innumera alia. VOSSIVS. In Plinio hodie legitur *Iluro*, uti ex codice antiquo notat Pintianus. Ita quidem etiam Antonin. in itiner. p. 453. sed de alia urbe, quae hinc aliquantum distabat, et h. *Oleron* vocari creditur, etsi eodem nomine urbes in utriusque regionis confinio observantur. Adferunt etiam inscriptiones, in quibus hoc nomen cernitur, sed et illae incertam urbis sedem relinquunt. Si codices nostros audias, praeferendum utique est *Blanda, Eluro*.

Baetulo) MSS. A. Gronovii *Baetullo*, *Betulo*, *Bethulo*; Perizon. Vatic. 1. Gud. Parisienses *Baetullo*; Ciaccon. Rehdig. *Baetulo*; Lips. Cibin. Vatic. 3. Prag. *betulo*; Vatic. 4. Venet. Havn. *betullo*; Vindob. *bethulo*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 21. 22. 24. 25. Vadianae posteriores, Olivarianae, Schottus *Betullo*; 16. 18. *Betulo*; 13. *Beturo*; 19. *Be-*

turio; Vossius et 40. 41. 42. *Baetullo*; Vinetus, post Reinoldius, A. Gronovius ab ed. 44. Kappius *Baetulo*, quam scripturam probat Ptolemaeus 2, 6. ubi Βαιτουλῶν legitur, tamquam gentis nomen, vitiose ut putat Mannert in Geographie T. 1. p. m. 400. Sed quod idem de hac urbe Livium producit, quod et Harduinum ad Plin. 3, 4. f. 5. ex Livio lib. 27. fecisse vidi, in eo lib. 27, 18. in. et 28, 13, 5. olim quidem *Baetula* ferebatur, nunc auctoritate Polybii 10, 55. repositum recte est *Baecula*, uti in Plinio 3, 4. f. 5. *Baeculonenses* pro *Baetulonenses* addicentibus etiam libris et antea censente et probante Marca in Marca Hispan. 2, 21, 6. p. m. 193. Cf. viros doctos ad Livium cc. ll. et quae iam Cellarius monuerat in Geogr. ant. 2, 1, 107. iisque adde Schweighaeuser. ad Appian. Vol. 3. p. 233 sq. Nostra *Baetulo* scribitur in Plinio c. l. nec renuit Ptolemaeus. *Betulum* vocat Boccatius f. v. Ispanum mare, sed et idem eadem forma Barcinum subiicit. Rem conficiunt inscriptiones duae apud Marcam in Marca Hisp. 2, 15, 1. et 2. p. m. 159 sq. quarum quidem prior habet *Betulo*, posterior *Baetulo*, atque haec maiori fide digna, quippe ducta a basi statuae, quam ordo Baetulonensis Imper. Gordiani uxori posuerat.

Barcino) Paris. 5. Vindob. Vatic. 3. Prag. Ven. Havn. uti ante Schottum editiones, etiam Vadianae et Olivarianae; Rehdiger. *bartino*; ceteri *Barcino* cum editionibus inde a Schotto et Vossio. Eiiciendam adspirationem iam monuerat ex Ptolemaeo 2, 6. Pintianus. Accedit Plinius 3, 4. f. 5. ex quo *Barcine* adnotaverat ille, Antoninus in Itiner. p. 390. 398. Geogr. Ravenn. 5, 3. pro quo 4, 42. recentius nomen *Barcelo*, et in primis multae inscriptiones, veluti apud Gruter. p. 429, 5. Gudium 26, 8. 56, 1. Marcam c. l. 2, 14. p. m. 150 sq. Numi enim Goltzianam fidem faciunt. In *Subur* consentiunt omnes libri. Vid. tamen post.

Tolobi) Vatic. 3. 4. Parif. 2. Prag. *Colobi*; Lipf. *colobus*; Vatic. 1. Venet. Havn. Parif. 3. *Tholobi*; Parif. 1. aliique *Tolobi*; Rehdiger. a *Tolobi* ad *Subur* mancus eft. Edd. ante Voffium praeferunt *Tholobi*, hic cum edd. 40. 41. 42. et iam olim 13. *Telobi*; poft reliquae *Tolobi*. Voffius ex Ptolemaeo 2, 6. in quo Τηλοβὶς mutationem factam adftruit, etfi et per *o* fcribi poffe largitur. Vid. poft.

Baetulo) Ita Cibin. Gud. Lipf. Voffian. 1. Discrepant paullum alii. Perizon. Parifienfes, Vatic. 1. *Baetullo*; Venet. Havn. Gronoviani alii *Betullo*; Vatic. 3. *bactulo*; Prag. *bacculo*; Cibin. *betulo*; Vindob. *bethulo*. Edd. veteres pleraeque, ut fupra, hic etiam 19. *Betullo*; tantum 6. 7. 8. 17. 20. *Bettulo*; 13. *Betura*; Vinetus, Schottus, Voffius aliique ut fupra, ubi dictum eft de fcriptura. *Betulus* eft apud Boccat. de flumin. f. v. Rubriacus.

Rubricatum) Divife quaedam editiones, uti 1. 3. 4. 5. 9. 11. *rubrica: tum* cum Parif. 3. TZSCHUCKE. Scribo *Rubricatum*; ita enim vocatur amnis Plinio, [3, 4. f. 3.] Ptolemaeoque, [2, 6.] unde *Rubricata* oppidum. BARBARUS. Ita etiam, *Rubricatum*, Geogr. Ravenn. 4, 42. 5, 3. Sed Boccatius de fluminibus h. v. habet *Rubriacus* feu *Rubricatus* fluvius, uti fupra *Clodianus*. Atque hoc genere adferunt Harduinus ad Plin. c. l. ex Ptolemaeo, ubi tamen genitivus dubium reddit, et Mannert. in Geogr. T. 1. p. m. 400. Quodfi recte habet, ex adiecto nomine vel fubintellecto id efficiatur.

Barcinonis) Vatic. 1. Cibin. Venet. Gud. Parif. 2. et Boccat. c. l. *Barginonis*; Vindob. Prag. *barchinonis*. Editiones, ut fupra; tantum hic 15. 17. 20. 23. *Brachinonis*.

Subur et Tolobin Maius) Sic MSS. melioris notae apud A. Gronovium, uti omnes mei cum editionibus ante Voffium, qui dedit *Subin* fequentibus 40. 41. 42. unde rediit prior lectio. Boccat. c. l. fcribit *inter Suber.* Poft tefte A. Gronovio Voff. 1. *Tholobin;* Mediol. *Tolobin*; reliqui *Colobim* vel *Colobin.* Ex meis Vatic. Parif. 1. 2. 3. Gud. *tolobin*; Rehdiger. *tolobim*; Vindob. *torobim*; Venet. Havn. videntur habuiffe *tholobin*; Cibin. Lipf. cum Ciaccon. *colobin*; Prag. ut Boccatius c. l. *colobim.* Editiones, ut fupra, variant; pleraeque inde ab antiquis cum Vineto, Schotto *Tholobin*, praeterquam 10. 14. *Thelobin*; 18. *Tolobin*; 6. 7. 8. 12. 13. 15. 17. 19. 20. 23. 39. 40. 41. 42. *Telobin*, pro quo antiqua manus ed. 6. adleverat *Tolobin.* Voci *Maius*, quam habent omnes MSS. et vett. edd. fubftituunt 10. *amnis*, Voffius et 40. *amnes.* Ipfa verba *inter S. et T. Maius* minusculis literis diftinxit Schottus. TZSCHVCKE. Hic etiam haereo, habeamne pro legitimis haec verba, an potius pro nothis et fubdititiis. PINTIANVS. A gloffa eft, vel librarii ofcitantis fomnium; quare in infulam deportetur. Apparet, fi coniectare licet, fupra paullo fic interpunxiffe: *Subur, Tholobi, parva flumina.* Vt igitur geographiam fcioli locupletarent, et ob prolata pomoeria Imperatores fierent, totidem maiora flumina commenti addiderunt. O homines nimis largos! SCHOTTVS. Ptolemaeus [2, 6.] Τήλοβις. Male autem Pintianus et alii delent verba illa: *inter Subur et Tolobin maius.* Sic folent, ubi aliquid occurrit, unde fe nequeunt expedire. Omnino legendum: *inter Subin et Tolobin* [dedit tamen *Telobin*] *amnes Tarraco urbs eft* etc. Subin hoc ipfo loco recenfet Plinius. [3, 4. f. 5.] Telobis vero five Tolobis urbi, quam praeterfluit, cognominis eft. Ptolemaeus autem [2, 6.] hoc oppidum in mediterraneis collocat. VOSSIVS. Hac mutatione eximie fe habere effectam rem putat Voffius contra haefitationem Pintiani, quum profecto nihil mihi videatur occurrere

poſſe abſurdius. Quid enim? an Mela deſcriberet ſitum *Tarraconis* tribus fluviis cinctum, *Subi*, *Telobi* et *Tulci*? id ſi iam concedatur voluiſſe, cur non ordine et iunctim et eodem narrationis proceſſu eos deſcripſit? quaſi vero quum eam inter *Subin* et *Telobin* amnes poſuiſſet, tunc adhuc addi debuerit, a *Tulci* modico amne eam ſuper attingi. Et ſic audet corrigere in Pomponio ille, qui tranſcriptores Melae ante aliquot ſecula reprehendit lib. 2. c. 1. et ſq. idque ob hanc quoque cauſam, quod eum offenderet intempeſtiva repetitio vocis *terra*. Denique moleſtiſſima prorſus eſt vox *amnes*, quae non magis apponi debuit his duobus, quam praecedentibus *Rubricato* et *Baetulloni*; et quis ultra non videt, eſſe ea nomina fluminum, quod clare praemiſerat? Mihi dubium nullum eſt, quin τὸ *maius* ſit appellatio fluvii ibidem, licet ignoti ſcripſeritque auctor: *Parva flumina*, *Baetullo iuxta Iovis montem*, *Rubricatum in Barcinonis litore*, *inter Subur et Telobin* (urbes nempe quas ſupra nominatas nunc repetit, ut repetiit *Barcinonem*, quum prope illas litora per hos amnes ſecentur) *Maius* nempe tertii fluminis nomen, quod poſt ſequitur Tulcis prope Tarraconem. Litus illud in hodiernae Hiſpaniae tabulis impletur laceraturque frequentibus fluviis; at in antiquae prorſus ab Samſonio nulli ponuntur, niſi *Rubricatus*, *Subis*, *Telobis*, *Tulcis*, non ſecus ac nuper illi fluvii demum exſiſtere coepiſſent. Non vacat ulterius inquirere. I. GRONOVIVS. Et haec quoque abſurda vocat Gronovius. *Quid enim*, inquit, *an Mela tribus fluviis Tarraconem cingi ſcripſit?* Profecto non intellexit Melam. Ille ut ignobilium alias inter Pyrenaeum et Iberum fluminum ſitum oſtendat; illuſtriora iam apponit nomina, unde, quo in loco ſint iſta flumina, cognoſcamus. Itaque Ticer ipſi eſt ad Rhodam, Clodianum ad Emporias, Baetullo ad ſcalas Annibalis, Rubricatus in litore Barcinonis, denique Subin et Tolobin quo loco ſint declarat, quum dicit inter haec duo flumina ſitam eſſe Tarraconem. Ipſam

vero Tarraconem praeterfluit Tulcis, qui aeque ac ipſa Tarraco medius eſt inter Subin et Telobin. Plana haec ſunt, ut opus non ſit ſingere aliquod flumen, quale nunquam exſtitit, et Melam adeo ſacere ineptum, ut ignota per ignotiora declarare voluerit. Quare autem *amnis* in *maius* a ſemidoctis mutatum fuerit librariis, ratio eſt manifeſta, quia nempe parvam ſecuti diſtinctionem, cum Telobis parva praecederet, exiſtimarent alteram deeſſe, quae appellaretur *Telobis maius.* Sed et in eo peccat Gronovius, quod librariorum ſecutus errorem ſuper conſtruat cum Tulci, cum ſic diſtinguendus ſit locus: *Tulcis eam modicus amnis ſuper ingens Iberus Dertoſam attingit.* VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Dicit primo Voſſius me rogare, an Mela tribus fluviis *Tarraconem* cingi ſcripſit? Sic *Tarraco* et *ſitus Tarraconis* idem illi eſt. Et tamen nihil niſi id ipſum oſtendit Voſſius, nempe inter duo flumina, *Subin* et *Telobin* ſitam eſſe Tarraconem, quum ipſam praeterfluat *Tulcis.* Nihil affirmat, niſi quod ego ipſe quaeſivi. Vbi autem Mela dicit, *Ticer* et *Clodianum* eſſe ignobilia flumina? poſt haec demum ſequuntur, quae vocat parva flumina. Qui vero poſſum dici fingere aliquod flumen, ex quo licet Voſſius nunquam biberit, non ideo poteſt dici non exſiſtere, quum Mela id appellaverit, ut teſtantur omnes priſci codices. Quis autem inſuſurravit Voſſio a ſemidoctis hoc eſſe mutatum librariis. Certe ratio eius tota eſt irrationalis. Sic iidem, qui *Telobin* crediderunt feminino genere dici, ii tunc, quum id crederent et ita uſurparent, tamen redegerunt mox ad neutrum. Haec non viri probe eruditi, ſed mulionis pronuntiatio. Quaenam fuit aut eſt parva diſtinctio in MSS. qui fere habent nullam? Quomodo autem potuerunt ſeparare *Telobis parva?* idque quum in eodem ſenſu praemitterentur *parva oppida?* Porro ſi peccavi, non librarios ſecutus fui et eorum errorem, ſed Voſſianam editionem, quae *ſuper* conſtruit cum *Tulci.* Et quid erit ex diſtinctione Voſſiana *ſuper?* verſus

meridiem procedit ordo Melae. Et id dicetur *ſuper* apud Geographos veteres ſeptentrionalia ſemper vocare ſolitos ſuperna et editiora? ut lib. 3. c. 1. *Cetera ſuper Tamarici incolunt;* et cap. 3. *Super Albin Codanus ſinus.* Imo manifeſte docet Mela, *Tulcin* eſſe *Tarraconi* ad ſeptentrionem. I. GRONOVIVS *in nota poſteriori.* Omnes codices exhibent *maius*, niſi quod in Lipſ. obelo notatum erat, quaſi delendum vel ſuſpectum. Sic editiones antiquiſſimae ita tantum, ut *maius* coniungant cum *Tarraco*, et deinceps incidant, aut finiant. Vix igitur deleri poteſt et ex noto aeque *amnes* emerſiſſe. Ipſa etiam oratio Melae docet, parva hic flumina commemorari. Tum moleſta ſit et ieiuna illa ſynonymia *flumina — amnes.* Porro inepte ſic ſubiiciatur, Tarraconem a Tulci adtingi. At de iis luculenter iam expoſuit I. Gronovius, qui in nota MS. addit, obſcuritatem fluvii non poſſe remorari, cum et ita a Martiale 4, 55, 2. nominetur flumen aliquod *Graius.* Igitur peſſime hanc a Voſſio factam eſſe mutationem, qui ex oppidis flumina intulerit, iudicavit etiam P. de Marca in Marca Hiſp. 2, 9, 2. p. m. 130. qui tamen in eo diſcrepat a Gronovio, quod hic *Maius* fluvii nomen putat, ipſe adiectivum dicit, et locum ſic explicat: Rubricatum inter utramque urbem cum antea parvum fuerit flumen, augeri aquis increſcentibus, quod luſtranti ripas eius ab oſtiis ſuperiora verſus certum fieri poſſit ab oppido Martorello, ubi Noya amnis influit in Rubricatum fluvium, qui, cum antea per ſcopulos et ad montis Serrati radices conluctatus ſit, ſe per laxiſſimum alveum in mare effundat, praeterlapſus antea agrum oppidi hodie San-Boy. Quae explicatio loci ad vindicandam librorum lectionem comparata, etſi primo intuitu adridere poſſit, magis tamen arguta, quam vero Melaeque accommodata videtur. Si Rubricatum in Barcinonis litore ponitur, deduxit iam ad mare, ubi auctum aliis fluminibus increvit, nec poteſt ſequentia adnectere. Tum turbat locorum ſitum et Rubricatum disiicit. Cum

enim Subur et Tolobis infra Barcinonem in litore etiam ponantur, ſi Rubricatum hodie eſt *Lobregat*, et, quo *maius* fieri illud dicit, h. *Noya*, coniunctis aquis nimis haec removentur a litore, ad quod pertinent. Refragari etiam ſic videtur tabula, quam praefixit operi ſuo Marca; immo ex ea conficitur potius, uti ex aliis, veluti Ianvierii, *Maium* eſſe nomen proprium fluvii, qui prope *Vila nova* in mare influit, quem quidem Marca ipſe non nominat, alii *Tamarit* vocant, et utrimque urbes ſitas eſſe *Subur* cis, (ex progreſſione Melae) *Tolobin* trans. Denique non niſi parva flumina recenſere voluit, quorum nec curſum, nec incrementa curaret. Ipſe autem Hiſpanus parva etiam loca et flumina melius noſſe et indicare poterat. Ceterum quae de vi voculae *ſuper* adnotavit Gronovius, regi et conſtitui poſſunt ex iis, quae adtulit Perizonius ad 1, 2, 5. ubi etiam hic locus memoratur.

Tarraco) Vindob. *terraxo;* Rehdig. Lipſ. Gud. ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *taraxo;* Prag. *Tarrazo;* Cibin. adiuncta priori voce *manuſtarraco;* editiones aliquae, uti 10. 12. 14. 18. 19. *Taraco,* qua forma reperitur etiam in Strabone 3. p. m. 110. ſ. 159. Ptolemaeo 2, 6. et in epitaphio apud Gudium in ant. inſcrr. p. 100, 9. Vſitatius tamen duplici *r* ſcribitur, quod et hic ſequuntur libri. Tum aliquae editiones poſt *Tarraco* diſtinctionis maximae ſignum male ponunt, nempe quia *Tulcis* huc referrent, tamquam urbem Voſſius reiecit poſt *opulentiſſima* ex ſenſu receptae lectionis. *Taraxo,* quod in Veneta ed. invenerat Barbarus, facile ad veram ſcripturam revocavit. Pro *oris* Rehdiger. et edd. 7. 8. *horis;* ed. 18. *in iis oris;* Vindob. *maritimam.*

Tulcis —) Venet. *iuxta cum modicus;* Prag. et Nunneſii codex (cf. ad prooem. §. 2.) *culcis eum;* Gud. *modicis;* in aliis *Tulcis eam modicus.*

ſuper) Ita libri omnes; tantum Venet. *ſupra.* Ex editoribus Schottus *ſubit.* TZSCHVCKE. Scribendum videtur *ſurſum* potius, quam *ſuper;* ſequitur enim confeſtim: *Ingens Iberus deorſum.* PINTIANVS. Forte: *Tulcis eam modicus amnis ſubit* — ex Plinio, [3, 4. ſ. 3.] qui poſt Tarraconem ſtatim memorat Tulcim fluvium, ut in prooemio: *Litora, ut intra extraque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit pelagus;* et iterum: *mare ſubit noſtro receſſum.* [Forte voluit: *ſubit ripam mare* ex 2, 1, 4.] CIACCONIVS. Alii *ſurſum* legunt, cui *deorſum* altera ex parte reſpondeat. Amicus quidam meus: *ſubit: Ingens Iberus* tentabat. SCHOTTVS. Olim ſic: *Tulcis eam modicus amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit.* Peſſime. Lego: *Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus Dertoſam attingit.* SANCTIVS *in praefatione.* *Subit* videtur ſcripſiſſe Mela; alioqui ſanus ſenſus non eſt. Nempe praeter duos illos amnes, inter quos ſitam Tarraconem dicit auctor, tertius apponitur Tulcis, ſed ita, ut eam ſubeat h. e. quum reliqui duo ſint remotiores, hic plane ad illam accedit. I. GRONOVIVS *in notis MSS.* Nempe diſputat haec Gronovius ex lectione et diſtinctione Voſſii, de quibus tamen poſt aliter ſenſit. At *ſuper* probam eſſe lectionem, adparet etiam ex eo, quod poſt *Dertoſam* ita mutarunt libri, ut eſſet, quod huic obponeretur. Alias enim *ſuper* et *ſubit* tam nota fuere librariis, ut depravatio vix agnoſci poſſit. Accedit porro, quod Nunneſius monuit ad prooemium §. 2. Non poteſt pro *ſuper* emendari *ſubit*, tum quia contra fidem codicum, tum etiam, quia amnis ille, qui *Francoli* nunc vocatur, non ingreditur Tarraconem nec, ſi ad pomoeria priſcae urbis producas, ſed ſuper eam mare ſubit. Non autem recte Ciacconius ex Plinio ſuam adſtruit ſententiam, qui Tulcim omnino non memorat, ſed Subim, quamvis non poteſt non idem eſſe h. *Francoli*, uti etiam cenſet Marca in Marca Hiſpanica 2, 10, 10. p. m. 140. vel olim duplici nomine vocatus, vel in alterutro auctore

corruptus; tum in recenſu locorum et rerum nihil quam Subim ante Tarraconem ponit Plinius. Dimitti igitur *ſuper* non poteſt. At male ſic ex vulgari diſtinctione in extrema parte haeret et languet, quod reparatur aptiori ſede, ſi, mutata inciſione, novam ſententiam inde exordiaris, uti locum noſtrum etiam intellexit Perizonius ad 1, 2, 5. Poſſis etiam, ſi ſic eius uſus offendat ex MS. Veneto ſubſtituere *ſupra*, etſi *ſuper* eodem modo infra 3, 1, 8. adhibetur. Poſt vidi, ita iam diſtinxiſſe Vinetum.

Iberus) Lipſ. Rehdiger. *hyberus;* Gud. Prag. Venet. Vindob. *hiberus;* uti codices quidam apud Iul. Caeſ. de B. C. 1, 60. m. et alibi etiam in ſimilibus; ſed et *Hiberus* in urna bis apud Gruter. p. 690. n. 5. occurrit, et hac forma probatur etiam a doctis quibusdam viris. Cf. Oudendorp. ad Lucan. 2, 50. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. c. 41. extr. Totum vero locum ſic componit Venet. *ſupra ingens infra Hiberus.* Inſertae particulae cauſa adparet.

Dertoſam) Lipſ. Vatic. 3. Cod. Fulvii apud Ciacconium, Prag. *dorſum;* Vindob. *ſeorſum;* Cibin. *decorſam;* reliqui *deorſum*, uti edd. veteres cum Vadiana et Olivariana gente; tantum 32. 37. *dorſum.* In varr. ed. 27. haec: *Detuſam, nunc dicitur Tertoſa.* Vinetus et hinc Schottus cum ceteris repoſuerunt *Dertoſam.* TZSCHVCKE. Turnebus [in adverſ. lib. 24. c. 41.] legit: *Dertoſam attingit.* CIACCONIVS. H. Stephanus [in praefatione ad Melam] et ante illum Adr. Turnebus *Dertoſam* pro *deorſum* ſubſtituit, quod apud Strabonem [3. p. m. 110. ſ. 159.] huic urbi [nempe ex certa Xylandri emendatione] ἐπ' αὐτῇ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, *in ipſo Iberi traiectu*, locus detur. Et non multo poſt idem: ἐκ δὲ τοῦ Ταῤῥακῶνος ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος κατὰ Δερτῶσσαν πόλιν. Turnebus lib. 24. c. 41. ſimilem locum in Galba Suetonii [c. 10.] emendat: *ac ſubinde*

Alexandrina navis Dertosam appulit armis onusta. Excusi enim hactenus *detorsa* vitiose. SCHOTTVS. In errorem induxerat librarios praecedens *super*, cui apte putarent respondere *deorsum*, uti vere ista opponuntur passim, apud Gruter. in aenea tabula p. 204. — Nec id abhorret ab illorum consuetudine, qua saepe nomina propria in adpellativa aut particulas mutant, cuius exempla adposui ad 2, 3. 1. in voce *Peneus*. At recte viderunt docti viri, ita mire urbium situm turbari, cum Tarraco ab Ibero distet amplius 36. M. P. tantumque absit, ut ab illo adtingi possit. Turnebum igitur etsi subpressa eius mentione probarunt Stephanus, Sanctius in praefatione ad Melam, P. de Marca in Marca Hispan. 2, 8, 3. p. m. 127. et iure receperunt editores, etsi Ciacconius malebat *dorsum*. Eandem Turnebi correctionem in Suetonio postea confirmavit optimus codex Memmianus, cum vulgo ibi antea varie locus vitiaretur, de quo Beroaldus et Oudendorpius. Neque poterat Mela, qui minora et tenuiora memorasset oppida, nobilissimae huius urbis mentionem recte omittere. Vestigia priscae lectionis servavit Cod. Cibin. et Boccatius s. v. Iberus, ubi hunc locum ante oculos positum, sed suo ingenio effictum, reddidit sic: *Tulam opulentissimam eius regionis civitatem ex inferiori parte radit, demum sub tortosa civitate balearicum ingreditur mare.*

§. 6. *Inde)* Hinc cap. 47. initium ex Vineti ordine.

in terras) Lips. in margine habet ab eadem manu: *al. intrans*, quod in nostris codicibus non animadverti. Post Vindob. Rehdiger. *primo;* in ed. 21. τὸ *primum* excidit.

Ferrariam) Paris. 2. *ferarium* et antea *promontorium;* Rehdiger. *ferrariam.* Pro *funditur* Ven. Havn. *funditur.* Cf. supra ad 2, 4, 1.

Sucronensis) Vatic. 1. *Supernensis;* Vatic. 3. *superanensis;* Prag. *supranensis;* alii *supronensis*, ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. (duplici *p*) 9. 11. Tum *sucronensis* successit. Edd. 16. 18. verba: *Prior Sucronesis dicitur* omiserunt. TZSCHVCKE. Scribe *Sucronensis* a *Sucrone* fluvio ex Strabone, [3. p. m. 109. s. 153.] Plinio, [3. 4. s. 5.] Ptolemaeo, [2, 6.] et infra [2, 7, 20.] statim Pomponio. BARBARVS. Nulla dubitatio. Cf. infra ad 2, 7, 21.

maiorque ac) Sic plerique MSS. teste A. Gronovio meique omnes, et edd. veteres in quibus Camertinae, etiam Ald. et Iunt. Post Vadianus (16.) et hinc 18. 21. 28. *maior hic magno;* idem deinde in altera editione, (22.) quam secutae sunt cognatae, tum 24. 25. cum Olivarianis, Vineto, Schotto, Vossio et 40. 41. 42. *maior hic et magno;* Reinoldianae *maiorque et;* Gronovianae a 44. et reliquae *maiorque ac* — quod cum sit ex codicibus, reliqui.

penetratur) Vatic. 3. Prag. *accipiens penetratum* ceteris neglectis. Edd. 14. 21. *penetrat*, ut passim alibi.

Saetabim) Ciaccon. *Sorbin;* Vatic. Parisienses, Lips. Gud. Cibin. Venet. *Sorobin;* Prag. Vindob. *Sorobim;* Havn. *Scorobim;* Rehdig. *Serobin;* varr. in ed. 27. nescio an ex codice *Saetabim.* Edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *Sorobin;* 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Serabin;* Vossius et reliqui *Saetabim.* TZSCHVCKE. Scribendum *Saetabin* cum *ae* diphthongo in prima ex Ptolemaeo. [2, 6.] PINTIANVS. Nempe in suo exemplari, nescio quo, invenerat *Setabin.* Alteram per *ae* scripturam, cum etiam cognominis urbs huc recte referri possit, veram probavit etiam Drakenb. ad Sil.

Ital. 3, 374. ex N. Heinſii codice et numo apud Ant. Anguſtin. Dial. 7. Ita editur ex libris in Gratii Cyneg. 41. Cf. Murator. p. 1077. Didacus in annal. Valent. 3, 39. ex antiquo marmore, et quae de numis habent Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1537. et Eckhel in doctrina num. P. 1. V. 1. p. 55. Strabo quidem 3. p. m. 110. ſ. 160. Σέταβις, Plinius 19, 2. ſ. 1. *Setabis*, et 3, 4. ſ. 3. *Setabitani;* in Catullo 12, 14. et 25, 7. *ſudaria Setaba;* ſed potior monumentorum auctoritas. Vnde vero duxerit hanc lectionem Voſſius; non indicat, immo in nota monet, Saetabin ad mare non pervenire, ſed in Sucronem influere et huic coniunctum ſinum Sucronenſem ingredi, ut vel ſic intelligi debeat Mela, vel eundem, quem Ptolemaeus, errorem admiſerit. Reiicit etiam hanc Voſſii lectionem Marca in Marca Hiſpan. 2, 5, 5. p. m. 115. et ſine ulla auctoritate prolatam recte exiſtimat, cum *Serabis* (ita enim) Melae a Saetabi Voſſii differre neceſſe ſit, aut ſupinae negligentiae damnandum Ptolemaeum 2, 6. qui a Carthagine progrediens ante Sucronem poſuerit Saetabim; quem, ſi idem iter ſectemur, Mela poſt Turiam Valentinum conſtituerit. Nulla quidem auctoritas ex libris Saetabi accedit aut peti poteſt, ſed nec *Serabis* usquam occurrit, quod hic probat Marca, ſed id nomen Vadiano debetur. Tum Mela haec flumina minime iuſto curſus et ſitus ordine indicavit, vel certe non exigendus eſt ad Ptolemaei ſeriem, uti ſtatim adparebit, nec omnino conveniunt in notandis huius litoris fluminibus Ptolemaeus et Plinius. Sunt vero ad Melae curſum indicandum compoſita haec in Plinio: *Turium, Sucro, Tader;* in Ptolemaeo: *Turulis, Pallantia, Sucro, Illicitanus portus, Saetabis, Alonae,* (urbs) *Terebis.* Igitur Turium eſt Turulis, et Tader Terebis, uti et recte ſtatuit Marca c. l. Alium igitur, ac Mela, tenet ordinem. Poſſit tamen hinc videri *Sorobis* ortum eſſe ex *Terebis.* At ſi obſerves in Plinio praemitti Lucentum, Ilicen cum ſinu cognomini, idemque fere etiam fieri apud Ptole-

maeum in altero flumine Saetabi. omnia conturbata videas, ut, quam rationem in Mela sequaris, vix habeas. At salva sunt omnia, nec Mela ab aliorum ordine in his recedit, qui verus esse videtur, si dicamus, Saetabim eum cum Plinio praeteriisse, et bene habere *Sorobim*, si vel depravata paullum sit forma, quam constituere in aliorum silentio non licet. Ita certe fluvium eo nomine agnoscit etiam Boccatius h. v. *Sorobin Hispaniae fluvius est, in hebrun seu in supronem seu alterum ex alveis eius mergitur.* Idem vero, ubi pressius Melam sequitur s. v. Sucronensis sinus eodem ordine recenset *Soborim*, (sic) *turiam, et sucronem flumina.* Tum videtur is esse, qui Segobrigam adluit h. *Morvedro*, licet eum Plinii Vdubam putet Harduinus ad 5, 4. s. 3. Eundem quidem etiam indicat Marca c. l. 2, 7, 2. p. m. 122. uti ante se iam Didacum monuisse docet, sed in Plinio adfert vulgatam olim lectionem *Idubeba*, et nunc respondere fluvio *Millas* s. *Mijares* addit. Cf. Florez España Sagrada T. 5. p. 48. Cum tamen Mela Saetabis mentionem supprimere vix potuerit, et ad eum codicum lectiones ducant, movere id nomen dubitavi, etsi sic a Ptolomaeo maxime aliquantum discrepat.

Turiam) Prag. *Turinem;* Venet. *Turriam;* Rehdiger. *thuriam;* Paris. 1. *Turian;* Paris. 2. Cibin. *Turium;* reliqui Gronoviani et mei *Turiam;* uti editiones priores; post pleraeque in quibus 6. 7. 8. Ald. Iunt. Camertinae, Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Duriam;* 10. *Dauriam;* tum Vossius et 40. 41. 42. *Turium*, unde ex Reinoldianis rediit *Turiam*. In varr. ed. 27. margo habebat *Turium*, uti et correxerat manus in ed. 3. adscripto Ptolemaei Τούρουλιν. TZSCHVCKE. *Duriam*) Notavimus in Plinio [5. 4. s. 3.] *Turia* legi posse ex Sallustio [v. mox] Phocaque [p. 1691. in vett. Gramm. Putsch.] et aliis Grammaticis; eo relegamus noscentem haec. BARBARVS. *Turiam* legendum est pro

Duriam. OLIVARIVS. *Turiam* per tau leg. ex Claudiano [de laudibus Serenae v. 72.] et Hermolai caſtigatt. in Plinium. [3, 4. ſ. 3.] Salluſtius lib. 2. hiſtor. [p. 957. ed. Cort.] *Inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo interfluit.* SCHOTTVS. Vtroque modo flumen hoc nominatur, Turis et Turius. Vſitatius tamen Turias vel Turia. Quod apud Ciceronem in oratione pro Balbo [c 2.] legitur, eum Sucronenſi et Durienſi proeliis interfuiſſe, et apud Claudianum, *roſeis formoſus Duria ripis*, id errore factum exiſtimo, quod amnem hunc eundem eſſe crediderint, atque vaſtum iſtud flumen, quod Luſitanos a Callaicis diſterminat. VOSSIVS. *Turiam* legit etiam Boccatius loco ſupra indicato, et diſerte Priſcianus lib. 5. p. 680. (ed. Putſch.) accuſativum hunc eſſe generis maſculini ex prolato Salluſtii loco docet. Apud eundem tamen Salluſtium in epiſtola Pompeii ad ſenatum (vid. fragm. p. 965. Cort.) legitur: *Caſtra hoſtium apud Sucronem capta et proelium apud flumen Durium — ſatis clara vobis ſunt*, ubi ſine dubio vitiatum eſt nomen, uti iam monuit Cortius; ſed et Reſendius in antiqu. Luſit. lib. 2. p. 74. (Eborae 1593. f.) ex codice ſuo vetuſto notat *Turiam*, quod verum eſſe probat ex Plutarchi Sertorio c. 19. etſi ibi ex Salluſtii poſteriore loco et Cicerone pro Τουττίαν, quod ibi ferunt libri, Δουρίαν malit Xylander et adeo Freinshemius in ſubplem. Livii 92, 10. Tuttiam ex Plutarcho commemorat. Eadem corruptio invaſit Ciceronem c. l. ubi ante Graevium legebatur *proelium Durienſe*, pro quo nunc ex iis, quae notaverat Graevius, *Turienſe* repoſitum editur. Vtrum idem ſit Avieni in ora maritima v. 482. *Tyrius*, an ab illo diverſus, uti ex Voſſii ad Melam disputatione repetit Graevius, de eo alibi quaeri poterit. In Claudiano tamen, quem adlegat Schottus, praeferunt *Duria*, (Strabonis forma) cum melius ibi maiores fluvii recenſeantur, quamvis repugnante Reſendio c. l. propter metrum; nam certe

Durius a Silio Ital. 1, 234. corripitur in prima, et per *o* fcribitur a Marciano p. 43. Hudf. et Appiano in Hifp. c. 72. 91. In Plinio 3, 4. f. 3. ubi nofter fluvius commemoratur, variant libri, et Hermol. Barbarus volebat *Turias.* At praeter alios codices etiam illi, quos confuluit Garatonius, Harduini lectionem *flumen Turium*, fervant. Vid. ad Cic. c. l. ubi plura ille de hac commutatione disferuit. Nempe caufa quaerenda in fimili fluvio *Duria*, fed, ut maiori, ita et notiori, qui fluit in Vaccaeis, Lufitanis, et procul hinc Numantiam praelabitur, et a Strabone modo Δούριος vocatur, modo Δουρίας· cf. 3. p. m. 105. f. 152. et 112. f. 162. (ex quo depravatio fimul magis intelligitur.) Noftro *Durius* 3, 1, 7. ubi de aliis formis dici poteft. D autem et T ex pronuntiatione mifceri exemplis oftendit Drakenb. ad Liv. 7, 16, 3. Sed *Turiam* agnofcunt hic libri, et repetit inde Boccatius c. l. *Turia* etiam apud Vibium p. m. 18. *Torius* tamen alibi apud Boccatium de flumin. h. v. vocatur additurque *alias Torin*, uti quidam codices cum Plinio hic Turium habent, fic ut promifcua terminatione, fi Strabonem revocaveris, apud librarios frequentatus effe ille fluvius videatur. Potiores tamen fequendi videntur.

Sucronem) Venet. *Sutronem;* Havn. Prag. *Suronem;* Parif. 1. *Socrone;* Cibin. traiectis verbis *Sucronem et Turium non magna* —

et aerumnis) Vatic. 1. Lipf. Gud. Cibin. Rehdiger. *atque aerumnis* vel etiam *aerumpnis* aut *erumnis*, uti hoc edd. 1. 2. 9. Antea edd. 15. 17. 20. 23. *fide, hanc*, nempe, ut effet, quod τῷ *illam* refponderet. Sed nota vis eius pronominis, et accedit hiftoria. Tum Cibin. *inclita;* Rehdig. *inclitam*, pro vulgari *inclytam.* Dedi *inclutam*, de quo ad 1, 1, 6.

Illicitanus) Sic Cibin. Lipf. Gud. Prag. Rehdiger. alique cum Boccatio de maribus f. v. Sucronenfis

ſinus. Editiones veteres, cum iis Camert. Ald. Iunt. *Ilicitanus;* poſt aliae Vadiano praeeunte *Illicitanus.* TZSCHVCKE. Plinius [3, 4. ſ. 5.] cum uno *l*, et diverſa deſinentia *Ilici.* Ptolemaeus [2, 6.] cum duplici, *Illicitatus.* Codices Latini addunt *portus;* quod ſi admittimus, ſinus etiam *Illicitatus* appellabitur, non *Illicitanus*, ut paulo ante. PINTIANVS. Neſcio, quid Pintianum moverit, ut hic dubitaret. Nam quis non videat *Illicitatus* eſſe ineptum vocabulum, cum ab Ἴλλικα vel Ἴλλικις tale ἐθνικὸν formari non poſſit? Recte itaque ſinceriores Ptolemaei codices legunt Ἰλλικιτανὸς λιμήν. VOSSIVS. Vti hic, ſic et infra in uſu literae *l* variatur ab iisdem adeo libris. Sed et idem in aliis obſervatur. Duplici hodie legitur in Plinio, Ptolemaeo; (ubi et Bertius dedit Ἰλλικίτατος) ſimplici in Antonini itiner. p. 401. Libri tamen aliqui ſimplex etiam in Plinio praeferunt, uti notavit Surita ad Anton. c. l. et urbis nomen in fine vitiatum Ἰλικιὰς ſcribitur apud Ptolemaeum. Geogr. Ravenn. 4, 52. et 5, 3. bis, et in Chron. Aemilianenſi (ſaec. 9.) apud Florez in Eſpãna Sagrada T. 4. p. 253. *Ilice.* Nummi primam tantum partem *Il.* exhibent, unde reliqua cognoſci non poſſunt. Alia ſcripturae documenta cum non adſint, ſtandum eſt codicum plerorumque ſuffragiis. Poſteriori certe aetate duplex eſt in conciliis. Vid. Florez Eſpãna Sagrada T. 2. p. 239.

Alonem) Vatic. Lipſ. Cibin. Prag. cum Vineto *allonem;* Rehdig. *hallonem;* Gud. *halone;* *Allon* Geogr. Ravenn. 4, 42. Poſt Venet. *unde nomen ei Illicem;* in Vindob. *et* ante *unde* abeſt, in Prag. *ei.* Tum hic Cibin. Vindob. et Vatic. *Ilicem.* Editiones, ut ſupra. In Rehdiger. antea *Lucontiam*, Boccat. c. l. *luceciam.* Tum Prag. *magis terrae.* Cibin. Rehdiger. ed. 1. forte alii libri *hyſpania*, quae taedet notare, uti poſt *bethice, baethice* quidam. Pro *Hic* Pintiano placebat *Hinc*, quae et

alibi mutantur invicem. Cf. ad 1, 5, 3. Heyne ad Tibull. 3, 1, 2. — Sed et vulgata lectio recte habet.

§. 7. *ab his*) Sic libri Gronoviani et mei cum edd. 1. 2. Poſt inde ab edd. 3. 4. 5. quibus hic acceſſit 9. ad 42. *ab iis;* reliquae praecedente Reinoldio *ab his*. Vid. ad 1, 5, 5. 2, 5, 7. et alibi. Capitis hinc 48. initium in Vineto.

Carthaginem) Lipſ. Gud. Prag. *cartaginem;* Rehdiger. *penorum;* Vindob. *nichil*, ut alibi.

Haſdrubal) Cibin. Rehdiger. forte alii, ut edd. pleraeque ad Gronovianam 42. *Aſdrubal;* quaedam etiam ut 1. 2. 5. 9. *aſdrupal;* poſt cum Reinoldio *Haſdrubal*, uti olim inde a poſteriori editione (22.) Vadianae cum MSS. Gud. Lipſ. Prag. Rehdiger. De adſpiratione huc revocari poſſunt, quae ſupra ad vocem *Hannibal* monui.

In illis oris) Lipſ. tantum *illis oris;* Vatic. *in illius oris*, uti malebat Ciacconius, ſcil. Baeticae. Pintianus ita dispungi iubebat, ut tria illa verba ſuperioribus adiungerentur. Sed ſine aptiori ſenſu, cum *ab* — *ad* — praecedant.

facit) Novem MSS. A. Gronovii, meique omnes cum edd. ante Voſſium *pertinet;* tantum Vindob. *pertinent.* Soli Pariſienſes, quippe ex quibus nihil hic relatum erat, videntur habuiſſe *facit*, cum Voſſio, qui ſic tacite poſuit ſequentibus ceteris praeter Reinoldium, a quo revocata prior lectio rediit, probata etiam, ut notat A. Gronovius, ab Oudendorpio, quod ita ſaepiſſime loquatur auctor. Equidem codicum auctoritate motus acceſſi; etſi, ſi alteram aliqui certa ſide adferant, minime improbem. Gud. pro *ad ordinem* ſcribit *ad originem*.

Virgi) Vatic. 1. Cibin. *Vrgi;* Rehdiger. *burgi;* Gud. *brigi;* cum aliis editiones *Virgi.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus [2, 6.] *Vrce;* Plinii [3, 4. f. 3.] vetus codex *Murci,* feruante adhuc oppido prifcum nomen, etfi longius aliquanto fubmoto a mari. PINTIANVS. Οὔρκη eft Ptolemaeo et fimiliter Marciano Heracleotae. [p. 45. Hudf.] Sed tamen fi Latinos fequamur, fcribendum fuerit Οὔρκι. Multis ineptiendi praebuit materiam oppidum iftud. Res ita fefe habet *Vrci, Vrgi, Virgi, Birgi, Murgi,* omnia eiusdem oppidi nomina funt. Apparet hoc ex Plinio, [3, 3. f. 1.] qui Baeticae longitudinem ad Murgim usque extendit; idem alibi [3, 4. f. 3.] Tarraconenfis prouinciae oram orditur ab Vrci. Ita quoque faciunt omnes, qui Baeticae longitudinem definiunt, nifi quod illis nonnunquam locus ifte vocetur *Virgi* vel *Birgi.* Vt autem V in B, ita B in M plerumque folet mutari, quod innumeris iam locis oftendimus, *Vrci* itaque et *Murgi* idem eft. Sed tamen praeter hanc etiam alia eft *Murgis,* quam fuperius retulit Ptolemaeus, [2, 4.] inter Turdulorum Baeticorum mediterraneas urbes. Eius meminit Antoninus [p. m. 404 fq.] in itinere a Caftulone Malacam. VOSSIVS. *Vrci, Vrgi, Virgi* eiusdem oppidi nomina effe, putat etiam Harduinus ad Plin. 3, 2. f. 1. poterat addere cum Voffio *Murgis* ex conlatis Plinii locis. At quis praeter Melam, certe plerosque eius libros, *Virgi* vocauerit, nefcio, nec ipfi docuerunt. Omnes enim auctores, qui Tarraconenfis terminum conftituunt, *Vrcen* urbem fuiffe tradunt, veluti Ptolemaeus, Marcianus, Plinius, fic ut Graeci conftanter κ adhibeant, etfi in terminatione promifcuae pronuntiationis confuetudo vitium adleuerit, cum in Plinio fit *Vrci,* non *Vrce,* quod et comprobat Mela. Non igitur male, ut utriusque linguae auctores conciliaret, Surita ad Anton. itiner. p. m. 404. Οὐρκὶ in Graecis legendum effe arbitratur, quod nec abhorret ab Hifpanarum urbium terminatione. An *Vrci* in Antonini itiner. c. l. eadem fit, quae noftro,

non ſine cauſa dubitat Weſſelingius, et ſunt in Hiſpania urbes cognomines plures; cuius exemplum eſt in *Murgi*, quam eandem ex Plinio non ſine veri ſpecie cenſet Voſſius; at Antoninus c. l. et Ptolemaeus 2, 4. longius hinc removent, de quibus quidem alibi obportunius. *Vrci* adſtipulantibus optimis libris, praeterquam quod *c* in *g*, ut ſit etiam hic in Antonino, mutarunt, veram ſcripturam eſſe volo. Hinc *Vrgitanus ſinus* in Plinio 3, 2. ſ. 1. pro *Vrcitanus*, uti legitur apud Mart. Capell. lib. 6. p. 202. et hinc *Vrcitanae* eccleſiae epiſcopi, quos in ſubſcriptionibus conciliorum Toletanorum ſaepe occurrere adfirmat Marca in Marca Hiſpanica 2, 3, 2. p. 106 ſq. *Vrci* in Chron. Aemilianenſi (ſaec. 9.) apud Florez in Eſpãna Sagrada T. 4. p. 253. quod et idem probat T. 8. p. 213 ſq. Ceterum graviorem experta eſt haec vox corruptionem in Boccatio, qui de maribus ſ. v. Iſpanum vocat *vegentanum ſinum;* leviorem in cod. Vindob. qui *Virgitarum*, habet; Gud. *Virginitanum*, reliqui codices, etiam optimi illi, *Virgitanum.* Ita vero pro *Vrgaone* codices aliqui in Anton. itin. p. m. 403. *Virgaone* ſcribunt; cf. ad Plin. 3, 3. ſ. 1. Sic *urere, virere, urgere* invicem mutantur et ſimilia. Vid. Bentlei. ad Horat. epod. 17, 33. ad epiſt. 1, 13, 6. Heinſ. et Burman. ad Ovid. A. A. 1, 2, 17.

in ſinu) Vatic. Cibin. Rehdiger. Vindob. Prag. Lipſ. Gud. Venet. Havn. et octo A. Gronovii, in quibus Gud. cum edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 15. 17. 20. 23. *in ſinum;* aliae *in ſinu*, quod et in Pariſienſibus fuiſſe videtur. Adriſerat prior forma Oudendorpio, de qua vid. ad 1, 9, 5. 2, 2, 6. Cauſam aberrationis adtuliſſe videntur proxima.

Abdera) MSS. A. Gronovii, is quem conſuluiſſe dicit Holſten. ad Ortel. p. 1. *Adera;* Vatic. 1. 2. 3. Lipſ. Cibin. Vindobon. Prag. Venet. Havn. Pariſ. 1. 2. 3.

aderas; Gud. *adeias;* Rehdig. *adecas.* Edd. 1. *adelas;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *aderas;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. ceterae *Abdera;* tantum Vinetus *Adera.* TZSCHVCKE. Scribendum: *Extra Abdera, Suel, Hexi, Menoba.* Eſt autem ſenſus, extra ſinum Virgitanum haberi haec oppida. Fuit, quando verbum *extra* caſtigandum putaverim pro *Hexi.* BARBARVS. Strabo [3. p. m. 109. ſ. 158.] et Stephanus cum *e* in ſecunda *Abdera,* Ptolemaei [2, 4.] et Plinii [3. 3. ſ. 1.] vetus codex cum *a* in eadem, *Abdara.* PINTIANVS. Strabo quidem paullo ante p. m. 108. ſ. 156. f. Αὔδηρα, ubi tamen etiam codd. quibus Moſc. accedit, Ἄβδηρα, Guarinus *Abdera* habent, quod et ex poſteriori loco probatur et ex Plinio et Stephano. Ptolemaei Ἄβδαρα dialecti variatione vel ex poſterioris aevi more dictum eſt. *Abdera* hic in primis tuentur Strabo et Stephanus.

Suel, Ex —) Ita ex MSS. ſuis adferunt Ciaccon. et A. Gronov. Equidem in meis inveni haec: Gud. *ul' ex;* Pariſ. 3. Vindob. *velox,* quod et fuiſſe in Venet. et Havn. coniicio; in reliquis *vel ex, velex.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *velox;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus *Suel Hexi;* Voſſius, 40. 41. 42. ſic totum locum conſtituunt: *Abdera, Salambina, Ex, Maenoba, Malaca, Suel, Salduba;* Reinoldius, ceteri *Suel, Hexi.* TZSCHVCKE. Legendum: *Suel Hexi.* *Hexi* autem et *Sex* et *Sexi* dicitur. Plinius [3. 3. ſ. 1.] tamen duo *Sexi* facit, inter quae ſit *Abdera.* BARBARVS. Ptolemaeus [2, 4.] *Hex,* non *Hexi.* Plinii antiqua lectio verſo afflatu in *S, Sex.* PINTIANVS. Miror Melam, in his locis natum, tam alieno tamen ordine oppidum hoc [*Suel*] recenſere; demum enim poſt Malacam id collocare debuerat. Verum hic memorare debuerat *Salambinam.* Forte librarii alterum pro altero ſubſtituerunt; neque enim videtur auctor talem hic potuiſſe

committere errorem. *Salambina* vel *Salabina* etiam hodie nomen fervat. Vocatur enim *Salabrenna.* Geographo Nubienfi: *Salobania.* In concilio Illiberino perperam vocatur *Silvanus de Sagalbina;* neque enim dubito, quin *Salabina* fcriptum prius fuerit — [Cf. infra.] vossivs. Ita quidem, locorum feriem, qualem Plinius, Ptolemaeus hic tamen etiam paullum discrepans, memorant, adftruere conatus eft Voffius, et mifere profecto urbes hic disiectas effe, negari non poteft, et acriter queftus eft etiam Carter in Reife von Gibraltar nach Malaga p. 127. At reluctantibus, certe nihil eiusmodi innuentibus libris, mutatio admitti nequit, nifi vago arbitrio agere velimus. In iis autem, quae ferunt *vel,* recte in *Suel* transiit, cum τὸ *s* adhaefiffet praecedenti vocabulo. Ita nempe hic commemorant Σοῦελ Ptolemaeus 2, 4. *Suel* Plinius 3, 3. f. 1. Geographus Ravenn. 4, 42. *Sivel* Antonini itiner. p. m. 406. Sed priorem fcripturam *Suel* confirmat etiam lapis ibi repertus, in quo *municipium Suelitanum* legitur. Vid. Aldrete orig. Ling. Caftellan. 1, 2. et Reinefii infcrr. p. 151. Alterius urbis nomen, fi codices audias, *Ex* utique praeferendum effe cum recentioribus videtur, etfi dubiam faciunt hanc fcripturam auctores. Nam Ptolemaeus 2, 4. habet Σέξ, Plinius 3, 3. f. 1. *Sexti,* five *Sexi,* ut codices rectius volunt, notante etiam Surita ad Antonini itiner. p. m. 404. et Plinius ipfe probat 32, 53. f. 11. ubi *Sexitanus,* non *Sextitanus, colias* legitur. Ita enim etiam adiectivum *s* habet praepofitum, tantum mutata forma, ut modo *Sexitanus,* modo *Saxetanus* dicatur. Illud in Athenaeo 3, 53. p. m. 121. hoc in Martiale 7, 78. in. et Antonino itin. p. m. 405. Prior ratio propius etymo refpondet, eamque etiam praefert Strabo 3. p. m. 108. f. 156. unde et probat Surita c. l. Tum vero maiorem depravationem expertus eft Galenus de facultat. alimentor. lib. 3. c. 41. p. 402. T. 6. ed. Chartier. ubi Σαξάτινα ταρίχη, quibus innotuit maxime iftud oppidum, memo-

rantur. *Ex* folus vindicet Strabo c. l. a quo Ἐξιτανῶν πόλις hic recenfetur. At dubiam facit eam lectionem et cum aliis Strabonem componit Athenaeus c. l. qui ex Strabone diferte, fenfum verborum fecutus, Σεξιτανίαν refert. Tum vero H et S veluti in Halmydeffus et Salmydeffus, ἓξ et fex in numerandi vocula promifcuo ufu polita fuerint, etfi propter tot Latinorum teftimonia, quibus et Graeci alii accedunt, *S* verius putem. At quodcunque probes, inde non intelligitur, qui *Sexitanus* derivari poffit, cum *Sextanus* dicendum fuiffet. Accedit, quod fupra monui, Hifpaniae loca plura in *i* exire. Quare praetulerim *Hexi*, lubentius *Sexi*, quod in Latinis numerandi vocula tueatur.

Maenoba) Ciaccon. Havn. Vindobon. *menobia;* Lipf. Parif. 3. Venet. *maenobia;* Vatic. 2. *moenobia;* Prag. Parif. 2. *menaba;* Cibin. *menoba;* alii *macnoba.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *menobia;* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. ad Voffium *Menoba;* hinc *Maenoba.* TZSCHVCKE. Plinius [3, 3. f. 1.] fcriptus *Menuba* cum *e* in prima et *u* in fecunda. Strabo [3. p. m. 99. f. 143.] cum *ae* diphthongo in prima et *o* in fecunda *Maenoba.* PINTIANVS. *Menoba* etiam in Anton. itin. p. m. 405. Μάνοβα apud Ptolemaeum 2, 4. pro Μαίνοβα. *Maenoba* codicum noftrorum confirmat in primis Strabo, ubi, ut hic alii, verfio Guarini dat *Menoba.*

Malaca) Rehdiger. Prag. unus ex Vaticanis, Parif. 3. et, puto, Venet. Havn. *malacha;* Cibin. *malace;* Vatic. alius *malca;* alii *Malaca,* uti editiones, praeter 1. 2? 3. 4. 5. 9. 11. in quibus legitur *Malacha.* Illud iam voluerat Hermol. Barbarus confentientibus geographis, etfi Graeci modo α, modo η in fine adhibent. Pofterius placet Bocharto in Chan. 1, 34. ut inde etymologiam fuam a *falfamentis* (מלח) adftruat.

Salduba, Lacippo) Mire haec urbium nomina deformantur. De priori haec: Ciaccon. *Ecſal dubal;* Vaticani *eiſal* vel *ciſla* vel *ciſal dubal;* Pariſ. 1. *Eiſal dubal;* Vindob. *ciſal duba;* Gud. Prag. alii Vaticani, Pariſ. 2. 3. Venet. Havn. *ciſal dubal;* Rehdiger. *cyſal dubal;* Voſſius ex optimo adfert *Siſal duba*, ex aliis *Ciſal duba;* Cibin. optime *ſaldubal*, in quo *l* a proximo avulſum adhaeſit. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. *Ciſal Dubal;* 11. *Giſal Dubal;* reliquae *Salduba*, uti correxerat Hermolaus. Pro *Lacippo* Ciaccon. Vatic. 1. 2. 3. omnesque mei reliqui, reiecto *l* ad finem praecedentis vocis, *accipito*, tantum Venet. *accipud.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *acipiro;* 13. *Iacippo;* ceterae monente Barbaro *Lacippo*, praeter Vinetum, qui habet *Laecippo*, ex errore, opinor, typothetae. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [2, 4.] poſt Malacam *Saducam* fluvium in ora refert, a quo forte oppidum fuit cognomine. Alioquin *Salduba* oppidum eſt eidem Ptolemaeo in mediterraneo Turdulorum. PINTIANVS. *Salduba* Plinius [3. 3. ſ. 1.] et alii. Sed apud Ptolemaeum oppidum id in mediterraneis ponitur. Verum idem hic collocat Σαδούκα ποταμοῦ ἐκβολάς· ubi tamen manifeſte reſcribendum eſt Σάλδουβα. Porro liber noſter optimus manu exaratus legit hic *Siſal duba*, alii vero *Ciſal duba.* Vnde liquet, verum eſſe, quod ſtatim ſuſpicabamur, hic collocandum eſſe *Suel* vel *Sivel*, et legendum *Suel, Salduba*, pro *Suel* vero ſuperius reſcribendum eſſe *Salabina.* In vetuſtiſſimis etiam Plinii libris ſimile eſt mendum, ſimiliterque id vocabulum truncatum eſt. Nam quo loco vulgo legitur *Selambina, Abdara*, illi exhibent *Sel, Abdara.* Vt vel Plinius in vitioſum Melae codicem inciderit, vel Melae exemplaria corrupta ſint ex hoc loco Plinii. VOSSIVS. Nempe tueri conatur immutatum a ſe ſupra locorum ordinem, qui quidem geographicam progreſſionem verius ſequitur, at parum ex libris noſtris adſtrui poteſt, immo receptam lectionem vindicat praeclare Cod. Cibin. Inveteratum

tamen vitium hoc obfediffe libros declarat Annius Viberbienfis lib. 12. cap. 4. qui, notante Nonio in Hifpania cap. 82. *Dubal* inde verum facit urbis nomen, quam *Tubal* condiderit. Ita enim ille: *Vrbs nomini fuo dicata Tubal eft in Betica, ut patet ex Pomponio Mela.* Nec minus dubitari poteft, nec dubitatum eft in altero nomine *Lacippo*, quod in libris fat luculentis indiciis latet, et a Plinio 5, 3. f. 1. et Ptolemaeo 2, 4. etfi ab hoc remotiori in fitu, commemoratur.

Barbeful. Aperit) Ciaccon. *Barbefula perit;* Vatican. 1. Gud. *barbefulapit;* Rehdiger. *barhefulapit;* Vatic. 3. Prag. *barbefulapperit;* Vatic. 2. *barbefulaput;* Lipf. *barbefulapiat. Deinde;* alius Vatic. *barbefulapia;* Cibin. *barbefulapich. D.* Vindob. *barbexi laphito;* alii *barbeful aperit.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. reliquae ad Voffium *Berbeful. Aperit;* tantum 13. 19. *Berbefula;* Vinetus afterifci figno adpofito *Barbefula pith;* Voffius cum fequentibus *Barbeful.* TZSCHVCKE. *Barbefola* Ptolemaeo eft, [2, 4] non *Berbeful.* Plinii fcriptum exemplar [3, 3. f. 1.] *Barbefula.* PINTIANVS. *Barbeful)* Alii *Barbefola.* Vtrumque recte. VOSSIVS. Sic Marcian. in periplo p. 39. Hudf. Βαρβήσολα, ut Ptolemaeus, et *Barbefola* Geogr. Ravenn. 4, 42. et 5, 4. Et hinc Marcianus poft: ἀπὸ Βαρβησόλων. Hic tamen cum Plinio *u* praecipiunt codices, uti nummus in Goltzii thefauro, fi vere retulit, p. 238. *Barbefula*, et lapis ibi repertus, tefte Cartero in Reife — p. 118. in quo *Barbefulani* confpicitur. Retinui igitur eam formam ita, ut cum aliis in fine adderem *a* a proxima voce abforptum.

§. 8. *Aperit)* De corruptione vocis proxime dictum eft. TZSCHVCKE. Puto omiffum a librariis verbum *terras*, ut in Operis aditu de Oceano: *Hoc*, inquit, *primum anguftum, nec amplius* X. M. *paffuum patens, terras aperit.* Vel fcribe, fi magis placet: *Aperit*

deinde ſeſe anguſtiſſimum pelagus, ut in Bithynia: [1, 19, 6.] *Hic iam ſeſe ingens Pontus aperit.* PINTIANVS. Forte: *Fit deinde*, vel *aperit deinde Atlanticum pelagus.* Supra 1, 19, 2. *Tum rurſus fit apertius mare.* Curtius [3, 4, 4.] *Anguſtias aditus, qui Ciliciam aperit.* Forte etiam addenda particula *et*, et legendum: *Et aperit deinde.* CIACCONIVS. *Fit deinde* legendum etiam iudicaverat docta manus ad marginem ed. 40. Quod *terras* vel *ſeſe* hic inſerit Pintianus, perperam eum egiſſe cenſet Voſſius ad Valer. Flacc. 3, 190. Ita nempe multa verba activa reciproca vi dici ſolent, de quo ad 1, 1, 5. etſi, cum ſic ad mare ipſum referri debeat, quod clauſum antea non fuit, durities reſidet. Nec eam mollit adiecta vox *terras*, quippe quae ex latiſſimo intervallo in anguſtius contrahuntur. Contra *aperire* noſter hoc ſenſu ponit, ut, quod ex anguſto in latius ſpatium diducatur, declaret. Sic 1, 19, 6. *Hic iam ſeſe ingens Pontus aperit;* 1, 19, 16. de Maeotide: *lacus longe lateque diffuſus — niſi ubi aperitur.* Sic 1, 19, 2. *apertius mare* obponitur *artiori*, quod antea c. 18. dixerat. Neque aliter capi poteſt de fontibus, ſinubus, ſpecubus, in quibus paſſim Noſter hoc verbum uſurpat. Aptiores hinc videantur Ciacconii coniecturae, dummodo in priori intelligatur, unde p (per) ex *fit*, verbo notiſſimo, exſtiterit, et alia verborum inanium monſtra enata, ſi *apit* exceperis, quod ex compendii ſigno neglecto pro *aperit* facile ſubiit. Forte urbis nomen hic latet, ſed quale illud ſit, equidem non dixerim. Idem aſteriſci nota adpoſita videtur innuiſſe Vinetus. Tum vero adridet aptiſſima omnium Ciacconia emendatio: *Fit deinde*, etſi et in ea ſequens *efficiunt*, duriuſcule conlidere ſono et cognatione videtur.

deinde) Heniſchius (34.) *dein*, ut alibi plures libri promiſcue. Vindobon. *affrice;* Cibin. *columpne:* ed. 1. *colonne.* Poſt Cibin. Vindob. et edd. quaedam

veteres *abila;* Lipſ. *habila;* Gud. *ab illa;* Prag. prorſus omittit. Kappius p. 105. (ed. 2.) malit interpungere: *litora. Montes* etc. etſi vulgatam lectionem quoque commode explicari poſſe non negat.

Calpe) Cibin. Rehdig. Vatic. Lipſ. Gud. Vindob. Prag. aliique cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 20. 23. *Calpes,* uti proxime poſt; 16. 18. 19. 21. 22. 24. reliquae *Calpe.* Recte ex Graeco Κάλπη. Poſt Vatic. 3. Prag. traiectis vocibus etiam *magis Calpes,* et *in mari prominens.*

qua ſpectat) Prag. *que ſp.* Edd. 14. 21. *quae ſpectat.* Prag. *apperit,* ut alibi.

ingreſſis) Ciaccon. unus cum Gud. Pariſ. 1. 2. *ingreſſi,* Ciaccon. alter, Voſſ. 1. Cibin. Rehdig. Vindob. Prag. Havn. et edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *ingreſſus;* Venet. Bonon. *egreſſus;* reliqui cum varr. in ed. 27. *ingreſſis,* uti (praeter Schottum, qui dedit *egreſſis*) Vinetus, Voſſius, reliqui, et Pintianus recte et cum codicibus emendaverat Ita nempe ſolet in notandis locorum formis et ſitu deſcribendo, qua parte progredientes adeant, inferre; velut 2, 4, 6. *Haec praegreſſos — excipiunt;* 1, 5. in. *in Noſtrum mare pergentibus, laeva Hiſpania;* 1, 13, 3 *ingredientes terret;* 1, 19, 16. *Hac ingreſſos lacus accipit;* 2, 1. in. *remeantibus ad dextram Europe eſt* e ſimilia. Sed et ita Strabo et alii. Quod eandem lectionem hic ex MS. Leidenſi protulit Vlitius ad Nemeſiai Cyneget. v. 251. ad noſtrum locum notat A. Gronoviu in MS. Leidenſi, quo ipſe uſus ſit, τὰ *atque inde i greſſis,* atque etiam praecedentia *in mare prominens* et per incuriam librarii omiſſa eſſe. Poſt Cibin. *parvim* Vindob. *previus* ex compendii nota male aut inſpec aut reddita.

§. 9. *specus. Sinus)* Vario hic locus verborum ordine et numero legitur. Lipf. Gud. Vatic. Parif. 1. 2. Venet. Rehdiger. Bonon. Prag. *specus et sinus ultra est;* Parif. 3. Vindob. Havn. *sinus et specus ultra est;* Cibin. et varr. edit. 27. *patet specus. Sinus ultra est*, et fic editiones poft Vinetum et Voffium; tantum Schottus (53.) et Reinoldius *specus est. Sinus ultra est.* Olim omnes etiam Vadianae, Olivarianae *sinus et specus ultra est.* Receptam nunc lectionem iam in nota praeiverat Pintianus. Nempe τὸ *est* repetitum facile offendit, tum *et* moleftum eft, et *specus* recte ipfaque rerum ferie poftulante praemittitur.

Carteia) Vatic. (3. praeponit etiam male *est*) Lipf. Rehdiger. *Cartheia;* Parif. 3. *inque eo Tarteia;* Vindob. *cratea;* Prag. *Carcera.* Edd. 1. 2. 9. *tarteia;* 3. 4. 5. *tartheia;* poft, etiam Iunt. Ald. Olivarianae, tantum non omnes, cum Camertinis 12. 14. 19. *Cartheia;* Vadianae *Carteia*, et fic Vinetus, Schottus, Voffius, alii; itaque iam praecipiebat ex auctoribus Pintianus. Gr. Καρτηΐα. Similes adeoque plures huius nominis corruptiones fiftit Drakenb. ad Liv. 21, 5, 4.

Tartessos) Lipf. *tarcessos;* Gud. Rehdiger. *tarcesos;* Havn. Vatic. 3. Prag. *carcesos;* Cibin. *carthesios;* Vindobon. *tarseos;* Vatic. 1. *Tartesos;* Parif. 1. 2. 3. puto *Tartessos.* Edd. 1. 3. 4. 5. 11. (hinc etiam Ven.) *tarthesos;* in aliis *Tartessos.* TZSCHVCKE. *Tartessos*, non *Tarthesos* ex Strabone, [3. p. m. 102. f. 148.] Ptolemaeo, [in quo non legitur] Plinio. [3, 3. f. 1.] Nam *Tarteros* ipfae Gades aliquando vocabantur; Plinius [4, 36. f. 22.] et Strabo. [cf. 3. p. m. 103. f. 149.] BARBARVS. Pofteriora minus accurate; qualia fint et effe debeant. Cf. Vol. 2. Videatur tamen fimplici *s* efferendum, maxime fi codices noftros audias in terminatione confentientes. Atque ita etiam fcribunt Ariftophanes in Ranis

v. 475. f. 478. Lycophron v. 645. uterque cum Scholiaſte, Aelian. V. H. 14, 4. in. Heſychius ſ. v. Γαλῆ et Ταρτησσὸς, Euſtath. ad Dionyſ. v. 337. et 453. Alii variant, ut Suidas h. v. plures geminata litera. Sic utroque modo Τερμησσὸς, Τευμησσὸς, Παρνασσός. Sed cf. de uſu promiſcuo in his vocibus Kuhnius ad Pauſan. p. 921 ſqq. Placuit ſequi codices.

Phoenices) Scribendum puto *Poeni*, non *Phoenices*, ut paulo ante de Carthagine Hiſpaniae: *quam dux*, inquit, *Poenorum Aſdrubal condidit*, et Barcino apud Auſonium [epiſt. 24, 68.] *Punica* vocatur. Confirmat etiam hanc lectionem, quod Ptolemaeus [2, 4.] *Melariam*, ſive ut ipſe appellat, *Mendariam* in Baſtulis locat, qui, ut ait, Poeni cognominantur. PINTIANVS. Pintianus ex hoc loco pro *Phoenices* ſcribi vult *Poeni*, ſicut *Carthaginem condidiſſe* legitur Aſdrubal, dux Poenorum, non Phoenicum. Verum Strabo lib. 17. [p. m. 572. f. 832.] Carthaginem novam Phoenicum coloniam appellat, atque complura Iberiae loca a Phoenicibus poſſideri ait, et Euſtathius, Dionyſii interpres: [ad v. 453.] Ἀῤῥιανὸς δὲ καὶ Ταρτεσσὸν [Ταρτησσὸν] Φοινίκων κτίσμα φησίν. CIACCONIVS. Pro *Phoenices Poeni* legendum cenſet Pintianus. Salmaſius vero [ad Solin. c. 27. f. 24. p. m. 205.] hoc vocabulum aufert et negat Tingitanos [nempe *Tingi altera* poſt legit] fuiſſe Phoenices. Mirum, non recordatum eſſe loci iſtius notiſſimi apud Procopium in Vandalicis, [2, 10.] ubi Tingitani ipſi ſe Phoenices eſſe teſtantur, et fugiſſe e Phoenicia pulſos a Ioſua latrone. Sed profecto etiam absque illo quis neſcit, totum litus Africae a Syrtibus usque ad fretum Herculeum et ultra Phoenices tenuiſſe? Erravit quoque Pintianus, ſed cum aliqua ratione. Phoenices enim ii, qui Africam inhabitarunt, ubique Poeni a Romanis appellantur, rariſſime vero, aut nunquam Phoenices. Sed nemo eſt, qui ignoret eosdem eſſe et Poenos ſemper a Graecis

Φοίνικας appellari. Mela vero hic maluit Graeco more loqui, quam Romano. Itaque quum exofum effet Romanis Poenorum nomen, Phoenicem fe appellavit potius, quam Poenum. VOSSIVS. Phoenices Africam coloniis fuis frequentaffe, Carthaginemque etiam condidiffe, notiffimum eft, et nofter infra 1, 7, 2. refert. Hinc facile etiam poftea conditorum nomen hic adhaefit, etfi plerumque fuis nominibus adpellantur. Ita apud Iuftinum 22, 5. in. Agathocles copias in Africam traiicit, pro qua Φοινίκην et Φοίνικας etiam dixit Polyaenus 5, 6, 3. Noti ex Polybio 3. 33, 15. et Livio 21, 22, 3. *Libyphoenices*, quos hic explicat *mixtum Punicum Afris genus*. Cf. Diodor. 17, 113. et in primis 20, 55. qui quidem a Carthaginienfibus diftinguit oram maritimam incolentes, fed connubiis iunctos addit. Atque adeo Libyphoenices in his locis confediffe fcribit Avienus in ora maritima v. 421. Sic Βλαστοφοίνικες forte pro Βαστουλοφοίνικες in Appiano de reb. Hifp. c. 56. Ex his igitur, et quae viri docti monuerunt, adparet, non moveri debere lectionem codicum. Zeletanos autem fuo nomine fuiffe docet Strabo 3. p. m. 96. f. 140. Ceterum quod Salmafius c. l. poft *Tarteffos* interpungendum monet, id iam dudum alios, in iis Vadianum, feciffe vidi. Nempe putant latere hic novae urbis indicium, innuique *Iuliam Transductam*, de quo Vol. 2. Certe alias aut ad Carteiam, quam quidam Tarteffum olim vocatam crediderunt, teftibus Strabone 3. p. m. 104. f. 151. et Plinio 3, 3. f. 1. referenda funt haec verba, aut, fi cum fequentibus nectas, ob adiunctum *atque* languent.

Tingentera. Tum) Locus omnium maxime controverfus et a librariis virisque doctis mire iactatus, ad cuius hiftoriam pertinent haec: Vatic. Ciaccon. unus, Voffiani plurimi, ut ipfe hic adfirmat, quidam I. Gronovii, Medic. duo tefte Norifio in Cenotaphiis Pifanis diff. 2. c. 1. p. 90. Codex Palatinus apud Salmaf. in

Solin. c. 27. ſ. 24. p. m. 204. Vindob. Havn. Auguſtin. Rehdiger. vel *tingenteratum*, vel diviſe *tingente ratum*; Cibin. *tyngenteratum*; Pariſ. 2. *Tingentae, Ratum*; Prag. *tingente meūmelana*; Britann. *Tingentanam*; Voſſ. optimus *Tingenteria*; Ciaccon. alter, Codd. Nunneſii, quos hic memorat in epiſtola ad Schottum (vid. A. Gronov. ed. 1748. p. 521.) Mediceus tertius apud Noriſium c. l. Lipſ. Gud. *cingente ratum*; in Lipſienſi quidem τὸ *a* et in textu et in margine crucis ſigno, tamquam quod deleretur, notatum erat, unde prodeat *cingentertum*; Pariſ. 1. 3. *Cingentae, Ratum*; Medic. quartus *ingente ratum*; Ven. Bonon. *atque inde mons ſimus. Tagete iuxta Menala et bello.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 23. *cingenteratum* et *cingente ratum*; 13. 19. *cingente fretum*; Nunnis in ed. Salmantic. 1498. *cingente fretu*; 16. 18. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae *cingente freto*; Schottus, praeeunte Sanctio, *unde nos ſumus ex gente ea*; Voſſius *Tingi Cetraria*; Vinetus, reliqui *Tingentera. Tum* — TZSCHVCKE. Verbum *Cingenteratum* (non ut Gronov. reddit *Cingenterarum*) arbitror corruptum pro eo, vel ſimili, quod eſt *cingente freto*, vel *attingens fretum*. Plinius [5, 3. ſ. 1.] *Oppida*, inquit, *Bello*, *Mellaria fretum ex Atlantico mari, Carteia*. Strabo [3. p. m. 96. ſ. 140.] *Egredientibus*, inquit, *poſt Calpem Mellaria eſt*. BARBARVS. Hermolaus pro *Cingenteratum*, ut antea legebant exemplaria, quod verbum nos barbarum, et falſo Pomponianae lectioni interiectum putamus, *cingente freto*, ſuppoſuit, caſtigatione, ut ſentio, frivola vix cohaerente. PINTIANVS. Lege: *Atque unde nos ſumus ex gente ea: Tum Mellaria*; rationem in prolegomenis reddidimus. Tot enim lectiones fabricarunt, quot manum Melae admoverunt. SCHOTTVS. Nempe non videbant belli cenſores, aut, ſi viderunt, conniventibus oculis diſſimularunt gentis nomen eſſe *Mela*. — Aliter non *Mella*, ſed *Mellarius* aut *Mellarienſis*, ut Grammaticorum filii praecipiunt,

dictus fuiſſet. — Vere Sanctius, ut mea fert opinio: *atque unde nos ſumus ex gente ea: Tum Mellaria,* edidit, quam lectionem, non inſuper habendam, acceptam refert Pet. Chiacono Toletano. Haec fere in praefatione. SCHOTTVS. Eliae Vineti commentum plane videtur, dum non liqueat, apud quem alium ſcriptorem *Tingenterae* nomen legatur. Ego lectionem Hermolai probo quidem, ſed ita, ut pro *freto* reponam *fretu,* ne longius abſim a MSS. *Cingenteratum* exhibentibus, quam etiam lectionem retinuit Franc. Nunnes; extremum autem illud *m* irrepſiſſe videtur, quod fieri plerumque ſolet ex initio proximi vocabuli. Nam *fretu* pro *freto* Tullianum eſſe monuit Gellius; [13, 20.] et Priſcianus lib. 1. apud Lucretium lib. 1. [v. 721.] de Sicilia legi obſervat: *Anguſtoque fretu rapidum mare dividit undis.* [Cf. Corte ad Salluſt. Iug. 18, 9.] Hinc, quod difficilius eſt, cum *cingente fretu* legendum videatur, planum faciemus. Nam Hermolai obſervatio hoc loco preſſa nimis eſt et brevis, ut ſaepe alias, et locum, quem citat Strabonis, [nempe contractum] adhuc non potui invenire. Pomponius itaque totius freti Hiſpanici oram voluit a monte Calpe ad Iunonis usque promontorium pertinere; Plinius, ſi attente legatur, anguſtiores fines circumſcripſit a Calpe ſcilicet ad Mellariam; recte vero uterque. Nam ut ab iis, qui luſtrarunt haec litora, memini me accepiſſe, ſinus ille, quem ultra Calpem facit Pomponius, ſinditur medio monte in duos ad Iunonis usque promontorium, e quibus is, qui occidentem ſpectat, flectitur magis ad ſeptentrionem, at is, qui ad orientem et noſtrum mare ſpectat, anguſtiis maris premitur, quod et comprobat Plinius lib. 5. [in.] cum docet anguſtiſſimum fretum eſſe a vico Mellaria ad promontorium Album Africae. Sic fit, ut Plinius anguſtiorem tantum partem freti, quod in ea aeſtus magis ferveat, *fretum* nominaverit; Pomponius autem longius fretum produxerit, quod promontorium Iunonis adverſum eſſe ei, quod Ampeluſiam in

Africa nominant; animadverteret, et illo Africam, hoc Europam occidentem verſus finiri. His ita poſitis, cum *terra* dicatur Latine *cingi mari*, cumque fretum ſit Pomponio totum illud mare a Calpe ad Iunonis usque promontorium, findaturque praeterea ad Mellariam, praeclare Pomponius et illuſtri brevitate patriae ſuae ſitum expreſſit, *atque unde nos ſumus cingente fretu Mellaria.* Illud etiam ſententiam noſtram videtur confirmare, quod Pomponius, cum enumerat oppida, quae oram totius freti occupant, ſingulis eas coniunctiones praeponit, quae vim copulandi habent. Itaque nullo modo fieri poſſe videtur, ut locus ille, *et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant*, de Carteia accipiatur, nec ille, qui deinceps ſequitur, *atque unde nos ſumus* etc. Quod autem affertur, ſi Mellariae natus fuiſſet Pomponius, *Mellarienſem*, non *Melam*, nominandum eſſe; haec oratio pro certo et explorato ſumit, cognomina tantum a loco, ubi quis natus ſit, peti debere, quod perabſurdum plane eſſet, aut nomina ἐθνικὰ ſemper κατ' ἀναλογίαν ex primis nominibus oppidorum flecti, quod in *Meſſana* et *Mamertinis*, in *Capua* et *Campanis* multo aliter evenire Varro [7, 18, 31.] obſervat; aut certe, quod proximum eſt, nomina ἐθνικὰ contractiora nominibus oppidorum eſſe non poſſe, quod tamen incertum eſſe ſatis multa declarant, ut Graece Κρὴς a Κρήτη, et Latine *Creſſa* a *Creta*, et Θρᾴξ ἀπὸ τῆς Θράκης et Latine *Thrax* a *Thracia* et alia huiusmodi; ſed ne diligentius in iſta inquiram, nonne fieri poteſt, ut idem cognomine *Melae* appellaretur, quod erat in Hiſpania uſitatum, et Mellarienſis eſſet patriae origine, ut apud nos *Sola* et *Soler*, qui *Sollariae* natus ſit. In quo, ut in cognomine Melae, unum *l*, at in nomine ἐθνικῷ duplicatum *Sollarienſis*, ut in *Mellarienſis*. NUNNESIUS *in epiſtola ad Schottum* p. 521. in ed. A. Gronov. 1748. *Tingentera* plurimi codices, unde Caſaubonus [ad Strabonem lib. 3. p. m. 96. ſ. 140.] faciebat *Tingi contraria*,

Salmasius [ad Solin. c. 27. f. 24. p. m. 204.] *Tingi altera.* Quae lectio quidem magnam habet speciem, attamen vera non est. Nam quod dicit, id accipiendum, ut *altera Pergama* apud Virgilium, [Aen. 5, 87.] in eo fugit illum ratio. Nam quis hic non agnoscat tralativum loquendi genus a similitudine rei desumtum? Itaque si quis Narbonensem provinciam vocet alteram Italiam, aut Naxum insulam alteram appellet Siciliam, aut denique antiquam Massiliam alteras dixerit Athenas, is recte et proprie loquetur, propterea quod hic sit similitudo rei, non nominis. At vero si nominis tantum sit convenientia, uti, si quis Carthaginem novam, alteram Carthaginem, aut Athenas in Libya, alteras Athenas, aut has vel illas Thebas, alteras absolute Thebas vocarit, is non tantum ineleganter, sed nec usitato more loquetur. In homonymis talis metaphora locum non habet. Alterum, quod affert exemplum, id fictitium est. Nemo Salamina in Cypro alteram vocavit Salamina. Videamus itaque, an aliud lateat vocabulum. Codex Britannicus, cuius usuram debeo avunculo Iunio, legit hoc loco *Tingetanam.* Optimus noster *Tingenteria.* Dico scribendum esse *Tinge Cetraria.* Iulia Ioza, Iulia Traducta et Tingi Cetraria unius oppidi sunt cognomina. Traductam Cetrariam vocat Geographus Ravennas, [4, 42. f.] cuius aliquoties fecimus mentionem. *Salduba, Maliana, Carteia, Transducta Cetraia, Mellaria, Belon.* Paulo post [5, 4.] relegens oras Hispaniae similiter Transductam Cetrariam vocat. *Iuliam Iozam* idem esse Poenice, quod *Traducta* Latinis, optime ostendit hominum, quotquot vivunt, doctissimus, Bochartus. [in Chanaan 1, 24.] *Cetrariae* nomen esse a cetris nemo non videat. Apud Ptolemaeum [4, 1.] latet ulcus in nomine Tingis huic oppositae. Nam quo apud ipsum legitur loco Τίγγις ἡ καὶ Καισάρεια, vel, uti habent manu exarati libri, Τίγγις Καισάρια, omnino scribendum est Τίγγις Καιτραρία. Si Tingi ista unquam dicta fuisset Caesarea, iam et Tingitana quoque

provincia Caesariensis dicta fuisset, ac proinde duae fuissent Mauritaniae Caesarienses, quod absurdum existimare. Sed ut diximus, a cetris vel caetris dicta est Καιτραρία. Graeci enim vocabulum hoc cum diphthongo exprimunt. Hesychius Καίτραι ὅπλα Ἰβηρικά. Erravit autem Ptolemaeus, quod Tingi Cetrariam cum Tingi metropoli confuderit, ac proinde in Africa locarit, cum in opposita freti ora collocanda fuisset. Huic simillimus est error Plinii, [lib. 5. in.] qui *Tingin Traductam* eandem esse credidit, atque *Tingis metropolis;* plane ac si *Cetraria* et *Traducta* non coloniae in Baetica, sed cognomina Tingis in Mauritania fuissent. Porro quod de hoc oppido dicit Plinius: *Tingi, quondam ab Antaeo conditum, postea a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia*, id minime verum esse potest. Nam si a Claudio deducta, quare *Iulia* appellatur, quomodo eius meminisse potest Strabo, quomodo Mela in ea nasci, qui sub Claudio floruit? Liber noster manu exaratus legit: *postea a centum quinquaginta millia Caesare.* Nempe pro *Cl. Caesare* legendum est C. I. *Caesare.* Passim in inscriptionibus nomen *Caji Iulii Caesaris* tribus istis literis C. I. C. continetur. A Caesare itaque Iulio deducta est haec colonia, qui, quoniam eam adsignavit caetratis ulterioris Hispaniae cohortibus, quarum ipse meminit lib. 1. [c. 39.] Civilium, cognominata est *Caetraria.* Caetrariensis igitur fuit Mela natione, genere vero Poenus. VOSSIVS. In tam variis, magnis dubiisque sententiis nihil putavi commodius a me potuisse fieri, quam exhibere scripturam, quam et retro docti plerique testati sunt in scriptis exemplaribus haberi, et ipse etiam vidi, quae est vel *Cingenteratum*, vel *Tingenteratum*, vel, ut tandem ex optimo suo producere se testatur Vossius, *Tingenteria tum*, quibus accesserunt inspecti nuper quatuor codices Medicei, in iisdem characteribus hoc quidquid latet exhibentes, nisi quod unus habet *ingente ratum.* Ex hac autem tam fixa earundem litera-

rum tenacitate apparet, quam fraudem patri Voſſio inferant Typographi aut ipſe ſibi lib. 1. [c. 25. p. 151.] de Hiſtor. Latin. ubi dicit, alios veriſimilius putare, fuiſſe natum *Cingeterati*, quod (addit) MSS. Melae codicum fidem ſecuti ibidem Baeticae oppidum ſtatuunt, quum ex ſequentibus appareat, literam *n* in nullo codice omiſſam eſſe; et ipſe tamen rurſum mox: *Ergo ſi MSS. codicibus ſtandum, patria Melae erit Cingeteratum, vel Tingentera.* Porro etiam inde fieri debere *Tinge Cetraria*, nunquam mihi perſuaſi, et plane in eo clariſſimum virum tam cenſui eſſe verum, quam eſt in Salmaſiana coniectura refellenda. Id enim ut faciat, format hanc διάταξιν. „Si nominis tantum ſit convenientia, uti ſi quis Carthaginem novam alteram Carthaginem, aut Athenas in Libya alteras Athenas, aut has vel iſtas Thebas alteras abſolute Thebas vocarit, is non tantum ineleganter, ſed neque uſitato more loquetur." Ea nihil fingi poſſe vanius, vel ipſum Melae hoc compendium probat, ſcribentis lib. 1. c. 7. *Tum Leptis altera;* et lib. 1. c. 14. *alter fluvius;* lib. 2. c. 4. *latus alterum;* et lib. 3. c. 8. *et alia Beronice.* Nulla hic ſimilitudo rei et tantum nominis; et ſic paſſim ab aliis fieri ſolet. Ex qua eadem obſervatione prorſus ἀβδηριτικὸν eſſe pronuntio, cogitare lib. 2. c. 2. ſcripſiſſe auctorem, *tum Neſtos fluvius.* Si enim ſic ſcripſiſſet, ex perpetua eius conſuetudine etiam ſtatim poſt ſcripſiſſet: *Ultra Neſtos alter fluit.* Quod quum non fecerit, alligamus ſententiam noſtram, hoc eſt, manum Pomponii libris manu exaratis. Ipſa autem haec *Cetraria* facit, ut aliquando et *Parmariam* (imo talem propinquam Italiae inſulam olim fecerant lib. 2. c. 7. ſed *Palmaria* eam eiecit) et Haſtariam aut Sariſſariam exſpectemus. Et cur non ſuffecit *Cetrata?* Nos quidem ita hic verſamur, ut nihil excudere poſſimus, aut ſane temere velimus. Nam quod nuper Eliam Vinetum ſequutus cenſuit retinendam *Tingenteram*, quam velut minus celebre eius orae oppidum ceteris Geogra-

phis omittentibus, Mela tamen ibidem natus debito erga patriam cultu et obſequio ſuis libris inferendum duxit, lepide quidem, ſed fruſtra, dicuntur, non minorem riſum merentia, quam quo Ephorum Cumaeum inſequnta eſt univerſa antiquitas, quum hoc tempore Cumas pacem tenuiſſe ſcriptis ſuis inſeruit. Immo *Tingentera* eſt vox ſine ratione, neque conſtat quidquam ex illis tot MSS. utrum *Tingentera*, an *Tingenteratum* fuerit appellatum, an denique *Cingentera*. Ne tamen aſymboli ſimus, proponimus, Lector, quid nobis conſiderantibus ſcripturam veterem obvenerit, afferentes probationem nullam, quia illam omnem ab tuo iudicio exſpectare malumus. Vt ſaepe apparuit commixtas et confuſe uſurpatas in hoc opuſculo fuiſſe quasdam literas alias, ſic video etiam has, nempe *n* et *h* idem paſſas. Vel animadverte lib. 3. c. 2. ubi pro *haec* editiones diu habuerunt *nec*. Id tu delibera, an non et hoc loco contigerit. In vulgatis enim, quas repoſui, plane videmus eſſe has literas *Tingehieratum*. Poteſtne igitur fuiſſe *Tinge Hiera, tum Meli?* Nihil addo. I. GRONOVIVS. — An ergo Leptis magna cognominata fuit Leptis altera? Oſtendere debuiſſet Gronovius, ullum locum aut ullam civitatem abſolute alteram dictam fuiſſe. Recte quidem Salmaſius Hiſpanicam Tingin vocat alteram reſpectu Tingis illius, quae in oppoſito erat litore, ſed negavimus, illam abſolute ſic fuiſſe appellatam, cum *Iulia Ioza*, *Iulia Traducta* vel *Caetraria* fuerit cognominata, non altera. Quaerit, quare potius *Caetraria*, quam *Caetrata* fuerit vocata? Verum ipſe promat teſtem, qui *Caetratae* meminerit; ego teſtem dedi alterius cognominis. Dicit, ſe iam etiam *haſtariam* et *fariſſariam* exſpectare. Sed diu quaeret, antequam Mauros et Hiſpanos inveniat fariſſatos, cum caetrati trecenti, et pluribus occurrant in locis. De Neſto opus non eſt, ut plura addamus; ſufficiunt ea, quae diximus. Mirum vero, quod relicta illa, quam paulo ante adſerebat, Salmaſii coniectura, putidiſſimam conetur

inducere lectionem; pro *Tingentera* enim ſcribendum cenſet *Tinge hiera.* Verum quid ſibi vult iſtud *hiera?* Si Graecum eſt et ſacram ſignificet, quis riſum contineat inter Mauros et ultimos Hiſpanos recenſeri coloniam Romanam cum Graeco cognomento? An ergo iſti rerum domini, qui ne in ipſa quidem Graecia alia, quam Latina indidere cognomina, cum ſacram dicere potuiſſent, contra mores et inſtituta ſua Graecam praetulerunt appellationem? Sed et quare et quorſum *ſacra?* Fierine poteſt, ut ſenſibus integris quisquam talia vel ſcribat vel cogitet? VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Nonne ſordidiſſimus ac plane peſtifer in ſtudiis fuit Voſſius, qui velut ex meis verbis cogitare ſuſtinuit de Lepti minore et magna, ut mox vocat? Quum ſic ſcribere velit, eat ad ſuum Plinium et Ptolemaeum et Antoninum et poſteriores *Leptimagnenſes* et *Leptiminenſes.* Operam damus nunc Pomponio, qui Leptin minorem plane ignorat; et eius verbis de Syrti maiore intelligendis fere crediderim Leptin magnam vel maiorem procuſam eſſe. Vbi vero Salmaſius dixit hanc *Tingin* abſolute (ea vox Voſſii) vocare alteram? Non dicit Salmaſius, habuiſſe cognomen abſolute *Alteram*, ſed a Mela ſic vocari. Verba eius certa ſunt p. 288. [p. m. 204.] „Hanc Mela Tingi alteram vocavit ad diſcrimen Tingis Mauritaniae, et quod ex illa haec ducta ſit.“ Itaque comparative ſic dictam vult, non abſolute, et quidem a Mela, qui in lib. 1. de Mauritanica Tinge egerat. — Sed neque ego dixi Leptin magnam cognominatam fuiſſe Leptin alteram, quod rogat; ſed Mela ſic explicat, ut pateret, diverſam ab prius nominata. Cur igitur debuit Salmaſius aut ego oſtendere, ullum locum aut ullam civitatem abſolute alteram dictam fuiſſe? Cur negaſſe ſe gloriatur, illam abſolute ſic fuiſſe appellatam, cum Iulia Ioza etc. cognominata fuerit, non altera, quum Salmaſius id nuspiam ſtatuat? Haſtariam aut Sariſſariam exſpectabo ab Voſſio, non utique apud Mauros et Hiſpanos, ſed quacunque

in regione. Salmafii coniecturam non adferui, nifi hactenus, ut iniqua ab Voffio argumentatione depreffam pateret; nam et ipfa nimis abit ab vetufta lectione. Quomodo enim mihi imaginabor, literas *Tingentera tum*, vel ut eft in Mediol. *Tingente ratum*, five *Tingenteria tum*, five *Tingetanam tum*, aut fi monftrofa placet, quam vidit et notavit frater ex Veneto codice, *atque inde mons finus. Tagete iuxta meriola;* veniffe aut ex *Tinge contraria tum* Cafauboni, aut *Tinge altera tum*, aut *Tinge cetraria tum;* praefertimque iftam Cetrariam ad tempora usque Ravennatis Geographi fuiffe fuppreffam et incognitam? Falfum eft, me fcribendum cenfuiffe *Tinge hiera*, quum nihil dixi, nifi obveniffe mihi et rogaverim, an poffit fuiffe. — Sed an Mela confiderat Romanam coloniam? Nec hic, nec fere usquam, nifi ubi manifefte edit. Deinde an id mirandum putat tantopere? Nonne circa Tagum ab Antonino nofcitur *Hierobriga?* An non ΛΕΠΤΙΣ utique colonia iam tunc Romana Graeco charactere fic exprimitur in numo Tiberii, ut et Agrippinae apud Genofevam? An non Offigi in Hifpania ad Baetin ponit Plinius cognominari Laconicum? An Romana vero colonia non eft cum Graeco cognomento? Quae eft igitur illa Nicopolis Actii? Hinc vide, quam legitima obiectio fit, iftos rerum dominos ne in ipfa quidem Graecia alia, quam Latina indidiffe cognomina. Nunc pergerem, nifi medio tempore ea effent edita, quae ferme piaculum eft cognofcere. Legantur ea, quae Norifius, Harduinus, Vaillantius potuerunt comminifci et aufi fuerunt evulgare. Quis modus nugarum erit? Ad Iuliam Traductam in numis gloriofam trahunt omnes quoque Melam varia fane fabulatione. Et hinc etiam quatuor numos appofui. Sed non credo, vel minimum intercedere Pomponianae Tingenterae cum ifta Traducta. Habeant eam fibi. Latent alia, de quibus alibi. I. GRONOVIVS *in nota pofteriori.* Plerique hinc patriam Melae *Mellariam* putant. Sed huic ego fententiae fubfcribere

nequeo. Namque, ut de argumentis criticis nihil dicam, repugnat particula *et* poſt *Mellaria.* Mela in talibus formulis periodos finire ſolet, neque cum ſequentibus praecedentia coniungit; e. g. lib. 1. c. 8. *atque (unde terris nomen eſt) ipſa Cyrene;* 1, 19. *et, quae Paphlagoniam finit, Armene;* 2, 2. *atque, ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magno, Apollonia;* 2, 3. *atque, unde ipſi nomen eſt, Mecybernam incingit;* 2, 5. *et, unde olim his terris auxilium fuit, nunc et nomen et decus eſt, Martius Narbo;* 2, 6. *et, unde ei nomen eſt, Illicen;* 2, 7. *atque, unde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos*, et paullo poſt, *atque, ut Alexandriae, ita Brundusio adiacens, Pharos.* Plura loca nunc addere nolo. Qui vero Melam uno tenore ſaepius perlegit, et quaſi familiaritatem aliquam cum ſtilo illius contraxit, ille lectionem multarum editionum *atque unde nos ſumus* cingente freto *Mellaria et Belo et Beſippo* etc. probare neutiquam poterit, ſed poſt verba, *atque unde nos ſumus* nomen urbis quaeret, quod quale ſit, anguſtia huius loci non patitur demonſtrare. Interim *Tingentera* cum Vineto, Gronoviis, Reinoldio, aliis praetulerim. KAPPIVS *in praefatione.* Habes interpretum Melae de huius loci lectione conſtituenda ſententias, quibus et aliae doctorum virorum inſertae ſunt, numero ſatis copioſae, re ipſa diverſae et vel minus vel magis probabiles, omnes incertae. Addi tamen vel ſic poteſt, coniectura I. Gronovii, quam in ſcholis olim ediderat, uti docent notae MStae. Ita autem ibi: „Voſſius audacter, quod probari nequit, ut ab aliqua armaturae parte cognomen acceperit urbs. Videtur tamen hic fuiſſe urbs nomine *Tingi* vel *Tinge*, quia iſtae literae clarae ſunt in veteri lectione ſcriptorum codicum, quae fere eſt *Tingentera* aut ſimile quid huic vicinum. Iam porro de reſiduis literis videtur ſcripſiſſe auctor *Tingi, Xera. Xera* exſtat apud Stephanum de urbibus, [Ξηρὰ] qui teſtatur eam eſſe urbem prope Herculis columnas." Hactenus. Porro Antonius

in bibl. Hiſpana vet. T. 1. lib. 1. c. 11. p. 50. emendat *Tingi Ibera*, quod tamen relinquit aliorum arbitrio vel creta vel carbone notandum. Addo Maianſium in ſpecimine bibliothecae Hiſpano Maianſianae a Davide Clemente Hannov. 1753. 4. edito, qui, dum Carteiam Melae patriam adſerere ſtudet, ut ſententia ſit Mela dignior, legendum cenſet: *atque inde nos ſumus;* tum a Sanctii lectione ſe non alienum eſſe profitetur. Denique vir doctus in exemplari ed. 40. legend. adſcripſerat *Tingi Traducta*. Cum totum iudicium a codicum indiciis regatur, et ſumma disputationis vis et cauſa in quaeſtione verſetur, an nomen hic urbis lateat, nec ne, illorum utique ſententiae proxime ad verum collineant, quae preſſius ſequuntur codices et Melae orationem reddunt. Ex iis tamen, qui nomen urbis hic ſubeſſe arbitrantur, nimis a verae lectionis veſtigiis recedere videntur, nec hiſtoriae fide adiuvari, Salmaſius, Voſſius et I. Gronovius in notis MStis. Nulla enim, quod et Salmaſius ingenue profitetur, usquam hic *Tingi* occurrit, et, quae Plinius 5, 1. commemorat, ipſa narrationis ſerie redargui, docuerunt praeter Salmaſium, Voſſium et Bochartum in Chanaan 1, 24. multi alii. Ita enim ille: *Tingi* (in Africa) *quondam ab Antaeo conditum, poſtea a Claudio Caeſare cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia.* Nempe Traductam omnes in Hiſpania ponunt, nec *Iulia*, qualem et numi vocant, recte dici potuit, quae Claudium conditorem habebat, immo *Claudia.* Cf. Spanhem. de uſu — num. diſſ. 13. p. 603. Harduini opera ſelecta p. 77. Prideaux ad marmora Arundeliana n. 135. p. 501. (ed. 1732.) qui probat Voſſii explicationem, Noriſius ad centoph. Piſan. diſſ. 2. c. 1. p. 90. Vaillant in numiſm. aereis Imper. — in coloniis P. 1. p. 67 ſq. ut taceam alios, et quae Voſſius in nota expoſuit. Plinii tamen fidem, quippe qui rem ſua aetate factam perſequatur, et Traductam duplicem ponere, quarum haec in Mauretania quaerenda ſit, adſtruere conatus eſt Eckhel in doctrina

numor. P. 1. V. 1. p. 50. Magis contorta eſt Harduini ad Plinium c. l. explicatio, qua Claudium incolas Traductae Hiſpanicae in avitas ſedes additis novis colonis reduxiſſe et Traductam Iuliam adpellaſſe fingit, etſi in cognomine *Iulia* laborat. Harduinum tamen probat Florez in Eſpãna Sagrada T. 10. p. 54. Sed nec proſunt, quae Salmaſius de uſu vocis *altera* adtulit, quae ſimilitudinem tantum indicat, aut idem praecedentis urbis nomen reddit. Ita nempe facile probatur, cum Cicero Capuam alteram Romam vocat de lege agr. 1, 8. et alibi et noſter 5, 8. *altera Berenice*, et ſimilia. At nihil hic eiusmodi praecedit, vel excogitari poteſt, quod ſimilitudinem inferat, nec idem nomen repetitum reſpicitur. Accedit, quod auctore Strabone lib. 3. p. m 96. ſ. 140. Zeli ſ. Zili potius, quam Tingi coloni deducti ſunt Traductam, quam Tingin alteram interpretantur. Denique, ſi Tingis illa, quam Traductam Iuliam Plinius c. l. poſtea vocatam eſſe ſcribit, in Mauretania ponenda eſt, uti cenſet Eckhel, patria haec Melae, Hiſpani, eſſe minime poteſt. Ivit tamen in Salmaſii partes Bochartus in Chan. 1, 24. Neque magis placet Voſſii emendatio ſatis acerbe a Gronovio exploſa. Teneri tamen forte et haec poſſunt. *Caetraria* (per *ae* enim praeferunt *caetra* viri docti) vox eſt a Voſſio efficta. Nusquam legitur, caetratis cohortibus agrum adſignatum fuiſſe, ut ad dubiam lectionem confirmandam excogitari et transferri poſſit. Porro caetratae cohortes merebant in caſtris Pompeianis, non Caeſarianis, quod adparet ex Iulio Caeſ. de B. C. 1, 59. iisque ad deditionem compulſis hac conditione veniam dedit, ut ii, qui haberent domicilium aut poſſeſſiones in Hiſpania, ſtatim, reliqui ad Varum flumen dimitterentur. (Cf. ib. 1, 86.) Qui igitur in coloniam a Caeſare deducti eſſe poſſunt? Alius porro error in eo admittitur, quod a Iulio Caeſare, ſi quis tamen cum eo velit, deducti eo caetrarii dicuntur, cum Zeli huc deductos eſſe diſertis verbis adfirmet Strabo c. l. quod

quidem mortuo I. Caesare factum est. Nam cum dictator ille esset, Tingi ac Zeli imperabat Bogud, cui successit a. V. 716. Bocchus. Mortui a. V. 721. regnum Augustus nemini tradidit; ipse Zelitenses huc migrare iussisse videtur. Cf. Norisius ad Cenotaph. Pisan. diss. 2. c. 1. p. 89 sqq. ubi copiosius ea exponit. Vnicum igitur restat praesidium, quo praecipue nititur Vossii sententia, ex Geographo Ravennate petitum. At eius auctoritas non satis gravis est, ubi antiquiores in hac maxime causa silent, nec integer ille ex librariorum manibus emissus est, uti nec hic sibi constat lectio, nec ipsum verbum Transductae cognomen, sed singularis urbis nomen esse videtur. Vossii tamen sententiam amplexus est iisdem, quibus ille, causis motus Florez c. l. Tom. 10. p. 52. obiectas difficultates removere conatus Vaillant c. l. P. 1. p. 67. dummodo, quae adtulit, iusta auctoritate niterentur. Ita enim ille fere: *Iulia Traducta* non a Romanis condita, sed urbi cuidam hoc nomen impositum est, teste Mela, a quo prisca eius adpellatio, *Tingentera*, indicetur; plures autem in Hispania urbes, prisco nomine deposito, novum accepisse ex Plinio cognosci; hanc nostram prius vocatam *Caetrariam*, deinde *Transductam*, tum *Tingenteram* mutato nomine et *Iuliam Caetrariam* ob caetrarias cohortes; Iulium Caesarem Baeticam ipsam novis civibus auxisse, Augustum postea Iuliam Caetrariam paene desertam sive Romanis, sive Zelitanis et Tingitanis civibus locupletasse; obtinuisse hinc nomen *Iuliam* et *Iozam* pro Caetraria, et sic *Iuliam Iozam* i. e. *Transductam* adpellatam esse. Quae quam sint arbitraria et disiecta, quis non sentit. I. Gronovius suae coniecturae parum ipse tribuit, et quam in notis MSStis antea protulerat de *Tingi Xera*, ea non magis valet. Inferit enim praeterea novam urbem et locorum ordinem situmque turbat; si, quod verum est, et ex hodierno nomine *Xeres* probare nititur Nonius in Hispania c. 13. *Xera* dicta olim est *Asta*, longius hinc dissita, sic ut vage Stephanus ad

Herculeas columnas fedem illi adfignaverit. Nec magis, quo fe tueatur, habet Antonii *Tingi Ibera*, addito cognomine Graeco, et aliena hic infercit lectio Ciacconii et Schotti, cum urbs, non gens hic defideretur. Propius librorum veftigia fequuntur, qui *cingente freto* vel *fretu* adferunt; nam et *fretu* dici praeterea conftat ex Nonio Marcello c. 4. aliisque, uti Lexica docent et Lucretii interpretes ad 1, 721. etfi vix Melae tribuerim. Sed duriorem haec verba, nude vageque pofita, orationi Melae formam imprimunt, iniectaque vi brevem diducunt. Adfenfi tamen funt plures, qui Melae patriam in urbe Mellaria quaerunt, de quibus in differtatione de Mela. Pobari poffit Cafauboni emendatio, dummodo leniorem verbis librorum medicinam adferat, etfi Salmafius c. l. monuit ex Strabone, Belonem potius, quam Mellariam Tingi effe contrariam. Defideratur hic utique urbis nomen, cuius quidem locus poni debet poft verba *atque unde nos fumus* et ante *tum*, quod ex ufitata Melae oratione, qua et ipfum librum finit, efficitur, ut bene docuit Kappius. Addam hic tantum fimilem noftro locum 2, 2, 8. *et, quo canentem Orphea fecuta narrantur etiam nemora, Zone; tum Schoenos fl.* Quae fi teneas, adhibitis libris, remanet *Cingentera* vel *Tingentera*, ex quibus hoc placuit praeponere viris doctis. Nempe *tum* inepte modo adhaeret, modo avellitur, ut fupra in *Rubricatum*. Cf. ad 1, 16, 2. Porro C et T faepe commutantur, cuius exemplum occurrit in his ipfis verbis *cingere* et *tingere*. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 14, 6. et quos laudat. Sic *tinctoria* et *cinctoria* 2, 1, 13. ubi vid. notata. Obftat hoc unum, quod nemo eius oppidi mentionem facit, nec antiqui Geographi, nec Antonini itinerarium, quod p. m. 407. a Calpe transit Mellariam interiecto Portu Albo. Tantum Geographus Ravennas 4, 42. f. poft Cartegiam (fic enim) habet Transductam, Cecrariam f. Cetrariam (ut 5, 4. in.) Melariam. Ex quibus an *Cetraria* huc pertineat, an Melae tempore ibi iam fuerit, quis pro

certo dixerit; ſed et a codicum lectione nimis illa diſtat. Omnino nomen verum librorum ſordibus tectum latet, nec de eo certi aliquid conſtitui poteſt. Neque tamen eſſe videtur *Traducta*, quippe quam antea ſubpreſſo quidem nomine, ſed verbo *transvecti* innuit, nec commode *et* — *atque* ad eandem urbem ex uſu Melae et contracta brevitate referantur. *Traducta* igitur, et, quam hic libri relinquunt, *Tingentera* vicinae urbes fuerunt; illius ſigna ſupereſſe videntur in *Algeziras*, huius nulla exſtant. In ipſo tamen hoc nomine Tingi ſubeſſe videtur, ut, ſicut *matertera*, interprete Feſto h. v. eſt quaſi mater altera, ſic *Tingentera* nihil velit aliud, quam *Tingi altera*, uti lepide notavit de la Nauze in diſſ. ſur la poſition de qu. anciennes villes Romaines vers le detroit de Gibraltar, (Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 106.) ubi pluribus de Traducta et Tingentera diſputavit, quas quidem easdem eſſe iudicat.

Mellaria) Vatic. 3. Pariſ. 1. 2. 3. Gud. Prag. Cibin. Vindob. varr. in ed. 27. *melana*; Vatic. 1. Lipſ. Rehdiger. *mellana*; in Lipſ. ad marginem librarius adleverat: *Mellana huius autoris patria*; Bonon. Venet. *menula*, non *meriola*, ut ex Venet. referunt Gronovii; Ciaccon. *melaria*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 19. *Mellana*; reliquae ex emendatione Hermolai Barbari *Mellaria*, uti ſcribunt Strabo 3. p. m. 96. ſ. 140. Plinius 3, 4. ſ. 1. et lapides.

Belo) Cibin. Vatic. Lipſ. Gud. Rehdiger. Venet. Vindob. Havn. *Bello*, ut edd. olim omnes cum Vadianis, Olivarianis, et Schotto; poſt Vinetus, alii *Belo*; ed. 13. *Belon*. TZSCHUCKE. *Belo* cum uno *l* Ptolemaeus, [2, 4.] Strabo [3. p. m. 96. ſ. 140.] et Stephanus. PINTIANUS. Sic et alii. Non male Graeca forma *Belon* ed. 13. etſi hic *Belo* praecipitur a libris.

Besippo) Lipſ. *Beſſippo*; Venet. Prag. *Beſipo*; Bonon. *Heſippo*; alii *Beſippo*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 28. *Beſipho*; Vadiano praeeunte, *Beſippo*; tantum omiſſo *et* Schottus, et *Boeſippo* uti Vinetus; ed. 13. *Baeſippo*. In ſequ. Venet. omiſit *Iunonis*, et ante *oram* ponit *qui*. Pro *occupat*, monente Pintiano, Schottus *occupant*, ut ad omnia ſimul referretur. Sed nec alterum ab uſu abhorret.

Illud iam) Venet. *Ille iam*; Lipſ. Gud. *illum*; Vindob. *occeanum*, uti ſit; pro *obliquo iugo* Cibin. Pariſ. 1. 2. Rehdiger. Prag. *aliquo iugo*.

in Africa) Cibin. Lipſ. Gud. Vatic. Prag. Rehdiger. Havn. cum edd. primis etiam 10. 11. 12. 13. 15. 17. 20. 23. *in Africam*; Venet. aliique *in Africa*, uti editiones reliquae poſt Camertis exemplum. Prag. praeterea omittit *quod*.

Ampeluſiam) Vatic. 1. *Anpeluſiam*; Prag. *amppetuſiam*; alterum exemplar ed. 25. *Ampeluſium*; poſt Rehdiger. *quam noſtra*. Tò *eſſe* ante *dixeramus* delet Ciacconius.

Europen) Vindob. *europem*; Gud. *ſinis europem*; Prag. Vatic. 3. Havn. *ſinis Europae*.

CAP. VII.

Codices hoc caput praecedenti continua ferie adnectunt, quod imitatae funt edd. veteres, veluti 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. cum Ald. et Iunt. Quaedam paragraphi fignum praeponunt. in quibus 11. 13. Aliae paragraphi figno adiiciunt infcriptionem hanc: *Europae infulae*, ut 12. 14. 19. Quae hodie ufum obtinuit infcriptio: *Mediterranei maris infulae*, auctorem agnofcit Vadianum in prima eius editione, quam propagarunt addito capitis numero, quem ferebat inftitutus ordo, Olivarius, Stephanus, Schottus, Voffius, alii. Reinoldius tamen infcripfit: *Noftri maris infulae*, fervata prifca locutione. Vinetus, fine titulo, uti folet, hinc incipit cap. 50. Ante verba paullo poft fubiecta: *Paucae funt in Maeotide* — leguntur in Parif. 2. haec: *Infularum defcriptio omnium et primum noftri maris, demum Oceani.* Venet. *Infularum noftri maris defcriptio.* Sic etiam Cocleus (ed. 11.) ibi diftinguit: *De infulis Meotidis et Ponti capitulum* VIII. et poft ante verba §. 4. *extra Hellefpontum* novo fegmento facto haec habet: *De infulis Afiaticis capitulum* IX. Paullo inferius §. 8. *De infulis Europe appofitis capitulum* X.

§. 1. *Gades)* Prag. *Gales*; Rehdiger. *Cades* — *ingreffis*; Cibin. et Prag. *egreffus*; Parif. 3. cum ed. 1. *egreffi*; reliqui recte *egreffis*. Tum Rehdiger. *eft. Admonet autem.* Cibin. *obvia eft, fretum admonet.* Poft omiffo *in* Vindobon. *quam occeani*; τὸ *in* excidit etiam in edd. 30. 32. Verbum *promifimus* Gud. mutavit in *proximus.*

excedat) Forte *exeat.* CIACCONIVS. At vulgata bene habet, quippe quae per vim verbi propriam idem fignificat.

Maeotide) Rehdiger. *meothide*, ufitata corruptione; Cibin. *Meotidie*; edd. 15. 20. *Maeotidae.* Poft

vocula *enim* omiſſa eſt in ed. 32. Tum augmento facto Venet. dat *videtur eſſe*. Pro *incoluntur* in Lipſ. et Prag. exſtat *incolunt*. Ita nempe activa et paſſiva per compendium ſcribendi ſaepe commutantur. Cf. ad Nepot. 2, 7. in. Sic in Cicerone pro Archia c. 5. pro Sextio c. 45. et alibi. Dictum eſt de eo etiam infra ad 3, 4, 3. Leviora, quae codices praeterea obiiciunt, praetereo.

nec — quidem) Vatic. Cibin. *ne — quidem*, uti ſaepe fit alibi. Exemplorum copiam congeſſerunt Duker. ad Florum 2, 5, 3. Drakenb. ad Livium 1, 10, 3. et quos producunt. Facile hic *ne — quidem* probetur iis, qui alterum reiiciunt et in illius locum reponunt, quibus adde praeter ſuperiores Cortium ad Salluſt. Iug. 51, 5. Cf. etiam Oudendorp. ad Caeſ. de B. G. 5, 44, 4. de B. C. 3, 37, 4. ad Sueton. Tiber. 15. et 21. Bentlei. ad Horatii Sermon. 2, 3, 262. et Abr. Gronov. ad Iuſtin. 7, 5, 8. qui plurima contulit. Et ſic repoſuerat *ne* Gronovius in Iuſtino 58, 4, 2. quod poſtea ex Cod. Mediceo probavit nepos. Alterutram rationem conſtanter ſervandam in perpetua illa varietate fuiſſe monet Heyne ad Virgil. Georg. 1, 126. et 390. Vtrumque diſcrepare putat Schellerus in obſervatt. p. 103. Promiſcuum cenſet Torrenius ad Valer. Max. 5, 7, 1. p. 294. Non ſimpliciter *nec* damnat Oudendorp. ad Caeſ. de B. C. 3, 37, 4. ſi *neque quidem* et *nec quidem* pro *et ne quidem* dixerint veteres. Atque hoc quidem uſu probat etiam Erneſti ad Ciceron. ad Quirit. poſt redit. cap. 9. cum alias τὸ *nec quidem* bene Latinum non ſit. Ita vero recte ſua cuique verbo vis et ratio ſervatur. Nempe *ne quidem* ſimpliciter et abſolute ponitur, *nec quidem* recenſitis vel praemiſſis aliis ſubiicitur, ubi *et ne quidem* ſubſtitui poſſit. Quae cum ita ſint, repoſui cum codicibus illis *ne — quidem*. Cf. infra ad §. 21.

pollinem) Pariſ. 2. 3. Prag. Vindob. *pulverem*, nec aliter, puto, Venet. et Havn. In aliis iisque optimis

eſt *pollinem*, quod et ex ſuis excitarunt Ciacconius et Voſſius. Editiones omnes praetulerunt *pulverem* ad Voſſium, qui ſe ex veteribus libris *pollinem* reduxiſſe adfirmat, etſi, ita iam a Vineto fuiſſe emiſſum, ſilentium conlatoris innuit. Recte tamen ſecuti ſunt Gronovii et alii, cum prior lectio ex gloſſa nata videatur. Tantum Gudian. *palinem* vitioſe. Tum edd. 1. 2. *fare*, ſed 9. recte *farre.*

§. 2. *et in Ponto)* Rehdiger. eiecto *et* haec poſuit. Tum Venet. *Teuce*; Pariſ. 1. *Leuchebe*; Prag. *Leute*; Vatic. 2. *Leuthe*; Vindob. *Leuca.* Edd. 1. 5. *Lauce*, in aliis recte *Leuce*, uti iam ex auctoribus omnibus legendum eſſe cenſuerat Hermolaus Barbarus. Sic pro *Boryſthenis* Pariſ. 1. Rehdig. *Boriſthanis*; Lipſ. *Boriſtanis*; Prag. *Boriſta*; Vindob. *boriſthenis*; Cibin. *boryſtenis*, ut ed. 3. In edd. 1. 2. *beriſtenis; 9. boriſtenis.* Pro *oſtio* plerique MSS. et edd. ex more *hoſtio.* Pro *obiecta* Gud. *abiecta*, quae commiſtio non eſt infrequens.

et quia) In codicibus, quos vel ipſe inſpexi, vel conlatos habui, exſtat *et quod*, uti in edd. antiquis 1. 2. 3. 4. 5. et aliis. Ex Pariſienſibus nihil notatum erat, forte quia compendii ſigno id expreſſum erat, quod in utramque partem intelligi poteſt, uti fit in editionibus quibusdam. Vinetus etiam retinuit *quod*; ſed Voſſius repoſuit *quia*, eumque ſecuti poſteriores. Ante Voſſium tamen ita inveni in ed. Lugdun. 1646. nec aliter Lipſienſis habuiſſe videtur. Equidem tot auctoritatibus motus revocavi priſcam lectionem *quod.* Schottus praeterea melius cenſebat *ſed quod;* praeter rem, quia Mela addit, non ſeparat.

Achillea) Ed. 21. *Achilleia*, uti poſt Vinetus. Tum Vindob. *nomine*; Rehdiger. *cognomine.*

non longe) Cibin. cum Voff. 1. addit *eft*. Sequentia magis variantur. Ciaccon. *Chollifaria*; Lipf. Gud. Rehdig. Venet. Prag. omnesque a Voffio infpecti, (de quo deinceps) *acolifaria* vel coniuncte, vel divife; Cibin. Vatic. 1. et 3. Voff. 1. *acholifaria*; Vindob. *a colis ara*; Havn. et Parifienfes cum fuis edd. confenfiffe videntur. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *acollifaria*; 13. *accolifi Aria*; 6. 7. 12. 14. *accollitur Aria*; 8. 10. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum adfinibus, Vineto, Schotto *accolitur Aria*, uti emendaverat Hermolaus Barbarus; Voffius receptam ab reliquis lectionem invexit, *a Colis Aria*, excepto Reinoldio, qui praetulit *a Colchis Aria.* Tum ex edd. veteribus fola ed. 13. habet: *accolifi Aria.* TZSCHVCKE. *Accolitur Aria* repofuit Hermolaus Barbarus, cum prius legeretur *non longe Acolifaria*, quemadmodum omnes etiam, [vid. fupra] quotquot vidi, manu exarati codices. Legendum *non longe a Colchis Aria.* Stephanus Ἄρειος [immo Ἄρεος] νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ. Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τοῖς δυοῖν παρηγμένον. Quafi vero ἐθνικὸν Ἄρειος non fit potius ab Ἄρεια. Verum nefcivit Stephanus, ita quoque appellatam fuiffe infulam. Poffit et legi nullius literae immutatione, *non longe a Colis Aria.* Nam et Coli in hoc tractu, quorum regio Κωλικὴ, cuius iam fuperius meminit Mela. [Cf. ad 1, 19, 14.] Non eft, quod quisquam exiftimet, Colis hic locum non effe, quod ii longius abfint feptentrionem verfus, cum et Plinius hoc loco Colicam recenfeat lib. 6. cap. 5. *Subiicitur Ponti regio Colica, in qua iuga Caucafi ad Riphaeos montes torquentur.* Et hic pro Colica repofuerunt Colchicam regionem contra fidem veterum exemplarium. Si verum eft Colas inhabitaffe τὴν ὑπώρειαν τοῦ Καυκάσου, uti ait Hecataeus apud Stephanum, et Caucafi extrema iuga dicta fint Κωλικὰ ὄρη, iam recte dixerit Mela, Ariam effe Colis vicinam, cum montes huic infulae

oppoſiti Caucaſi ſint appendices. VOSSIVS. Ex hac Voſſii disputatione Colis et Colchis hanc inſulam propinquam fuiſſe, Berkelius indicat ad Stephanum p. 163. Mihi tamen magis adridet *Colchis*. Primum obſcura nimis eſt et inculta Colica regio, quam ut ab ea ſitus inſulae deſignetur. Porro non certa adeo eſt et indubia lectio, (cf. 1, 19, 14.) ubi *Colice* commemorari putat Voſſius, ut illo loco niti recte liceat, etſi Melam in obſcuris illis gentibus etiam hanc ibi adtingere commode potuiſſe non negem. Tum ipſe ſitus, quem alii indicant, fortius pro Colchis pugnat. Si enim Melae priorem illum locum intuemur, Colici illi verſus paludem Maeotida ultra Colchidem ponuntur. Iam vero Plinius 6, 13. ſ. 12. hanc inſulam, quam et avium pugna memorabilem facit, contra Pharnaciam conlocat, quae ab Amiſo LXXX. M. P. remota erat, (cf. idem 6, 4.) itemque contra Ceraſunta i. e. Pharnaciam mutato poſtea nomine, Scymnus Chius v. 175. p. 53. Hudſ. Suffragatur Arrianus in periplo Ponti p. 17. Hudſ. qui a Pharnacia diſtare Ariam dicit 30 ſtadiis, unde ad Zephyrium curſus ſit 120 ſtadiorum. Igitur Colchos noſter, celebrem populum, tranſilire Mela debebat, ut ad obſcuros Colos perveniret, a quibus ſitum denotaret, quod quidem a re et ratione longe eſt alienum. Denique diſerte ſcribit νῆσος πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ πόντῳ. Placuiſſe etiam hanc lectionem vidi docto viro, qui ed. Gronovii 1685. cum codice Bonon. contulerat; adſcripſerat enim leg. *Colchis*. Eſſe autem et hodie circa Phaſin eiusque oſtia inſulas adfirmat Chardin voyage en Perſe T. 1. p. m. 148. (ed. Amſtel. 1735. 4.) etſi in iis de Aria contendere nolim. Recte igitur recepit Reinoldius Colchis, et in tabulis adnexis prope Ceraſunta poſuit. D'Anville neglexit, nec eam memoravit Ptolemaeus. Parum igitur, cum alia plura conſtent, codicum lectiones morari hic poterunt. Ceterum a vocibus: *Non longe* Cap. 51. incipit in ed. Vineti.

consecrata) MSS. *consecrata*, nec aliter MS. quo usus fuit Surita, ut ipse testatur in emendationibus ad itinerarium Antonini p. 663. [s. pag. 526. Wessel.] Supra 2, 2, 7. *Sunt Protesilai ossa consecrata delubro.* Cap. 3, 4. *Eleusin Cereri consecrata.* A. GRONOVIVS. Codices mei minus sibi hic constant. Parisienses, Vaticani, Venet. Havn. videntur consensisse cum editionibus, ad quas conlati sunt, atque habuisse *sacrata*. At quos ego inspexi, Lips. Cibin. Rehdiger. Gud. Prag. ferunt *consecrata*; ex Vindob. notatum est *consacrata*. Edd. antiquae 1. 2. — ad 42. exhibent *sacrata*, quod et repetiit Reinoldius. Primus *consecrata* dedit A. Gronovius in ed. 44. idque retinuerunt posteri, neque ego propter codicum fidem detrectavi, quamvis omnino perinde est, et composita cum simplicibus in hac ipsa particula passim mutantur. Sic apud Ciceronem de lege agrar. 1, 1. *dono* et *condono*; in Catil. 3, 1. *servo* et *conservo* et alia. Vid. Garaton. ad Ciceron pro Sulla c. 30. et in Pison. cap. 29.

fabulis) Prag. praemittit *in*. Pro *pennas* Cibin. et Gud. dant *pinnas*, qualis in diversam partem confusio notatur apud Ovid. Metam. 15, 475. Post *iaculatas* Paris. 2. Havn. Prag. Bonon. mutant in *iaculantes*. Alii tamen *iaculatas* tenent, quod et ostendunt editiones vetustissimae, et repetiit Vadianus. Edd. 14. 15. 17. 20. 23. 24. Olivarianae pleraeque, (nam 26. habet *iaculatas*) Stephanus, Vinetus, Schottus maluerunt *iaculantes*. Vossius inde revocavit *iaculatas*, quod remansit, et ego propter maiorem librorum consensum, etsi et alterum commode intelligi potest, praetuli.

Istri) Codices ex more *Histri*, ut Vindob. quod et placuit Vineto, vel *Hystri*, ut Rehdiger. Sic *hostia* et plura alia. Sed de huius nominis adspiratione vid. ad 2, 1, 8. Pro *ex his*, uti scribunt Vatic. Cibin. alii *ex iis*,

uti multae editiones. Prima dat *ex his*, uti poſt Vadianus, Voſſius et ceteri. Nota commiſtio et levis.

P e u c e) Pariſ. 1. Vindobon. Prag. *Pauce.* Edd. 1. 2. *pene*; 6. 7. 8. *Pece*; 19. *Peucae.* Sed plerique codices *Peuce*, uti iam legitur in edd. 3. 4. 5. et aliis. Gr. Πεύκη.

T h y n i a s) Hic gravius variatur. Nempe Vatic. Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Rehdiger. habent *Cynias*; Lipſ. Prag. *Cinias*; Gud. *Cimas*; Venet. Havn. opinor *Cymas*; Vindob. *Cinas.* Sic edd. 1. 2. *cimas*; 3. 4. 5. 9. 11. *cymas.* Hermolaus Barbarus pro *Cymas*, quod invenerat, (in ed. 5.) emendat *Thynnias* ex Strabone, [lib. 12. p. m. 374. ſ. 543.] Ptolemaeo, [5, 1.] Plinio lib. 5. [c. 44. ſ. 32.] *Thynnias*, etſi omnes ſimplici *n* efferunt, Strabo etiam in *α* (Θυνία) terminat. Dederunt tamen eius monito obſecuti *Thynnias* Stenus, (10.) Camers, Ald. Iunt. Vadianus, itemque Olivarius, uterque cum familia *Thymnias* placuit Schotto, quod tamen antea legi in ed. Lugd. 1538. 8. Rectius tandem Vinetus, Voſſius et ceteri receperunt *Thynias*, uti ex Ptolemaeo et Stephano legendum pronuntiaverat Pintianus. Quam lectionem in primis confirmat Plinius c. l. qui idem de duplici nomine, etſi paullum immutata forma, refert: *adverſa Bithyniae Thynias, quam barbari Bithyniam vocant. Thynnias* tamen et ibi quidam ſcribunt. At Graeci potius audiendi ſunt. Poſt multi, quod ſit, *Mariandinorum*, in quibus Rehdiger. Lipſ. Gud. Sic poſtea Cibin. Vindob. *bithinida*; Gud. *bitinida*; Rehdig. *Bythinida*; Prag. *bithinda.* Edd. veteres multae *Bithinida*, et *Bythinida.* Tum Havn. *proximam urbem.* Porro Vindob. omittit *quia*, et pro *quia* Cod. Ciaccon. ponit *et*; ed. 2. *quare Bithini.*

§. 3. *d u a e)* Vindob. Rehdiger. *duo.* Adſpiratio nomini *Boſporus* olim uſitate intruſa etiam hic

plerasque veteres editiones cum MSStis obſidet. Poſt Gud. *aliquandoque.*

creditae —) Haec oratio plane talis eſt, ut ipſa ſui indicio tamquam ſorex pereat; proinde credo mutato verborum textu reponi poſſe in commodiore ſtatu ſic: *Cyaneae vocantur, aliquando creditae concurrere, dictaeque inde Symplegades.* Plinius ob eandem cauſam et *Planetas*, [*Planctae* fertur hodie] hoc eſt errabundas appellatas ſcribit lib. 6. [cap. 13. ſ. 12.] PINTIANVS. Plinius lib. 4. cap. 13. [ſ. 27.] *In Ponto duae M. D. paſſ. ab Europa* XIV. *M. ab oſtio, Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque ſabulis inter ſe concurriſſe, quoniam parvo diſcretae intervallo ex adverſo intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie coëuntium ſpeciem praebebant.* Quapropter retinenda antiqua lectio. CIACCONIVS. Satis et haec faſtidioſe repudiaverat Pintianus, quae ex Plinio vindicat probe dicta Ciacconius, codicibus adſpirantibus omnibus. Mela, quod patet, vulgarem narrationem et fabularem adtingit, in qua non tam nominis explicatio, quam res ipſa ſpectatur, etſi nec prius intactum dimiſit.

Cyaneae) Magna hic obiicitur corruptio. Vatic. Pariſ. 3. *Cyanitae*; Pariſ. 1. *cianitae*; Gud. *cianite*; Lipſ. *ciamte*; (quod idem valere poteſt) Vindob. *ciarite*; Pariſ. 2. *Cyanicae*; Venet. *cianicae*; Cibin. et Rehdiger. *cyanice*; Prag. *ciance.* Sic edd. 1. 9. *cianitae*; 2. *cianibae.* Verum nomen, quod ex aliis auctoribus facile firmatur, prodiderunt iam edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. —

Symplegades) Cibin. *Simphegades*; Vindobon. *Sinplaegades*; quidam, ut Prag. *Simplegades.*

§. 4. *Proconneſos)* Vatic. 3. *Procomeſus*: Pariſ. 1. *Progneſos*; Vindob. *Proconoſus*; Prag. *Pro-*

carnefos; plerique alii cum vetuftis edd. *Proconefos*, uti etiam Vadianus fociique, et paffim aliorum auctorum exemplaria. Tantum in fine edd. quaedam *us* praeferunt, uti 3. 4. — ; ed. 1. *ffus* habet. Recepta hodie lectio, quam iam praeiverat Olivarius ex Gr. Προκόννησος intelligitur, terminatio Graeca ex ufitato Melae ftudio. De geminatione literae *n* dubitatio moveri poffit, quae morabatur primum 2, 2, 8. quia in infcriptione Sigea fimplex confpicitur. At evanefcit illa, fi ex Strabone 13. p. m. 425. f. 6:8. intellectum fuerit, duplex *n* ufum in his obtinuiffe, quibus diferte etiam hanc infulam adnumerat. In fequ. edd. 30. 32. vitiofe *habitantur*, quod ed. cognata 37. recte cavit.

Tenedos) Vindob. *thenedos* et *Segeis*. Editiones multae antiquae, poft etiam quaedam aliae, uti 21. 24. 25. Olivarianae omnino *Sigaeis*. A verbis: *Extra Hellefpontum* capitis 52. initium ftatuit Vinetus.

et quo) Prag. *ex quo*. Ed. 15. *et quod*. Tum Prag. *expofiti*. Ciacconius haec adfcripferat: Alias expungitur dictio *expofitae*, ut redundans. Id quidem minus bene, cum eleganter fitum declaret, et vocem *ordine* apte fuftineat et adiuvet.

quos quondam) Prior vox deeft in Parif. 1. Pro *quondam* Cibin. Prag. Vindobon. ex Gronovianis Voff. 1. 2. 5. et Leidenf. exhibent *quidem*; Vatic. Gud. Parif. 1. Rehdiger. Venet. et reliqui Gronoviani *quidam*, quod et notavi ex edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. — et poft dederunt Camers, Ald. Iunt. Vadianus, Olivarius, Schottus cum fuis. *Quondam* tamen iam pofuit Vinetus, et poft probarunt Voffius, Gronovii aliique, cui lectioni favent praeter ipfam rem et narrationem aliorum MSS. Ciaccon. Lipf. et, quod ex conlatoris filentio innuitur, Parif. 2. 3. Neque tamen *quidam* fimpliciter damnem.

Μακάρων) Latinis literis confueto more hanc vocem exprimunt codices et editiones veteres, etiam poft Vadianum, qui Graece reddidit, aliquae, uti 18. 19. Sed et fic aberrarunt codices. Nempe Rehdiger. habet *macharon;* Prag. *maceron.* Poft Vaticani, Cibin. Prag. *machar;* Rehdiger. *macer;* Venet. *machareus.*

fortunati —) Cibin. *fortunati admodum coelique funt*, omiffa voce *foli.* In Parif. 1. deeft *Macar.* Pro *occupaverat* Vinetus maluit ponere *occuparat*, forte quia nofter paffim tales contractiones adhibet, ut 1, 18, 1. *habitarant*, ubi codices multi praeferunt *habitaverant.* At nullus hic addicit.

Troade) Vindob. *troide;* Lipf. *trohade;* Cibin. *intro adhelefbos*, male divulfis vocibus. Tum Prag. *funt Lefbos.* Ed. 13. *Throade.*

Antiffa) Gud. *antyffa;* Cibin. *antyfa;* Vindob. *Anthiffa.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Antifa*, quod iam Hermolaus in *Antiffa* mutaverat, Graecis maxime auctoribus adprobantibus. Pro *Pyrrha* multi codices, in quibus Lipf. Vindob. Prag. Havn. dant *pirra;* Rehdiger. *pyrra;* Venet. *Pirrha;* Cibin. plane hoc nomen praeteriit. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. — *Pyra;* 9. *Pira.* Recte habet *Pyrrha*, uti voluerat Hermolaus, et aliis perfuaferat. Sic recte Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 10. apud Thucyd. 3, 18. pro Πύρα emendat Πύῤῥα, uti legitur 8, 23. et a novo editore recipi in priori loco debebat.

Erefos, Methymna) Violenter haec iactantur, mireque a libris et viris doctis diftorquentur. Adferam primo loco, quae notavit de libris fuis A. Gronovius. Mediol. *Ethefos;* duo alii *Refos;* Voff. 1. 3. *Erefos.* Poft pro *Methymna* Voff. 1. *Mechinitia;* fed Mediolan. ipfum dat *Methymna.* Tum omnino A. Gronovius alios

codices legere subiicit *Resos tirana*, vel *Erhesosane tymna*, vel *Echeso sane tmma* aut *Cresosamae Thumae.* Iis nunc addam, quae vel a me notata, vel ad me delata tenui. Vatic. *Erhesos methymna* vel *hechesosane timpna*; Cibin. *eresos methinicia;* Rehdiger. *cyrsosane thuma;* Lipf. *echesos Metinam;* Parif. 1. 2. *Elhesosane Timna;* Parif. 3. *Cresos Metinna;* Gud. *echeso sane tymna;* Venet. *Echesos Meatimna;* Bonon. *Meatimna;* Havn. *Echesosane Tinna;* Vindob. *eresos tirana mituma;* Prag. *hecleso Sãne Tipna.* In priori nomine *Eresos* parum deflectunt editiones. Nempe 1. 2. 3. 4. 11. 13. habent *Cresos;* 5. *cresos* pro *Eresos;* inde ab Hermolai Barbari emendatione 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. et quotquot infpexi ad 42. *Eressos;* tum ab edit. 44. praeeunte Reinoldio, fucceffit *Eresos.* Proximum nomen peius habitum eft in editionibus. Ita 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. et quae ex pofterioribus Vadianum et Olivarium repetunt cum Stephano et Schotto *Cirava;* inde a Voffio 40. 41. 42. *Arisba,* uti iam pro *Cirava* transpofitis fere literis voluerat Schottus. Tandem illa vocis agitatio, auctore in primis Reinoldio, conquievit in nomine *Methymna*, quod exceperunt Gronovius (ed. 44) et ceteri. In quo tamen Reinoldius adiutus eft opera Vineti, quem ita pofuiffe, filentium diligentiffimi conlatoris facit, ut credam. Ante Vinetum ipfum in margine edd. 27. et 29. adfcriptum legebatur *Methymna*, quod et adpofuerat vir doctus in ed. 40. TZSCHVCKE. *Cresos* [ex ed. 5.] *Cirava.* [fic ed. 1493. A. Gronov. falfo refert *Cyrava.*] Scribo *Eressos* ex Strabone, [13. p. m. 425. f. 618.] Ptolemaeo, [5, 2.] Plinio. [5, 39. f. 31.] De *Cirava* etfi conftat mendofam effe dictionem, quemadmodum tamen reftituenda fit, non plane conftat. Plinius [c. l.] in Lefbo novem tradit urbes, quarum nulla huic nomini refpondet. BARBARVS. Dictionem *Cirava* corruptam Hermolaus exiftimat. Quid fi apud Plinium

corrupte femel *Pyrrha* legitur pro *Cirava.* Nam plurima ex Mela in fua Plinium transtuliffe conftat. Id fi foret, exemtus effet fcrupus ille, qui Hermolaum de repetito Pyrrhae nomine torfit. Sed nihil ftatuo, absterrente me tanti nominis iudicio. VADIANVS. Mariangelus expuncto verbo barbaro Cirava *Methymna* fubiicit. PINTIANVS. Forte *Arifba.* [pro *Cirava.*] Fuit in Lefbo urbs quondam *Arifbe* tefte Plinio, [c. l.] ex quo librarius *Cyravam* [*Ciravam*] fecit. CIACCONIVS. In libris quibusdam recentioribus [ed. Vineti] fcriptum eft: *Methymna Mitylene.* Sed hoc procul dubio eft a librariis, cum libri [editiones] antiquiores legant *Cirava.* Vetus, nifi fallor, lectio fuit, *Arifva* pro *Arifba.* Saepe monuimus, Melam antiquiores fequi Graecos. Iam vero antequam Methymna effet, Arifbe fuit. Strabo [13. p. m. 406. f. 590.] ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβη, [— βα codices mei cum edd.] ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μεθυμναῖοι. [Μηθυμναῖοι exhibent libri meliores.] Oppidum hoc terrae motu intercidiffe teftatur Plinius. [c. l.] Ex Arifba vero et Antiffa conflata poftmodum eft Methymna. VOSSIVS. *Cirava,* quod commentum eft editorum veterum, inanis plane vox eft, quam et fibi plane incognitam effe praedicat Ortelius in thefauro Geogr. h. v. qui pro ea malit *Irava* i. e. *Ira*, quam Euftathius ad Homerum pro Lefbi infulae urbe agnofcat. C autem, initiale elementum a librario adiectum putat a praecedentis vocis elemento finali, quod quamvis S fit pro C, tamen, quod vulgus ut S pronuntiare foleat, ex praelegentis ore calamo expreffum. Haec Ortelius. Sed nec magis haec vox cognita eft ex aliis, et Euftathius certe ad Homerum Odyff. 3, 169. p. 120. Bafil. non *Iram* habet, fed *Ifam*, quam eandem Antiffam effe adfirmat. Cf. idem etiam ad Il. 9, 150. p. 637, 35. Recte igitur Cirava in dubitationem vocata, poft expulfa eft. Sed qui inde Arifbam extuderunt, etfi veri fpeciem praetexere poffunt, quod in Lefbo huius nominis urbs olim fuit, uti patet ex

Strabone c. l. Plinio 5, 39. f. 31. Stephano h. v. et quae interpretes adferunt ad Virgil. Aen. 9, 264. terrae tamen illa motu, auctore Plinio, everſa tunc erat, ut recte negligi poſſet, cum adeſſent, quae melius memoraret. Accedit maxime, quod Ariſba longius diſtat a codicum veſtigiis, qui vel diſerte *Methymna* praeeunt, vel non obſcure indicant. Retinui igitur nomen urbis, quae, ſi abſit, aegre propter celebritatem deſideretur. Nec a recepta ſcriptura *Ereſos* diſceſſi, ad quam etiam codices deducunt. Etſi enim auctores noſtri fluctuantur, et multi duplex *s* ponunt, veluti Scylax p. 36. Hudſ. Strabo 13. p. m. 425. f. 618. Ptolemaeus 5, 2. Suidas ſ. v. Θεόφραστος, Tzetzes ad Lycophron. v. 1097. — et Stephanus ſ. v. Ἔρεσος et Μεσοπόντιος utriusque exempla praebet, ſimplex tamen praefert Thucydides 3, 18. et alibi cum Plinio 5, 39. f. 31. et quod maxime evincit, numi, in quibus Ἐρέσιος legitur. Cf. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 747. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 501.

Mytilene) Multi codices, uti Vatic. Pariſ. 1. 2. Lipſ. Gud. Havn. — *Mitilene;* Cibin. Rehdig. *Mithilene;* Pariſ. 3. *Mytilene.* Sic edd. 1. 2. *Mytilens;* 9. 13. *Mitilenes;* reliquae ad 42. *Mitylene.* Hinc A. Gronovius cum Reinoldio emiſit *Mytilene*, quod accepit etiam Kappius. Etſi in utramque partem ab auctoribus ſcriptura verſatur, ſic ut promiſcuus eius uſus invaluiſſe videatur, receptam tamen formam probant numi veteres plurimi, quibus in dubia codicum fide adquieſcendum eſt. Cf. Raſche Lex. num. T. 3. P. 1. p. 1017 ſqq. et Eckhel in doctrina numorum P. 1. Vol. 2. p. 503 ſq. item quae de ſcriptura disſeruit Oudendorp. ad Suetonii Caeſ. cap. 2. Plura Vol. 2.

et Samos) Τὸ *et* omiſit cum ſuis Vadianus. Antea Cibin. habet *Chyos.*

Coos) Varie hanc vocem libri efferunt. Vaticani Mediol. A. Gronov. Lipf. Vindob. *Coos;* Cibin. Gud. aliique Gronoviani *Choos;* Prag. *Goos;* Parif. 2. *cohos;* Venet. Havn. Parif. 1. 3. *Cos* dediffe videntur. Editiones inde a prima fcribunt *Cos*, dum Reinoldius pofuit *Coos*, quod A. Gronovius in ed. 44. probavit et ad alios propagavit. *Coos* etiam praeterea adfcriptum legitur in varr. edd. 27. et 29. Non igitur libri huic formae renituntur, immo favent. An recte et vere, dubium videtur, aut ambiguum, fi vel alios libros audire nolis. Nempe in magna eorum corruptione vera nominum fcriptura faepe ex aliis auctoribus, maxime Graecis, erui et conftitui debet, nummis etiam in confilium advocatis. Stephanus, literarum ferie ductus, et, qui eum repetiit, Euftathius ad Homer. Il. 2, 677. p. 241. Bafil. haec adferunt: Κῶς, Κόως, Κόως, Κέος, unde facta contractione nafcatur Κῶς, quod et ad aliam infulam Κέως vertit, unde Κέϊος, Κήϊος, Κεῖος huc transfert. An fingula auctorum exemplis probari poffint, dubito, etfi Κέως de utraque infula dictum, et hinc confufionem natam putat Politus ad Euftath. Tom. 2. p. 679. Κόως tamen occurrit in Homero Il. 14, 255. (ubi quidam etiam Κόος) 15, 28. ei. hymno in Apoll. v. 42. Callimacho in Delum v. 160. forma antiqua, uti Ἀθόως pro vulgari Ἄθως apud Homer. Il. 14, 229. et in hymno in Apoll. v. 33. Sic Φόως pro Φῶς et fimilia, inferto ο, dicuntur, uti et huius vocis exemplo adpofito docet Euftath. ad Homer. Il. 2, 49. p. 129. Bafil. Cf. etiam idem ad Il. 6, 6. p. 474. Neque tamen vulgarem formam Κῶς refpuit Homerus Il. 2, 677. ut alii poetae Graeci et Latini. Quod enim ex Statio Silvar. 1, 2, 252. adfertur: *Coo plaudente* fufpectum eft, ex *choro plaudente* corruptum. Idem *Cos* in utriusque linguae profaicis fcriptoribus per omnes cafuum inflexiones regnat. Sic, ut ex multis, quae notaveram, pauca delibem, Κῶς Herodotus 1, 144. Plinius 5, 36. f. 31. Κῶ in genitivo Paufan. 6, 14.

Strabo 14. p. m. 438. f. 657. Agathemer. 1, 5. 2, 14. — Κῷ in dativo Ariſtotel. Hiſt. anim. 5, 19. Appian. in Mithridat. c. 25. de B. C. 1, 102. — Κῶν in accuſ. Homer. Il. 2, 677. Thucyd. 8, 41. Strabo 2. p. m. 85. f. 124. 14. p. m. 452. f. 657. et, praeter alios, etiam poſteriores. Pro eo tamen paſſim Κῶ, uti Ariſtides T. 1. p. 43. Tom. 2. p. 425. Iebb. Agathemer. 1, 4. — et ſic codex unus in Diodoro Sic. 17, 27. quod adeo magis Atticum et in Atticorum libris praeferendum eſſe exemplis propoſitis, etſi non omnia recte indicat, evincere ſtuduit Locella ad Xenophont. Epheſ. p. 165 ſq. De promiſcua hac accuſativi forma egit Wetſten. ad Lucae actus Apoſtol. 21, 1. Vol. 2. p. 600 ſq. et Fiſcherus ad Welleri Gramm. Gr. P. 1. p. 579. Ex Latinis habet *Co* Tertullianus in apolog. cap. 40. Sic in ablativo *Co* Plinius 11, 27. f. 23. Quinctilian. 8, 6. Ita vero etiam recentiores pro *Cos* dixerunt *Coa* ſc. inſula, uti monuit Salmaſ. ad Solin. c. 4. f. 10. p. m. 69. et in Hygino poet. aſtron. 2, 16. habent libri quidam. Forma *Coos* utuntur recentiores, veluti Solinus cap. 13. f. 7. Iſidorus Orig. 14, 6. etſi in utroque cum *Cea* inſula ad Atticae promontorium, Geogr. Ravennas 5, 27. Si recte habet *Cous* in Taciti Annal. 2, 75. illa aetate uſum ea forma obtinuiſſe videtur, quam et hic exceperunt librarii Melaeque obtruſerunt. Quae quidem prolixius disſerui, ne quis priorem lectionem *Cos* temere in ſedem ſuam revocatam eſſe exiſtimet.

Lycia) Lipſ. *litia;* Vindob. Gud. *licia* — Pro *iisdem* Vindob. *hiſdem*, ut alibi ſolet. Idem poſt *rodo* pro *Rhodo*, ante quam vocem *in* omiſerunt edd. 9. 13. Hinc vero cap. 53. incipit Vinetus.

Lindos) Cibin. Rehdig. *lyndos;* Pariſ. 2. Prag. *lidos*. Tum Cibin. Rehdiger. *Camyros*. Sed veram utriusque ſcripturam *Lindos* et *Camiros* nemo im-

pugnabit. Anceps disputatio in ultimo urbium illarum trium nomine agitatur, ſi codicum corruptiones ſeparaveris. Nempe Lipſ. Vindob. Gud. Pariſ. 1. 2. Venet. et edd. 1. 2. 9. *Iliſos;* Cibin. Rehdiger. Pariſ. 3. Vatican. 1. *Ilyſos;* Vatic. 3. Prag. *Iliſios.* Edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Ielyſos;* 11. 13. *Ialyſſos;* in aliis, veluti Ald. Iunt. Vadd. et ſequentibus, legitur *Ialyſos.* TZSCHVCKE. Ptolemaeus, [5, 2. extr. Ἰηλυσσὸς Ionice] Stephanus, [h. v.] Herodotus, [1, 144.] Homerus, [Il. 2, 656.] cum duplici *ſſ Ialyſſos;* Strabo, [lib. 14. p. m. 450. f. 655.] Dionyſius, [v. 505.] Thucydides, [8, 44.] Pauſanias [?] uno tantum *s Ialyſos.* PINTIANVS. Plerique ſcribunt per *ſ* ſimplex, quos magno numero ex Graecis et Latinis excitavit Waſſe ad Thucyd. 8, 44. In aliis etiam ſimplicem literam tuentur codices, uti Coislin. in Ptolemaeo, et in Stephano Euſtathius ad Homer. Il. 2, 656. qui illum exſcripſit. Ipſe etiam Stephanus ſ. v. Σύμη eandem rationem oſtendit. Accedunt poetarum loca, qui penultimam corripiunt, ad quam producendam Homerus geminatione uſus eſt. Sic Pindarus Olymp. 7, 136. 137. Dionyſius in Anthologia Tom. 2. p. 252. (ed. Iacobs.) Ovid. Metam. 7, 365. Dionyſ. in perieg. v. 505. Ex numis ſubſidia deſunt, certa quidem et indubia, uti monuit Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 606. Sed ſatis ſuperiora evincunt. Aliae variationes paſſim in libris obiiciuntur, v. c. Diodori Sic. 13, 75. Sic Cod. Coislin. in Ptolemaeo 5, 2. habet Ἰλισός.

§. 5. *Quae)* Venet. Havn. *Que quia contra.* Pro *importunae* multae editiones 1. 2? 3. 4. — ex recentioribus Olivarianae, Vineti habent *importune*, uti etiam in prima editione ſcripſerat Vadianus. Ambigua eſt haec in priſcis libris ſcribendi ratio, etſi aliquatenus proprie etiam intelligi poſſit. Pro *Chelidoniae* in Vatic. *helidonia* exſtitiſſe videtur; Vindobon. habet *oclidonie;*

Prag. *celidone;* Rehdiger. Cibin. *chelydonie.* Edd. 15. 17. 20. *Celidoniae.* Recte in aliis adparet. Poſt Cibin. Rehdig. Vatic. et edd. 1. 9. 20. *in ſinum*, quae ſtructura paſſim etiam in noſtro reperitur, de qua ad 2, 2, 6. et alibi. Neque tamen ſine iuſta cauſa promiſcue obtrudam auctoribus. Tum Prag. *maxime;* Rehdig. *Aſya.* Ed. 1. *incipit;* Cibin. *recepit.*

media) Commodior lectio *medio* quam *media*, ut illud ſummi poetae [Aen. 3, 104.] *medio iacet inſula ponto;* et Silius [6, 684.] *addiderat medio geminas conſurgere ponto* [immo *fluctu*] *Aegates.* Et Mela ipſe de Creta: [infra] *ſuper eas iam in medio mari ingens.* SCHOTTVS. Poſſit utique probari *medio*, ut ad *ſinum* Iſſicum, quem innuit, referatur, dummodo codex adiuvet. Neque enim ibi Aſia *media* adpellari poteſt, etſi ſcio Geometrico ſenſu accipi in his non ſolere. Attamen et vulgata recte vindicatur, ſi teneas nexum cum ſuperioribus, unde extra Helleſpontum provectus ſitas ad Aſiam inſulas perſequitur. Tum vero Aſia ibi *prope media* illam inſulam recipit et amplectitur. Caute etiam moderandi particulam *prope* addidit. Ipſa porro haec forma orationis magis accommodata Melae videtur, quam altera.

Cypros) Ita plerique codices, tantum Gud. Vindobon. *cipros*, omnes tamen in terminatione Graeca, noſtro adamata, conſpirant, quam prave cum Latina commutarunt edd. multae in iis 5. 12. 14. 19. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum ſuis, Vinetus, Schottus, Voſſius. Inde Gronovii, Reinoldii opera prior forma rediit. Poſt Vindob. ſordide *orthum.* Idem *immittentes;* Prag. *ſe mittens.*

Ciliciam —) Hic et in conlocatione et forma verborum paullum libri diſcrepant. Voſſ. 1. Cibin. Venet. cum edd. 29. 31. 35. *Syriamque;* reliqui omnes ex

meis, quos ſuo auget Ciacconius, *Syriasque.* Tum Vindobon. *inter ſirias ciliciamque.* In aliis receptus ordo ſervatur, etſi in ſingulis ex more ſunt corrupti, uti Cibin. *Cyliciam;* Rehdiger. *Cyliciam Scyriasque.* Prag. *Ciliciam ſeriamque porrigitur*, pro *Syriamque.* Et ſic quidem uſitate. An in priſcis auctoribus *Syriae* in plurali reperiatur, ignoro. Poſteriores exempla ſubminiſtrant, veluti Sextus Rufus cap. 10. 14. et 16. Tum vero dicitur, ut Britanniae, Hiſpaniae, Galliae, et dici poſſit propter eius in varias partes, quas ſpectat Cypros, deſcriptionem, de quibus ad 1, 11. in. Auſcultavi tamen libris melioribus dedique *Syriam.* Neque enim illi ſolum ab uſu veterum auctorum adiuvantur, ſed et Plinii auctoritate valent, qui Melam ſecutus lib. 5, 35. ſ. 31. ita ſcribit: *Cyprus ad ortum occaſumque Ciliciae et Syriae obiecta.*

novem regna) Codd. Ciacconii, Lipſ. Prag. Cibin. Gud. Rehdiger. Venet. Havn. itemque edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 1.. 12. 13. 14. 19. pro *novem* ſubpeditant *nomen.* Ita etiam *nomen regni* legi volebat Surita ad Antonini itinerarium, quem merito improbavit Weſſelingius p. 526. ad c. l. Vadianus recte dedit *novem*, et hinc alii. Adſentiuntur Vaticani, nec discrepant Pariſienſes et Vindob. ex quibus certe nulla diverſitas notata erat. Vaticani cum Havn. proxime ſinguli ſuo vocabulo ſubiiciunt *ſic*, pro quo Venetus habet *ſit.* Forte librarius adſcripſerat *ſic*, ut verbum *novem* magis diſerte probaret, idque poſtea in ipſum contextum male migravit etiam conſecuta poſt corruptione. Ipſa autem vox *novem* et ſenſu et nexu non ſolum probatur, ſed et Plinii teſtimonio fidem adquirit, quippe qui 5, 35. ſ. 31. Cyprum quondam novem regnorum ſedem vocat, quod quorſum valeat, alio loco declarandum erit. Praeterea vero in libris vitiatae occurrunt voces ſequentes. In Lipſ. *regnia;* Rehdiger. *regni;* gravius peccatur ex more in Prag. qui dat *Reglia.* Edd. ſupra indicatae ex-

hibent *regno.* Tum Venet. dat *coeperit,* cum edd. 5. 7. 19. — uti variatur 1, 4. extr. 3, 5, 7. Prag. *ceperat;* Rehdiger. *acceperit.* Ciacconius haec adnotavit: alias *receperit;* ex codice, opinor. Edd. 7. 8. *coepit.* Poſt in Lipſ. deeſt *ferat.*

clariſſimae —) Cibin. *clariſſima eſt Salamis, Paphos;* Venet. *Pſalmis.* Particula *et* ante *Paphos* omittitur etiam in Cibin. Vindob. Rehdig. Gud. obeloque adpoſito notata erat ex Vaticanis. Cf. ad 1, 19. in. ante *Parion.* Nempe Mela eam promiſcue ſic et ponit et negligit, nec, ſi libros intuearis, certi aliquid in locis ſingulis ſtatui poteſt, uti adparet ex iis, quae adtuli ad §. 16. 2, 2, 2. et I. Gronovius ad 1, 2, 5. Hic retinendam eam cenſui, quia ante ultimum urbis nomen plura intexuntur. Verba *quo — affirmant* uncis incluſit Gronovius in ed. 1722.

Palaepaphos) Suo modo et hoc nomen codices reddunt. Cibin. Pariſ. 2. Vatic. 1. Lipſ. Rehdiger. Vindobon. recte quidem; Vatic. 3. et Prag. *Pallepaphos;* Pariſ. 5. *Palephaphos;* Gud. *Palapaphos;* Pariſ. 1. *Palipaphos.* Ed. 9. *Palaphos;* 13. *Palephos.*

§. 6. *Arados)* Vatic. 1. Pariſ. 3. Lipſ. Gud. Venet. Rehdiger. Cibin. *Parabos,* ut edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Parabos;* Pariſ. 1. *Pirabos;* Vindobon. *parabaphos;* in Pariſ. 2. Vatic. 3. et Prag. hoc nomen deſideratur. Hodiernam lectionem excitavit Hermolaus Barbarus, etſi ignoro, in qua editione legerit *Paralos.* Cum Venetam a. 1482. (hic 5.) adlegare ſoleat, in qua eſt *Parabos,* ita eum ſcripſiſſe etiam puto. *Arados* tamen ſine controverſia receptum eſt. Editiones inde ab antiquiſſimis ſubiiciunt *etiam,* quod et agnoſcunt Lipſ. et Pariſ. 3. cum quibusdam Voſſii, uti hic quidem in appendice adfirmat, nec Vaticani improbaſſe videntur; Grono-

viani tamen et reliqui ex meis ignorant. Primus hanc particulam abiecit Reinoldius, eumque fecutus poftea etiam omifit A. Gronovius in ed. 44. cum aliis. Cibin. dat: *Parabos et Phoenice;* Venet. disiectis verbis: *In Phoenice eft Parabos parva.* TZSCHVCKE. Vox *etiam* nihil nifi turbat, et nulli bono eft, neque etiam difco, unde venerit, quum a duobus MSS. abeffe fciam. Sed neque in Mediolanenfi frater invenit. In quibus libris igitur eft? Voffius in appendice teftatur exftare in antiquioribus, et nihil minus, quam otiofam effe. Cur non id declaravit? I. GRONOVIVS. Adfentior Gronovio, et male obtrufum puto, forte ortum ex *et*, quod habet Cibinienfis, pro *in.*

parva) Plinius non *Aradum*, fed *Pariam* infulam ante Ioppen fitam fcribit totam effe oppidum. Verba eius 5. 31. [f. 34.] haec funt: *In Phoenicio deinde mari eft ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam belluae Andromedam ferunt; et iam dicta Arados, inter quam et continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor eft Mutianus) e fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, usque a vado trahitur.* Sed profecto nulla eft ad Ioppen infula, neque unquam fuit. Series quaedam fcopulorum ab Africo Aquilonem verfus procurrens litori Ioppenfi praetenditur; verum illi faepe mari obruuntur et tales funt, ut etiam hodie appareat, nunquam cultos, aut habitatos fuiffe. De iftis tamen fcopulis loqui Plinium certum eft; in iis quippe oftendebantur olim catenarum Andromedae veftigia, ut teftatur Iofephus de bello Iudaico lib. 5. cap. 15. [3, 9, 3.] Releganda eft itaque Paria ifta Pliniana ad infulas, quae nunquam fuerunt. In vitiofum Pomponii codicem incidit, in quo ita haec verba conciperentur: *Arados etiam in Phoenice et Paria, quantum patet, tota oppidum.* Quia vero nullam in mari Phoenicio praeter Aradum infulam legerat, ideo Pariam interpretatus eft infulam, feu verius fcopulum

illum Ioppenum, cui adligatam fuiſſe Andromedam intellexerat. Sed et tum erraſſe videtur, cum ducentis tantum paſſibus inſulam hanc a continente diſtare dicit, et cum ſeptem ſtadiorum oppidum vocat Antaradum, ubi manifeſte Antaradum cum Arado confundit. VOSSIVS. Ex Plinio emendandus Mela. Lege: *Arados etiam in Phoenice eſt, et Paria, quantum patet, tota oppidum.* Nec Voſſio aſſentimur aienti ad Melam, ex eo Pomponii textu Plinium potius, quam ex Plinio Melam emendandum eſſe. Nam praeterquam quod Ioſephus Ant. Iud. lib. 14. cap. 17. [lib. 14. c. 10, 8.] Παριανῶν prope Ioppen meminit, Notit. ant. eccl. p. 85. inter ſuffraganeos Archiepiſcopi Tyrenſis Accanenſem habet, Sidonienſem, Berytenſem, et quarto loco *Pariſ.* qua voce mutila, ut apparet, num Pariſienſis pro Ioppenſi ſedes intelligatur, aeſtimandum aliis relinquimus. HARDVINVS *ad Plinii c. l.* Argute magis et callide agere videtur, quam ſevere Harduinus, ut Pariam ſuam tueatur Melaeque obtrudat. Pariani enim apud Ioſephum ſunt incolae Pari inſulae, quos monet Caeſar, ut, ſi quidquid durius in Iudaeos ſtatuiſſent, abrogarent. Adparet hoc inde, quod queſtum Iudaei de Parianorum decretis Iulium Caeſarem in Delo convenerant. Et quis ex *Pariſ.* Pariae inſulae incolas extundat? Quodſi vera eſt Plinii lectio, commiſcuit Pariam et Aradon, et illi dedit, quod haec ſibi vindicat, ex Strabonis etiam lib. 16. p. m. 518. ſ. 753. teſtimonio. Ante Ioppem hodie inſulam ſe ignorare, adfirmat etiam Relandus in Palaeſtina lib. 3. ſ. v. *Paria,* p. 682. et rupes ibi exſtantes inſulae partes eſſe arbitratur. Ita vero et Plinius ipſe intellexit, et explicare videtur lib. 5, 14. ſ. 13. ubi haec habet. *Ioppe Phoenicum — inſidet collem praeiacente ſaxo, in quo vinculorum Andromedae veſtigia oſtendunt.* Cf. etiam ad Melam 1, 11. extr. Faceſſat igitur hinc Paria inſula, teneatque ſedem ſuam *parva,* quam vocem Mela ipſe ſatis tuetur, cum ſubiicit: *Parva et Canopos,* quod vix alias

haberet, quo commode referretur. A voce *Parva* caput 54. incipit Vinetus.

Canopos) Lipf. Prag. *Canapos;* Cibin. *Canepos;* alii *Canopos,* quod et praeferunt editiones. Poft Lipf. *Canapus;* Prag. *Canapos;* Ciaccon. *Canopos;* alii *Canopus,* ut edd. 1. 2. 9. 11. 13. Pro eo edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. reliquae, cum Vineto et Schotto *Canobus.* Voffius revocavit *Canopus,* quod reddiderunt pofteriores. Iam olim veteres in fcribendo hoc nomine disfenfiffe, difcitur ex Stephano h. v. unde eadem repetit Euftathius ad Dionyf. v. 11. et Etymologici M. auctore p. 489. h. v. qui tamen π rectius adhiberi cenfent, etfi per β etiam in prifcis auctoribus legi non negant. Et fic hodie cum cognatis occurrit in multis, veluti Herodoto, Aefchylo, Strabone aliisque, quos et fecutus eft Ptolemaeus 4, 5. Cf. Fifcherus ad Anacr. 52, 20. ubi etiam β exftat. Suidas h. v. habet quidem π, fed dum locum ex Diogene repetit, refert antiquorum β, ad quod etiam relabitur Stephanus. In Scylace p. 45. Hudf. per π fcribitur, fed in eodem p. 51. praefertur β, cuius tamen inconftantiae culpa in librarios potius, quam in ipfum recidit. Contra Latini omnes, quod equidem fciam, conftanter utuntur *p* et fine librorum repugnantia. Recte igitur repofitum eft *Canopus,* quod codices praeeunt et utriusque nominis nexus artiffimus fuadet. Terminatio in *os,* quam de homine codices quidam oftendunt, etfi ex Graeca ratione valere etiam poffit, magis tamen in iisdem locorum nominibus frequentatur. Ceterum praeterea Vindobon. dat *obviam,* Cibin. *Menelay;* Gud. *ubi forte.* Tum *illa* omittit Vindob.

nunc Alexandriae) Eundem horum verborum ordinem tenent Ciaccon. et plerique, quos infpexerat A. Gronovius, ex meis Lipf. Gud. Vatic. Rehdiger. (tantum hic *phylos* habet pro *pharos*) Prag. Cibin. Venet.

Contra editiones omnes cum Reinoldianis volunt *Alexandriae nunc*, dum ad priorem ordinem reduxit A. Gronov. in ed. 44. qui et poſt remanſit. Pauci tantum ex meis MSStis *Alexandriae nunc* habent, in quibus Vindobon. (hic etiam *non* pro *nunc* dedit) et ex conlatorum ſilentio Havn. et Pariſienſes. In fronte tamen τῷ *olim* concinnius obponi arbitror. Ceterum Vindobon. *pharon ſive pharos*, ut infra §. 18. *habuiſſe ſive habitaſſe.*

coniungitur) Alias *iungitur*. V. C. *Pharos nunc Alexandriae ponte coniungitur.* CIACCONIVS. Mei omnes cum edd. habent *coniungitur.*

proditum) Cibin. Gud. *productum.* Poſt Gud. *horis;* Vindob. *diei curſu;* Prag. *obducta.*

coniectantibus) Plerique ex MSStis meis, Vaticani, Pariſ. 1. 2. 3. Venet. Vindob. Prag. Rehdiger. Gud. *conſectantibus*, uti ex priſcis edd. 1. 2. 9. Cibin. qui idem voluit, *conſentantibus.* A. Gronovius ex ſuis libris nihil adtulit. Mirum, ſi ſoli in vulgata lectione *coniectantibus* perſtitiſſent. Reinoldianae editiones, quas inſpicere licuit, inter utrumque verbum fluctuantur. *Coniectare* minus eſt, quam *conſectari.* Illud enim opinionem indicat ex ſignis quibusdam conlectam; hoc plus valet, et ſignificat in rem aliquam inquirere, eamque preſſius ſequi et explorare. Vtrum eligas, in hac breviloquentia apta arceſſendum huc eſt ex ſequentibus *cauſas.* At ſi ſenſum loco accommodatum et connexis verbis *videri poteſt* reſpicias, *coniectantibus* meliori iure ſibi locum vindicat.

mutatae) Codd. quidam uti Pariſ. 2. Venet. Havn. Prag. cum edd. 15. 17. 20. 23. ſubiungunt *rei* ex gloſſa. Etſi enim eiusmodi repetitiones occurrunt, locum tamen habent in connexu pronominum *qui* vel *is*,

nec ſine meliorum codicum conſenſu admittendae. Sic, ut eiusdem vocis ex pluribus exemplum adponam, Cicero de invent. 1, 4. *qua re — ea in re.* Alia plurima dabunt Voſſius de conſtructione cap. 55. Corte ad Salluſt. Catil. 51, 40. Burmann. ad Vellei. 1, 3, 2. et in primis Drakenb. ad Livium 1, 5, 9. Tum melius hic *Phari* ſubpleverim, quam *rei*. Ita vero *rerum* frigide additur 3, 1, 10. pronomini *earum*.

exundaret) Vinetus poſuit: *quum exundat*, offenſus ſine dubio temporum inaequalitate. Melius utique illud τῷ *auget* reſpondeat. At ne ſic quidem loci aſperitas tollitur, quia praecedit *praebuiſſe*. *Auget* igitur poſuit pro *auxit*, uti debebat, accuratius, quia de cauſis rei factae exponit, non rem ſimpliciter narrat, ubi praeſentia praeteritorum loco poſita ſaepe imperfecta habent interpoſita, veluti in Iulio Caeſare. Concinnius, ni fallor, ſic dixiſſet: *praebuiſſe, quia limum — cum exundaret, auxit terras — promovit.* Poſt *aduectens*. quod ex orthographiae veteris et hinc melioris lege dedi, exhibent etiam Codd. Cibin. Rehdiger. Venet. — Male *annectus* Vindob. Poſt idem *in maria vada*, pro quo Gud. *et vicina vada* habet. Peſſime Prag. *ſpacium auge. Scetium in vicina vada;* ex quo de librarii eruditione iudicare licet. In Cibin. deſunt verba: *in vicina — contra minoris*.

§. 7. *In Africa)* Rehdiger. *In affricam*. Poſt Prag. *Sirthim;* Rehdiger. *Syrthim*. Tum Gud. *eventelctos;* Rehdig. *entelectos*. Editiones omnes inde a primis ad 55. ferunt *Cutelctos*. Voſſius nempe poſuit *Eutcletos*, quem ſecuti ſunt ceteri. Ita enim libros pleroſque manu exaratos habere adfirmat, etſi nemo, quod ſciat, eius meminerit. Conſentiunt in eadem lectione Lipſ. Prag. Havn. Vindobon. Vatic. et, quod videtur, Pariſienſes, Holſtenius etiam ad Ortelium p. 63. ex ſuo

codice enotavit *Entheletos*. Audiendi hic ſunt utique plures numero codices, quia fruſtra aliunde auxilium quaeſieris, et, quas Plinius 5, 7. ſ. 4. et Ptolemaeus 4, 3. in illo mari recenſent inſulas, nulla ad expoſitas lectiones accedit. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [c. 1] in maiori Syrti tres inſulas *Miſſinum*, [Gr. Μίσυνος νῆσος] *Pontinam* [Gr. apud Bertium Ποντία] et *Geam* [Gr. Γαῖα] locat. Quam ex his *Cuteleton* [ita enim legit] nominaverit Mela, dubium eſt. Nominis huius unicus mihi Pomponius eſt auctor. Nam alibi non legi. VADIANVS.

contra minoris) Poſteriores Vadiani editiones et cognatae, veluti 30. 32. 37. dant *minorem*, quaſi loca ſubiecta ſint promontoria, non inſulae, invitis praeterea libris.

Meninx) Libri multi, in iis Vaticani, Pariſ. 2. Vindob. Prag. Lipſ. Venet. Gud. Cibin. Rehdiger. et Gronoviani cum edd. 1. 2. *Menis*. Quid I. Gronovii codices tulerint, nota ſubiuncta declarabit. TZSCHVCKE. Chiſianus *Methus*, quaſi nunc etiam *h* pro *n* poſito. Sed quem inſpexi alter [Gud.] *Menis*, nec aliter Mediolanenſis. Haud dubie oſtendunt, ſcripſiſſe auctorem *Menix*, de quo alibi. [Vid. diſſert. epiſtol. in loca quaedam Geogr. epiſt. 2. p. 19.] I. GRONOVIVS. Pro *Meninx* quod *Menix* reponat, et hoc quoque fruſtra, cum Meninga, non Meniga, plerique appellent, et dubia apud Polybium [1, 39.] ſit lectio. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* Pleroſque appellare hanc *Meninga*, non *Meniga*, mentitur Voſſius, quum de Livio [22, 31, 2.] vulgaverim in epiſtolis Geographicis et certe in Polybio magis aſſidua fuerit iuventus mea, quam illius tota vita. I. GRONOVIVS *in notis poſterioribus*. Idem autem contenderat ſcribendum Gronovius in diſſ. epiſtolari c. I. apud Livium 22, 31, 2. et ſic [*Menige* pro *Meninge*] edidit etiam Drakenborchius. Nempe absque *n* ait eſſe in

quibusdam codicibus, et in Polybianis Μῆνιξ se invenisse testari Ortelium, nec aliter se ipsum in variis eius auctoribus MSStis, uti apud Dionysium, (v. 480.) quod et de se adfirmet Lloydius. Aliud suae causae patrocinium arcessit ex priscis monumentis et auctoritate poetarum, quippe quae doceant, literae γ vel ante Latinum *n*, vel ante similem literam, vel ante ξ positae multam accidere varietatem, saepe quidem elitionem, saepe ob prolationis causam, vel vitium fortassis quibusdam olim naturale, adpositionem literae alterius. Sic in inscriptionibus, inquit, *singno*, *coniunx*, contra *Axur*. Sic dicitur Φάρυγξ, Φάρυγγος, et Φάρυξ, Φάρυγος. Haec I. Gronovius. Quod adfert de Ortelio, is s. v. *Lotophagites* ex Polybio producit Μῆνιξ, etsi in Latinis codicibus *Mirmix* legi addit. Nihil praeterea. In Polybio quidem 1, 39, 2. codices et libri editi ante Gronovium habent Μῆνιξ, quo si iubente vel indulgente Μῆνιγξ invectum est, sententiam ille suam post editum Polybium retractavit, aut hic dissimulavit. Probavit etiam Μῆνιγξ Schweighaeuserus, uti in ora cod. Reg. B. adnotatum invenerat, et recte a Gronovio illum librariorum errorem emendatum fuisse praedicat. Omnino autem parum sibi in hoc constituisse videtur Gronovius, qui etiam in Agathemero 1, 5. ut alibi se Μῆνιγξ scripsisse ait, etsi in MS. legerit Μῆνιξ. Nempe ne cedere hic videretur. Μήνιγγα praeterea recurrit in Polybio 34, 3, 12. Contra ex codice Coislin. Ptolemaei 4, 3. et 8. in Africae tabula secunda Μῆνιξ notat Drakenb. ad Liv. 22, 31, 2. ubi alia etiam leges. Sic in Strabone lib. 2. p. m. 84. s. 123. utraque forma reperitur in libris, item in Dionysio v. 480. probatque, ut ad Punicam vocis originem expeditiori via deferatur Bochart. in Chanaan 1, 25. Vtraque igitur forma in usu fuisse videtur, ita tamen ut in Graecis casus obliqui magis pro *n* pugnent. Sic Strabo 17. p. m. 574. s. 834. Plutarchus in Mario cap. 40. Μήνιγγα, *Meninge* constanti librorum consensu Silius Italic. 3, 318. Sed et Μῆνιγξ

Stephanus et Hefychius h. v. fcribunt, ex Latinis Plinius 5, 7. f. 4. Solinus cap. 50. f. 27. Cf. de hac variatione in auctoribus obvia du Frefne ad Chron. Pafchale p. 25. Ven. Nihil igitur in recepta forma mutavi, etfi omnes fere libri *Menix* velint, quod quidem omnino vix damnari poffe videtur.

Cercinna) Voff. 1. Mediolan. Cibin. *Certina;* Prag. *Circina;* Vindob. *carnam;* Parif. *Cercinna;* Vatic. Lipf. Gud. Rehdiger. Venet. Ciaccon. *Cercina.* Edd. 1. *chercina;* 2. *echercina;* 11. *chercinna;* reliquae *Cercinna* praeter 13. et Reinoldianas, in quibus legitur *Cercina,* quod probat A. Gronovius ex Ptolemaeo 4, 3. et Plinio 5, 7. f 4. Ita vero praeferunt alii multi, in iis Diodor. 5, 12. Polybius 3, 96, 12. Plutarchus in Mario c. 40. in. Agathemer. 1, 5. ex Latinis Livius 33, 48. Tacitus Annal. 1, 53. 4, 13. Et fic pofteriores Antonin. in itin. p. 518. Geogr. Ravenn. 5, 25. et alii. In Strabone lib. 17. p. m. 574. f. 834. eft Κέρκιννα, fed Κέρκινα lib. 2. p. 84. f. 123. Duplex *ν* habet Dionyfius v. 480. non tamen fine MSStorum discrepantia, et Euftathius auctorem fuum fecutus, et Prifcianus v. 509. Inde vero adparet plerosque fimplex *ν* praeferre, quod probavit olim hic Pintianus, minus tamen conftantibus locis nixus, poft etiam in Hirtio de B. Afr. cap. 8. et 34. Oudendorpius, qui ad pofteriorem locum plures huius nominis corruptiones indicavit. Cum hic praeterea accedant codices, *Cercina* cum Reinoldio fiftere non dubitavi.

Tarichiae) Valde hic turbant libri. Quid in fuis invenerint Voffius et Gronovii, non liquet. Ciacconius tantum haec adfcripferat: Alias *Chyare, Tyle.* Ex meis haec proferre poffum: Vaticani *Chyares* vel *Chyarae Thylae* et *Thiare Tile;* Lipf. Gud. (hic tantum iunctim) *chiare, Tile;* Parif. 1. *Chiaretiliae;* Parif. 2.

et Venet. *Thiarae Tilae;* Havn. et Prag. *Thiare Thilae;* Cibin. *cyaresthile;* Rehdiger. *chyare chyle;* Vindobon. *chiare et thille.* Sic cdd. 1. *chiar̄ thile;* 2. *Thiare Thile;* 9. *chiare Thile;* 3. 4. 5. 11. *Tarrichiae,* pro quo Hermolaus Barbarus volebat *Tarichiae,* Pintianus *Taricheae,* e brevi in penultima ex Stephano, qui multa loca ita nominari fcribat. Praevaluit in editionibus *Tarichiae,* praeterquam quod 13. habet *Tharichie.* Vnde invectam illam lectionem duxerint edd. Venetae, utrum codicem fecutae, quod tamen in tanta codicum et priorum editionum discrepantia vix videtur, an librariorum vel virorum doctorum iudicio ductae, equidem ignoro. Nec magis ftatuerim, quam vere ita legatur, cum vix intelligi poffit, quomodo ex voce *Tarichiae* illa nominum monftra efficta fuerint et edita. Nec expedit difficultatem Plinius, qui 5, 7. f. 4. hunc locum ante oculos habuiffe videtur. Cum enim recenfuiffet illorum marium infulas, quas et Mela habet, Meninga et Cercinam, ita denique pergit: *At contra Carthaginis finum duae Aegimori arae, fcopuli verius, quam infulae, inter Siciliam maxime et Sardiniam.* Illarum etiam fitum Livius 30, 24, 9. ita defcribit, ut ad Melam omnino re etiam facere videantur. Nempe: *Infula* ea, inquit, *finum claudit, in quo fita Carthago eft, triginta ferme milia ab urbe.* Pro una enim habet, ut Strabo lib. 2. p. m. 84. f. 123. et lib. 6. p. m. 191. f. 277. Hic autem in pofteriori loco ponit ante Siciliam et Africam latius, ad Coffuram propius lib. 17. p. m. 573. f. 834. Si tabulas Geographicas infpicias, vocantur illae nunc *Zimbra,* Afris *Zowa — moore.* Vid. Heyne in excurfu 4. ad Virgilii Aen. 1. At quis ex librorum illis lectionibus haec extricet vel extundat, quippe in quibus praeter *are* nihil fimile ineft. Sin alia infula, vel duae reponendae fint, plures quidem inter Africam et Siciliam a Strabone commemorantur lib. 17. p. m. 573. f. 834. et in primis nominatimque a Ptolemaeo 4, 3. extr. Sed quis et hinc, conlatis codicibus

temere eligat et nostro obtrudat, cum singulae et literis discrepent et situ etiam recedant nimis. Praeter *Aegimurum* aliam etiam insulam κατὰ μέσον τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου notat Strabo lib. 17. c. l. quae illi est Κόρσουρα, aliis *Cosyra*, *Cosurus*, cui vicina fuit Melita secundum Ovidium Fastor. 3, 167. Cf. etiam Scylax p. 50. Hudf. At ne quis de iis cogitet, impedit locus Melae in hoc eodem capite, ubi eas recenset versus Africam. Maneant igitur *Tarichiae*, dum meliora proferantur, ne incerta incertis rependam. Ταριχεῖαι autem, νησία πολλὰ καὶ πυκνὰ in illo certe mari ponuntur a Strabone lib. 17. p. m. 574. f. 834. Illas etiam ibi commemorat Scylax p. 48. Hudf. etsi Ταραχείας vocat pro Ταριχείας, uti emendat Bochart. in Chanaan 1, 25. Ptolemaeus 5, 3. cum alias plures recenseat, has praeteriit. Ex situ videntur esse eius *Laurunesiae* duae. Vossius huc revocat Antonini in itiner. p. 519. insulam, *Triaieiam*, quae interpretibus putatur esse Plinii 4, 19. f. 12. *Trachie* seu *Tarachie*. Quod si etiam detur, neutra tamen huc transferri potest, cum Plinius describat insulas ante Corcyram sitas, a quo non repugnat in Antonino nexus insularum sequentium. Neque tamen proprie et accurate Strabonis et Scylacis Tarichiae contra Carthaginis sinum locantur. nisi quis velit multitudine excusare et in earum forte numero etiam Aegimurum ponere. Ortelius tamen in thes. Geogr. h. v. easdem Ptolemaei *Pelagias* esse putat.

Aegates) Vaticani *Aegatae* et *Ogete;* Parisienses, Gud. *Aegatae;* Ciaccon. Lipf. *Aegate;* Rehdiger. *aegathe;* Cibin. *egatae;* Havn. *Aegete;* Venet. *Egade;* Prag. *Ogete;* Vindob. *egathee;* codex Hollstenii (vid. eius not. in Ortelium p. 5.) *Aegatheae.* Edd. 1. 3. 4. 5 *egathee;* 2. *Agathee;* 9. *egateae;* 11. *egatee;* 12. 14. 19. 21. 28. *Egathes;* 16. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum suis. Schottus *Aegathes;* 18. *Aegates*, uti post

Vinetus, Vossius aliique. Adspirationem praefert Hermolaus Barbarus in castigationibus in Melam (Romae 1493. fol.) ad h. l. quam tamen excludunt eius, quae vulgo vocantur, editiones. Et sic recte eam ex auctorum fide tollendam censuit Pintianus. Neque tamen vel sic scripturae ratio confecta est. Ita enim Cluverius in Sicilia antiqua 2, 15. p. 419. ubique scribendum putat *Aegades*, uti etiam editur apud Nonium Marcellum cap. 18. in. ex Varrone, et a Bocharto in Chanaan 1, 27. effertur. Nempe Cluverius in commune dictas esse putat tres insulas, Hieram, Phorbantiam et Aegusam eadem formatione, uti Stoechades, Echinades, Strophades, Sporades, Cyclades. — At repugnat penultima, quae in poetis, veluti Silio Italico 1, 61. et 622. 4, 79. et 6, 635. producitur, nec eandem rationem valere patitur. Tum *Aegatae* praeferunt meliores libri in Silio Italico cc. ll. Livio 21, 10, 7. et in epitome lib. 19. Nepote in Hamilc. 1, 5. Aurelio Vict. de V. I. cap. 41. Orosio 4. 10. Ampelio cap. 46. Idem igitur etiam contendunt Vossius ad nostrum locum, Dausqueius in orthogr. P. 2. p. 13. qui praeterea acerbius Cluverium refellit, etsi hic adspirationem non renuit, Bosius ad Nepotem, Arntzen. ad Aurelium cc. ll. Drakenborch. ad Silium Ital. 1, 66. d'Orville in Siculis cap. 5. p. 49. Adde, quae monentur ad Liv. 21, 10, 7. *Aegates* etiam affert Gothofredus in varr. lectt. Nonii Marcelli deditque ex MSS. Mercerus. Ita tamen libros variare, docent notae doctorum virorum. Quod miratur Cluverius, etiam Graece doctissimos de sua scriptura non cogitasse, ipse non cogitavit, apud Graecos eo nomine has insulas non occurrere, sed Αἰγούσας dici, veluti apud Polyb. 1, 44, 2. vel Αἴγουσαν, uti 1, 60, 4. At occurrit adeo Αἰγάτης in Stephano, etsi nomen illud in priori parte sollicitatur. Αἰγάτης enim πόλις Φοινίκων, Poenorum, in Africa Holstenio haec insula esse videtur. Quodsi vero Cluverius aequalem cum aliis in terminatione formam spectavit,

ſumſit, quod concedi nullo modo poſſe demonſtravi. Noſtri tamen codices omnino terminationem in *es* reſpuunt, et inuſitatam aliis auctoribus planeque incognitam in *ae* obtrudunt. Placuit tamen hos potius referre, quam incertam librorum fidem ſequi, etſi notandum utique videatur.

Romana clade) Hermolaus agnoſcit ut legitimam hanc Pomponii lectionem, quae nullo modo procedere poteſt, ut planum eſt ex victoria Lutatii conſulis adverſus Carthaginienſes ad Aegates. Legendum ergo alterutro modo, aut, *Punica clade memorabiles*, aut, quod magis arridet, *Romanae claſſis victoria nobiles*. PINTIANVS. *Clades* intelligenda, non quam acceperunt, ſed quam intulerunt Romani. Sic enim quandoque [interdum] auctores loquuntur. Livius 21, [22, 4.] *Hannibal agrum omni clade belli pervaſtat*. [Minus hoc apte.] Idem lib. 40. [cap. 2, 6.] *legatio Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade*. Virgilius Aen. 2, [436.] *vulnere tardus Vlyſſei*. Notat Gellius lib. 9. c. 12. et ex Salluſtio Servius ad Virgilium lib. 4. v. 155. [immo 238.] *iniuriam validiorum*, id eſt, quam inferebant validiores. Quare nihil hic mutandum eſt. CIACCONIVS. Et hanc quoque lectionem vitioſam putant, vel erraſſe Melam. Neutrum verum eſt. Clades hic eſt, non quam acceperunt, ſed quam dederunt Romani. Sic Livius 40, [2, 6.] *legatio Rhodiorum querentium de Sinopenſium iniuria*. Sed et alibi ſic loquitur, niſi me fallit memoria, idem Livius. Caeſar lib. 6. [de B. G. cap. 12. in.] *eosdem ad ſe magnis iacturis pollicitationibusque perduxerunt*. Perperam haec corrigunt. Simile quoque eſt illud Virgilii [Aen. 2, 436.] *et vulnere tardus Vlixi!* De reciprocis iſtiusmodi vocabulis vide Gellium 9, 12. VOSSIVS. Vbicunque potius *clades* uſurpatur active, quam in loco Livii, [40, 2, 6.] quem adnotavit in hunc uſum Voſſius. Nam plane illic indigitari cladem, quam acce-

perunt, non quam dederunt Sinopenſes, adparet ex Polybio, quem per haec verba interpretatur Livius, legat. 51. [lib. 24, 10. ed. Schw.] ἧκον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. Iam vero, licet ea vox ſic acciperetur, Pomponius tamen Mela reſpiciendus foret, quem tractamus, aliquoties ea uſum, et quo ſenſu, patet ex ipſo lib. 2. cap. 3. *Marathon Perſica maxime clade pernotus.* Et paulo ante: *tulit aves cum ſumma clade advenientium pennas quaſi tela iaculatas.* Haec quum ita eſſe videamus, nunquam dubitavi, quin ſcripſerit auctor: *Romana claſſe.* Sic Salamin ei dicitur [infra] *excidio Perſicae claſſis notior.* Lib. 2. cap. 2. [§. 5.] *Laconicae claſſis ſignatus excidio.* Et ibid. *naufragio claſſis Atticae.* Vnde apparet, ubi rem geſtam mari adnotat, auctorem ſemper feciſſe claſſis mentionem, ut hoc loco etiam feciſſe arbitror. Nam Pintianus eſt nimius. I. GRONOVIVS. Eandem emendationem etiam antea in ſcholis eum propoſuiſſe, ex notis MSStis intellexi. Inde vero et hic acres lites inter Voſſium et Gronovium ortae ſunt, ex quarum ſordibus ſublegam, quae Melae prodeſſe poſſint. Voſſius in appendice, mutata ſententia, Livii illum locum de clade Rhodiis inlata intelligit, quorum naves invaſerint Sinopenſes. Gronovii tamen explicationem tuetur Strabo lib. 12. p. m. 375 ſq. ſ 545 ſq. ubi eandem rem prolixe narrat et exponit; quare et illi adſenſerunt Perizonius ad Aelian. V. H. 2, 25. et Drakenborch. ad Livium c. l. Interim Gronovius irritatus ſimilia loca de hoc uſu vocis *clades* expromſit. Ita nempe Tacitus Annal. 13, 37. *Non deſore Arſacidis virtutem fortunamque ſaepius iam Romana clade expertam.* Idem Annal. 15, 72. *Nam et ipſe pars Romanarum cladium erit.* Et Ovidius Metam. 3, 257. *Clade domus ab Agenore ductae.* Ita quidem nunc vulgatae lectioni in Mela eiusque explicationi validiora ſubſidia admovit, recteque etiam Voſſius dubitavit, an usquam *claſſis* pro victoria navali poſitum reperiatur omninoque dici poſſit. Multa

autem esse verba, quae in utramque partem significatione reciproca et adversa ponantur, multis iam exemplis docuit Gellius 9, 12. Sic, quae ad nostrum locum propius faciunt, dicuntur *odium, ira, iniuria, strages, nex, caedes* — de quibus exposuerunt Burmann. ad Valer. Flacc. 2, 179. Drakenb. ad Silium Ital. 14, 434. idem ad Livium 40, 2, 6. Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 25. et quos praeterea nominant. Cf. et notata ad Eutropium 1, 2. Atque hinc etiam Burmannus et Drakenborchius nostrum locum explicant. Perizonius tamen propter ea, quae disputavit Gronovius, non repugnaverit iis, qui Melam memoriae vitio lapsum esse contendant. Sed et olim in hac lectione haeserunt viri docti, e quibus Lambinus ad Nepotis Hamilc. c. 1. emendat: *Karthaginiensi clade,* aut *Romana victoria;* Brodaeus in Miscell. 6, 16. *Punica clade.* Quae tamen a codicibus nimis recedunt, nec in memorata explicatione desiderantur. Ipse etiam Gronovius postea sensisse videtur, emendationem, quam proposuerat, duram esse et difficilioris explicationis. In eius enim notis MSStis, quas post Arriani editionem an. 1704. factas esse indicat locus ad 1, 12. f. aliam adfert horum verborum explicationem, qua non solum intacta illa manent, sed et sensus verborum usitatior servatur. Habet autem haec: *Romana clade,* sub Iunio consule, quam memorat Polybius lib. 1. [cap. 54.] Hactenus. Nempe dirum naufragium fecerat classis Romana, et Polybius 1, 55. in. ut supra de clade Sinopensium ἀτυχία, ita hic ἀτυχεῖν ponit. Clades autem de naufragio quin dici possit, nemo, opinor, dubitabit. At hoc unum moratur, quo minus in illam sententiam eam, quod Latini auctores omnes Romanorum victoriam ad Aegates celebrant, et Mela delibare talia et adspergere solet, illud autem naufragium ad Lilybaeum factum est, a quo tamen longius absunt Aegates. Aut igitur durius haec et praeter morem dixit Mela, etsi aliorum exempla mitigant, aut, quod vix in re tam nota Romanum scriptorem deceat, erravit, uti

et arbitratus eſt Cluverius c. l. qui eum errorem ducit ex ſimili clade in Africo mari apud Aegimurum, de qua Florus 2, 2, 30. Emendatio certe loci admitti nequit ob pertinacem codicum conſenſum, e quibus ſolus Rehdiger. habet: *rhoan clade memorabiles*, quod librarii oſcitantiae debetur.

§. 8. *Europae —)* Variant hic libri, in verborum tamen magis ordine et conlocatione. Gud. *litoribus Europae;* Rehdiger. *Europe appoſite litoribus ſunt;* Vatic. 1. Cibin. *appoſitae ſunt;* Vindob. *oppoſite.* Poſt aliqui *Aegeo* ſolemni librariorum more, qui etiam in edd. vetuſtis, in Vadianis adeo Olivarianis et apud Schottum notatur. Tum Vindob. *traciam;* Lipſ. *trachiam.* Gudianus omiſit. A voce *Plures* caput 55. conſtituit Vinetus.

Thaſos) Rehdiger. *taſſos;* Cibin. *thaſſos;* alii *Thaſos.* De ſcriptura quaeritur, utrum *Thaſſos* praeferri debeat, an *Thaſos.* Illud habent Stephanus h. v. Plinius 4, 23. ſ. 12. — hoc plerique, uti Thucydides 1, 100. et alibi, Demoſth. in orat. 1. in Philipp. p. 49. Reisk. Scylax extr. Strabo lib. 2. p. m. 85. ſ. 124. Polybius 15, 24. in. 18, 31, 2. et 33. in. Diodor. 11, 70. Dio Caſſ. 47, 35. et 47. et alii plures. Vid. Waſſ. ad Thucyd. 1, 100. qui longum eorum recenſum egit, in quibus *s* ſimplex legitur. Ita ex Latinis Nepos in Cimone 1, 5. — Tum poetae penultimam corripiunt, uti Archeſtratus apud Athenaeum 3, 28. Theocritus in Anthol. T. 1. p. 197. Iac. Dionyſ. v. 529. Priſcian. v. 546. Avienus v. 701. Statius Theb. 5, 182. Virgil. Georg. 2, 91. aliique. Denique hanc ſcripturam certiſſime confirmant multi Thaſiorum numi, de quibus vid. Raſche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1004 ſq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 53 ſqq. Variat quidem Drakenborch. in Livio 33, 30, 3. et 39, 2. quia idem fiat in Polybio. Nempe

olim. Cf. Schweighaeufer T. 7. p. 395. Et fic in aliis auctoribus hodie viri docti revocarunt *Thafos*, quod et hic tenent editiones.

Scandile) Rehdiger. *Scandyle;* Prag. *Scadile,* fcilicet neglecta lineola; alii cum Voffianis et edd. antiquiffimis *Scandile.* Sed inde ab ed. 6. ad 55. omnes dant *Scandille* praeter 13. 15. 17. 20. 23. et Vinetum, a quibus praefertur *l* fimplex, uti poft a Voffio ceterisque. Cum obfcura fit haec infula, nec aliunde vera eius fcriptura conftet, adquiefcendum eft codicum fide. Memoratur quidem in Plinio 4, 23. f. 12. ex lectione hodierna, quam olim pro Scandira, f. Scadira propofuerat ad noftrum locum Voffius et poft invexit Harduinus. Vterque *Scandola* nunc vocari adfirmant. Sed de hoc alibi.

Polyaegos) Cibin. Vindob. *poliegos*, uti edd. Camertis; Venet. *pólyegos;* Gud. Rehdiger. *poliaegos* ut ed. 29. Lipf. *poliagos.* Edd. primae et poft 9. 11. *Poliagos* et *Polyagos;* 6. 7. 8. 10. 12. — *Polyaegos*, quod ex Plinio 4, 23. f. 12. iam olim voluerat Hermolaus Barbarus. Ita Ptolemaeus 3, 15. et numi thefauri Goltz. fide p. 226. Sed res ipfa loquitur, etfi et alias obfcura fit haec infula.

Sciathos) Vatic. Vindob. *Sciatos;* Cibin. Rehdiger. Prag. *Scyatos;* Lipf. *Sciacos;* Gud. et alii *Sciathos.* Ed. 1. *Sciatos;* pleraeque aliae ex veteribus, uti 3. 4. 5. — *Scyathus;* una, 13. divife exhibet *Scyrus, Athos. Scyros* leg. adfcripferat etiam vir doctus ad edit. 40. Offendiffe videtur, quod *Sciathos* prope Thraciam conlocatur, cum fit potius Magnefiae oppofita, uti diferte adfirmat Strabo lib. 9. p. m. 500. f. 436. Et fic alii Euboeae vicinae obiiciunt, de quo alibi. Sed et *Scyros* a Strabone c. l. iuxta Magnefiam ponitur, uti *Halonnefos*, quam hic in eodem fitu, quo Sciathon, commemorare

non potuiſſet. Tum paullo poſt *Scyros* ſubiicitur. Laxius igitur dixit prope *Thraciam*, nec contra codices quidquam immutari debet. Cf. Plin. 4, 23. ſ. 12. Scriptura autem *Sciathos* ex Graeco Σκίαθος, uti iam monuerat Pintianus, confirmatur.

Halonefos) Cibin. Vatic. Rehdiger. *haloneſſos;* Lipſ. Venet. *Halloneſos;* Pariſ. 3. *Baloneſos;* alii *Haloneſos* cum editionibus, uti efferunt Demoſthenes in oratione nota, etſi de hoc auctore dubitat Libanius, Aeſchines in Cteſiph. p. 475. Reisk. Plutarch. in Demoſth. c. 9. Stephanus et Harpocration h. v. Plinius 4, 23. ſ. 12. Pintianus tamen duobus *n* ſcribi mavult; non temere in noſtro quidem auctore. Diſerte enim monet Strabo lib. 13. p. m. 425. ſ. 18. κατὰ ἔθος τι geminatam eſſe illam literam adfertque exempla, Μυόννησος, Προκόννησος, Πελοπόννησος. Nec aliter ſupra in noſtro §. 4. *Proconneſos* ſcribitur in editionibus plerisque. Quare et hic ad eandem rationem, ut ſibi noſter conſtaret, informavi. Non libri ſolum ſcripti, ſed et editi parum in his conſentiunt, quod vel Plinius docere poteſt. Cf. quae monuit Dukerus ad Thucyd. 2, 32. Ceterum Venet. ita hanc narrationis partem connectit: *Halloneſos et Lemnos.*

Atho monti) Monſtra hic nominis effinxerunt quidam. Vatic. 3. Prag. Pariſ. 2. *Achomenti;* Rehdig. *athomanti;* Vindob. *Atho montileninos.* Tum *Lemnos* deeſt in Vatic. 3. Pariſ. 3. et Prag. Iidem etiam cum Veneto pro *adverſa* adferunt *adverſas.*

Pagaſacus) Codices multi cum editionibus plerisque *Pagaſeus;* Ciaccon. Lipſ. Venet. Prag. Gud. Rehdiger. et edd. 1. 2? 9. poſt 18. 23. 31. *Pegaſeus,* quae forma et alibi notatur. Vid. Silius Ital. 11, 472. Statius Achill. 1, 65. Lucan. 2, 715. Propert. 1, 20, 17.

Ovid. epist. 16, 345. et quae ibi monuerunt viri docti. *Pagasa* vel *Pagasae* et *Pagasaeus* praeferunt auctores, nec aliam in poetis scripturam patitur metri ratio. Iudicari autem illa possunt ex etymologiae causa, quam exponit Strabo lib. 9. p. 500. s. 436.

Scyron) In varias formas hoc nomen agitatur, maxime in editionibus. Vindob. *Schirum*; Prag. *Stridum*; Havn. *Seridum*; Venet. *Schindum*; Vatic. 3. *Secundum*; Paris. 2. *Scydum*; Cibin. *Schyron*; Ciaccon. Lips. Gud. *Schiron*; Vatic. 1. tres I. Gronovii, Rehdiger. varr. in edd. 27. et 29. *Scyron.* Vossius in suis se libris, quod dedit, invenisse adfirmat, *Scyrum*, nec ad eius editionem conlati Paris. 1. 3. dissensisse videntur. Edd. 1. 2. 9. *Scithon*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. et aliae post cum Vadianis, Olivarianis, 30. 32. 37. Schotto, Grassero *Scyathon*; tantum 13. *Sciathon*, et 14. *Schyaton*. Vinetus praeivit *Scyron*, quem secutus est cum ceteris Vossius, etsi hic maluit *Scyrum* ponere. Tuentur hanc lectionem codices aliqui boni, nec recurrere in progressione cursus potest *Sciathos*. Terminationem Graecam retinui, non solum, quia codices eam sustinent, sed etiam quod Pomponius frequentat.

Cicynethon) Non minor huius nominis vitiatio codices obsidet. Vatican. *Sicynisson*, praeter 3. in quo *Phusimison*; Cibin. *Sytinisson*; Paris. 1. *Scicinisum*; Paris. 2. *Fiscineson*; Venet. Havn. *Fiscinison*; Paris. 3. *Scissum*; Vindob. *Sciscinison*; Prag. *Phiscinifo*; Lips. *Scisinison*; Gud. *si sciniffon*; Rehdig. *sysinisson*. Edd. 1. 9. *Sinisson*; 2. 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. 19. *Scinisson*; 6. 7. 8. 10. cum Ald. et Iunt. *Scinison*. Primus Vadianus reposuit *Cicyneton* (sic) et hinc 18. 21. 22. 24. 25. et quae Vadianum et Olivarium reddunt, item Schottus. Tandem Vinetus, Vossius et sequentes *Cicynethon*. TZSCHVCKE. *Scinisson*) Invenio quidem

Schinussam insulam in Phocide, ut Stephanus, a lentisco nominatam. Meminit et Plinius [4, 23. s. 12.] post *Naxum* insulam inter *Sporadas*. Quia tamen Strabo [lib. 9. p. m. 300. s 436.] idemque Plinius [c. l.] ante sinum Pagasicum et alias plerasque haberi tradunt, et Cicynetum praecipue atque Sciathum, fieri potest, ut Pomponius quoque hoc loco eam scripserit, cum Artemidorus, [apud Strabonem c. l.] quem maxime secutus videtur, ita dicat in Pagasaeo sinu Cicynetos insula, hoc est, Κικύνητος. [Sic ed Romana 1493. non Κικύνετος, ut dedit Gronovius.] BARBARVS. Quod de Schinussa refert Barbarus, sic habet. In Stephano est Σχίνουσσα (οὖσσα) Φωκικὴ νῆσος, etsi de causa nominis nihil subiicit. Hesychio est Σχινοῦσα itemque Φωκίδος νῆσος. Ex quo situ elucet, referri huc eam insulam nullo modo posse. Nec Plinii Schinussa, si recte habet, addicit, quippe quam incerto situ in Sporadibus numerat, quas infra noster recenset. Adscripserat in exemplari ed. 6. quo usus sum, antiqua manus *Scinison;* sed debebat addere, quae fidem illius nominis insulae facerent. Notatus a Mela nostrae insulae situs codicumque, conturbata licet, vestigia ducunt utique ad Cicynethon, (Gr. Κικύνηθον) quam in illo sinu prater Artemidorum in Strabone c. l. ponit etiam Scylax p. 25. Hudſ. et ante eum sinum Plinius 4, 23. s. 12. Adeo enim corrupti sunt et foedati codices, ut non nisi admotis aliorum auctorum testimoniis certi aliquid et probabile extorqueri possit.

§. 9. *Geraesion)* Cibin. Lips. *Geresthon;* Vindob. Prag. Rehdiger. Havn. Vaticani cum ed. 25. *Geresion;* Ciaccon. *Geresiheon;* Paris. 1. *Geresconque;* Boccatius de montibus h. v. *Geresirum* nominat. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. aliaeque plures *Geresion;* 29. 33. *Geraesion* cum Vineto, Vossio et sequentibus, uti iam olim Pintianus recte emendaverat ex Graecis *Geraesion,* in quibus Γέραιστος vocatur. Post Ciaccon. *Chafereum;*

Lipf. *chafeream;* Rehdiger. *caphercam;* Vatic. Cibin. *Capheran;* Parif. 1. *Caphaereau;* Parif. 2. *Caphareau;* Vindob. Havn. Venet. Prag. *Caphaream;* Gud. *Chaphaream.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et cum Aldinis et Iuntin. pleraeque olim *Caphaream;* tantum 14. *Caphariam; Caphareum* exhibet ed. 13. et inde cum ed. 19. Vadianus, Olivarius cum fuis, Stephanus, Vinetus, Schottus. *Capharea,* Graeca terminatione, malebat Pintianus, cum et antea fic *Geraefton* diceretur, idque recepit cum pofterioribus Voffius. Dubia tamen vel fic remanet antepenultima, in qua alii ponunt *a*, alii *e*. Inter utramque fcripturam fluctuantur etiam hic codices, ut vel adfcitis aliis, utrum eligas, difficile videatur. Habent enim fimpliciter *Caphareus* Sil. Ital. 14, 145. Ovid. Trift. 1, 1, 83. Metam. 14, 418. Propert. 3, 5, 55. f. 3, 7, 39. Plin. 4, 21. f. 12. et plures alii. Sed per *e* (*Caphereus*) probatur apud Virgil. Aen. 11, 260. et fic fcribunt Strabo lib. 8. p. m. 254. f. 368. Lucianus in Iove Trag. c. 15. Philoftratus in vita Apollonii 1, 24. Alciphron epift. 1, 10. Dio Chryfoftomus orat. 7. p. 105. f. 233. ed. Reisk. et alibi, Stephanus h. v. Ptolemaeus 3, 15. Etymol. M. h. v. ut pofterioris fere aetatis haec fcriptura fuiffe videatur. In aliis tamen, etiam iisdem auctoribus, inftabilis reperitur. Sic Paufan. 2, 23. in. Καφαρεὺς, lib. 4. extr. Καφηρεὺς, etfi in priori loco priorem innuit Cod. Mofcov. depravatio; Quintus Calaber 14, 361. et 468. Virgilius Aen. 11, 260. et in culice v. 353. Sic Heinfius, qui in priori loco cum aliis ex cod. Mediceo praetulit Caphereus, in Ovidio alteram formam intactam reliquit. Accedit in Stephano, quod hic explicat quafi καθηρεὺς, ὅτι τοὺς πλέοντας ἐκεῖ καθήρουν Εὐβοεῖς. Quae tamen argutiae videntur Grammatici, cum ex dialecti notius diverfitate ifta pendeant, quale exemplum antea adfuit in *Pagafaeus.* Certe et hic Latini praeferunt *a*, et fic fcribunt praeter fuperiores etiam Hygin. fab. 116. Solinus c. 17. f. 11.

Neque tamen relucter, ſi quis propter codicum bonorum exempla *Capherea* malit, ut etiam ex aliis libris poſuit in Solino Salmaſius, et in Plinii MSStis exſtare dicit, tacente tamen Harduino. Vtraque forte forma apud Graecos maxime in uſu fuit, quarum altera per η Ionica habenda, altera communis, ita tamen ut Graeci Ionicam praeferrent, praeſertim in carminibus. Praeterea ex librorum terminatione *Caphareum* praeferri poſſet, niſi a Mela Graecam, maxime in nominibus Graecis, frequentari conſtaret. Altera in *am* redolet recentioris aetatis morem, quo accuſativo Graeco in *a* adpendere ſolebant *m*, idemque optimis etiam auctoribus obtrudere. Vid. Vol. 2. ad 2, 5, 2. de *Narbone.*

Cenaeum) Codices plerique, velut Vaticani, Pariſienſes, Cibin. Lipſ. Rehdiger. habent *Cauneum;* Ciaccon. *Caunaeum;* Vindob. *Caumeum;* Prag. *cauniym;* Venet. *cauneum*; Gud. *caunum.* Edd. 1. 2. 9. *Cauneum*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Camertinae, Ald. Iunt. *Caunum*; Vadianae, Olivarianae cum ſuis, 21. 28. Schottus *Coeneum*; 13. *Ceneum.* Sed recte monuerat Pintianus, ſcribendum eſſe *Cenaeum* ex Strabone [lib. 10. in.] et Ptolemaeo, [3, 15.] in quibus legitur Κήναιον ἄκρον. Et ſic poſuit Vinetus et poſt eum Voſſius, Gronovii et alii. Nulla obſtat dubitatio.

extrudit) Prag. *extendat.* Tum Lipſ. pro *et nusquam lata* praebet *Enos quam lata*, idemque etiam in margine repetit *Enos.* Venet. Vatic. 3. *Ethnos quam lata*; Prag. *Ethnos lata*; Gud. Rehdiger. *et nos quam lata.* In Cibin. *et nusquam latam.* Inde Rehdig. Gud. Cibin. *artiſſima*; Cibin. etiam pro *ubi* adfert *ut.* Pro *Boeotiae* codices multi, in iis Cibin. Vindob. Prag. Lipſ. Gud. Rehdiger. cum edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. — *Boetie*, *Boetiae*, *Boeciae*, quae iam adfuerunt. Antea *milium* dant etiam Gud. Lipſ. Cibin. et alii quidam,

eique voci *passuum* addunt Lipf. et Zalufc. Vulgatam tamen tuentur reliqui omnes, nec repugnat ufus. Vid. ad 2, 1, 4. et ad Eutrop. 8, 2. extr.

appofita) Concinunt in hac lectione libri. Vir tamen doctus in ed. 40. adfcripferat *oppofita*, quod et legi in edd. Reinoldii 1739. et 1761. cum alia an. 1775. exhibeat *appofita.* Quae certam Reinoldii lectionem fiftat, ignoro. Recte tamen habet vulgata. Vox enim *obpofita* latius in Mela omninoque patet, pro qua antea adfuit ex eleganti variatione *adverfa profpicit.* *Adpofita* viciniam indicat. Tum vero hanc lectionem adiuvat Plinius 4, 21. f. 12. ubi Melam auctiorem refert: *nusquam latitudinem ultra 40. M. P. extendit, nusquam intra duo milia contrahit, fed in longitudinem univerfae Boeotiae ab Attica Theffaliam usque praetenta.* Confentit Martianus Capella lib. 6. p. 213. et Solin. cap. 17. f. 11. in quo: *Euboea tum modico aeftu dividua eft a Boeotiae continenti, ut dubitandum fit, an numerari inter infulas debeat.* Magis enim longa eft, quam lata, et ad oram Boeotiae latus trahit. Sed et alii idem teftantur, quod fuo loco dicetur, ut aliquid illis addere fit fuperfluum.

rapidum mare) Prag. inverfo verborum ordine *mare rapidum.* Tum Vindob. tantum *fepties nocte.* TZSCHVCKE. Scribo: *fepties die ac nocte* ex Strabone, [lib. 9. p. m. 278. f. 405. et alibi] Plinio, [2, 100. f. 97.] Seneca [in Hercule Oetaeo v. 780.] et omnibus. Res eft comperta vel parvis literarum myfteriis initiato. PINTIANVS. Nondum affentior Pintiano, qui alterum *fepties* redundare putat Plinii auctoritate. Seneca enim in Hercule Oetaeo, actu 3. *Euripus undas flectit inftabilis vagas, Septemque rurfus flectit, et totidem refert Dum laffum Titan mergit oceano iubar.* Et Euftathius in Dionyfium [v. 473.] καὶ αὐτὸς μὲν δὶς ἑκάστης ἡμέρας μεταβάλλει, ἑπτάκις δὲ τὸ ὅλον νυχθήμερον, ὁ περὶ

Εὔβοιαν Εὔριπος, περὶ ὃν φασι περιτρίψαντα τὸν Ἀριστοτέλην καταλῦσαι τὸν βίον. SCHOTTVS. Si detur etiam, minus recte Melam narrare, cum tamen codices in illa lectione perfiftant, removeri illa vox nequit. Strabonis verba ambiguitatis aliquid habent, uti et monuit Ciacconius, nec noctem excludunt neceffario. Simili modo lib. 1. p. m. 37. f. 54. Siculum fretum fcribit δὶς μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν Ὠκεανὸν, qui tamen quater curfus fuos mutat. Vulgatam etiam recte habere iudicat Voffius. De ipfa re alibi.

plena ventis) Ita omnes libri fcripti et editiones antiquae, cum Camertinis etiam 19. Ald. et Iunt. Non tamen eo adquievit Vadianus, fed pofuit *plenis ventis navigia*, eumque fecuti praeter fuperiores reliqui omnes, excepto Vineto, qui evulgavit *plena velis*. Veterem librorum lectionem reduxit et ad alios propagavit Voffius. Recte. Quod vero Erafmus in adagiis 1, 9, 62. hunc locum fic refert: *ut plena ventis navigia fecum portet*, memoriae id lapfu fecit.

navigia —) Prag. *veftigia fruftrentur.* Pro *fruftretur* Ciaccon. *fruftret*, quod quidem non deftituitur exemplis; Lipf. Gud. *fruftetur*, longe diverfo et alieno fenfu, etfi utrumque verbum paffim mifcetur. Vid. viri docti ad Flor. 2, 2, 32. et Drakenb. ad Liv. 8, 38, 4.

Styra) Parifienfes, Vindobon. Gud. Lipf. Prag. Venet. Voff. 3. Leidenf. *Stira*; Voff. 1. Cibin. *Scyra*; Vaticani, Rehdiger. Mediolan. Voff. 4. 5. Perizon. Abr. Gronov. varr. edd. 27. 29. *Styra*. Edd. 1. 2? *Stira*; 9. *Stira funt*; 3. 4. 5. 11. *Styra*; 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 16. et inde reliquae, perfuadente Hermolao, *Heftiaca*; tantum 13. *Eftiaea* et cum Voffio Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Iftiaea*; Vinetus *Styra*, *Heftiaea*.

Tum antiquam lectionem, *Styra*, eiecta voce *Hestiaea*, vel *Istiaea*, revexit Reinoldius, cui recte auscultavit A. Gronovius in ed. 44. atque hoc subsedit in aliis. TZSCHVCKE. *Styra*) Scribendum puto *Hestiaea*, de qua poeta eminentissimus [Homerus Il. 2, 537.] πολυστάφυλόν τε Ἑστιαῖαν, [immo θ' Ἱστίαιαν] ab *Hestiaea*, quae ad Olympum est, deducto nomine. Fuit in adverso tamen Euboeae locus *Astyra*, ut ait Charax, [apud Stephanum h. v.] iuxta *Potnias*, nisi quis in Euboeam quoque id nomen translatum, ut alia pleraque censeat, atque ita malit *Astyra*, quam *Hestiaea*, scribere. BARBARVS. Mirum est, qui tam secure viri docti in hac Hermolai lectione adquiescere potuerint, quae nullo codicum praesidio firmatur, cum praeterea Homerus in Euboeae locis recensendis Il. 2, 539. *Styra* diserte commemoret. Offendit forte Hermolaum, quod narrat Strabo lib. 10. p. m. 307. f. 446. et ex eo Eustathius ad Homerum c. l. eam urbem ab Atheniensibus dirutam fuisse, locumque ab Eretriensibus occupatum; quare etiam eius mentionem nullam fecerunt Plinius et Ptolemaeus. At Mela non suae solum aetatis, sed et superioris Geographiam exponit, vel loca, eorum fata ignorans, producit, quasi adhuc steterint. Exempla praebent *Sigeum*, *Olynthos*, *Potidaea* et alia. Tum *Histiaea*, si stare possit, praeferunt auctores, ut Histiaeotis de Euboea praeeunt, etiam Homerus c. l. Ceterum a verbis: *Aliquot in ea* — capitis 56. initium facit Vinetus.

Eretria) Male etiam hoc nomen adfectum adparet. Vaticani, Paris. 1. 2. Cibin. Vindob. Gud. Prag. Lips. Venet. *Fretia*; Paris. 3. *Phretia*; Rehdig. *phoethya*. Ed. 1. *fretia*; 2. 9. *phretia*; recte edd. Venetae, 3. 4. 5. substituerunt *Eretria*, quam urbem inde ab Homero Il. 2, 537. multi in Euboea commemorant.

Pyrrha, *Nesos*) Male haec nomina in libris coaluerunt, ita tamen ut facta etiam post contaminations

ſingula diſcernere et expedire poſſis. Pariſ. 1. 3. Vindobon. Gud. *Piraneſos*; Vatic. 3. *Pieranſos*; Prag. *pioranſos*; Pariſ. 2. Lipſ. *Picraneſos*; Venet. *Pyraneſos*; Rehdiger. Cibin. *pyrraneſos*. Edd. 1. *piraneſos*: 2. 3. 4. 5. 9. 11. *piraneſſos*. Verum locorum diſtinctionem et ſcripturam, quam et praetuliſſe videntur reliqui Vaticani cum Havn. vidit iam olim Hermolaus Barbarus, cuius monito recte morem geſſerunt edd. 6. 7. 8. 10. 12. et reliquae; tantum 10. *Pyrra*; 13. *Pirrha*. Pro *Oecalia* Pariſ. 1. Lipſ. Vindob. Gud. *Oetalia*; Vatic. 3. *Oetolia*; Pariſ. 2. Venet. *aetholia*; Prag. *octolia*; Rehdiger. *oecalia*; Cibin. *cthalia*. Edd. 1. *oecalia*; 5. *occhalia*; 11. *echalia*. Recte aliae *Oechalia*, quod fuiſſe videtur in Vaticanis reliquis et diſerte notatum erat ex Pariſ. 3. Forte et idem dedit Cibin. cum tenui diſcrimine *c* et *t* ſaepiſſime differant. Scripturam vero illam comprobant auctores.

opulentiſſimae) Cibin. *opulentiſſima*. Tum Lipſ. Gud. Vindob. cum editt. 1. 2. *cariſios*, iidemque cum Prag. et ed. 1. *calcis*; at recte hic ed. 9. ab illa diſcedens *chalcis*; Rehdiger. *chalos*. *In*. Tò *et* inter *Caryſios* et *Chalcis* excidit in Vatic. 3. et quibusdam aliis.

§. 10. *Atthide)* Rehdiger. *bachide*; Prag. *Matide*; Lipſ. *acthide*; Gud. cum ed. 1. *atide*. Editiones multae *Attide* facili errore et obvio, de quo ſupra dictum ad 2, 3, 4. Sic pro *Helene* edd. 6. 7. 8. *Helenae* cum cod. Cibin. uti deinceps Rehdig. *Salamys* et *cyrea*; Prag. *Sabbanis*; Lipſ. *noctior*. Inde Pariſ. 1. *Peloponenſum*; Vindobon. *Peloponenſon*; Prag. *Egeo*; Cibin. *aegio*.

Pityuſa) Vatic. *Pityuſſa*, tantum 3. *Pirium venſa*; Cibin. *pythynuſſa*; Rehdiger. *pytimuſſa*; Vindob. *phitimiſſa*; Prag. *pirium verſa*; Lipſ. *pintinverſa*; Ven.

peritinunſa; Pariſ. 1. Gud. *pitinverſa*; Pariſ. 2. *Piliverſa*; Ciaccon. *Pytinſa*; Pariſ. 3. rectam ſcripturam *Pityuſſa* habuiſſe videtur. Edd. 1. 9. *ſitiuſa*; 2. 3. 4. 5. et deinceps plures aliae cum Stephano (33.) *Phitinſa*, tantum 13. *Pytinſa*, et 23. *Phithinſa*; Vinetus, Schottus, Voſſius et reliqui *Pityuſa*. TZSCHVCKE. *Phitinſa.*) Scribo *Pytinſa* ex communi nomenclatura multarum Graeciae inſularum, a frutice videlicet pineo. PINTIANVS. Debebat ſcribere *Pityuſa*, uti ex eadem cauſa plures vocatas eſſe adfirmat Plinius 3, 11. ſ. 5. nempe a πίτυς. Salmaſium, qui ad Stephanum ſ. v. Φλιοῦς *Phliuſa* hic legendum cenſuerit, notat Politus in Euſtathium in Homerum Tom. 2. p. 613. ex Plinio 4, 12. ſ. 19. cum *Pityuſa* inſula ſit maris Aegaei circa Peloponneſum, *Phliuſa* urbs Sicyoniae in Peloponneſo. Ad Pityuſa etiam ducunt ſalebroſae licet codicum lectiones, quorum tamen exemplo, et ut tenorem ſervaret Mela, poſui *Pityuſſa*, uti paullo poſt probatur *Oenuſſa*. Vid. Schrader. ad Avieni deſcr. orbis v. 612. Poſt pro *Aegina* Rehdiger. *Egyna*. Idem cum Cibin. *epydaurico*. In edd. 2. 9. 13. *Egina*; 12. 14. 19. *Aepidaurico*.

Troezenio) Lipſ. *Traezonio*, ut edd. 30. 32. 37. Gud. *Troegenio*; Pariſ. 1. *Trecenio*; Pariſ. 2. *Trezoenio*; Prag. *Troeni Enio*. Pro *Calauria* Pariſ. 1. Rehdiger. Venet. Vaticani, Gud. cum ed. 1. *calaura*; Cibin. *chalaura*; Prag. *celaura*; Pariſ. 2. *celauria*; Lipſ. *calatira*. Pro *letho*, quod vulgo editur, Cibin. Vindob. *leto*; edd. 7. 8. *laeto*, quae variatio nec alibi in libris eſt inuſitata. Vid. Salmaſius ad Liv. 31, 18, 7. Burmann. ad Propert. 3, 11, (13.) 19. index Gruteriani theſauri Grammaticus h. v. et quae notantur in Cellarii Orthogr. Lat. T. 1. p. 274. ed. Harleſ. Nempe *laeto* quidam ſcribunt quaſi κατ᾽ ἀντίφρασιν, quia minime ſit laetum. Cf. Erythraeus in indice Virgilii h. v. Maior diſcrepantia eſt de priori ſcriptura *letho* et *leto*, in qua non ſemper ſibi conſtant

viri eruditi. Sic Livius Drakenborchii c. l. habet *lethum*, eiusdem Silius Italicus 2, 92. — *letum*, uti etiam dederunt alii in Virgilio, Propertio, Valerio Flacco, Horatio, Ovidio, Lucano et aliis. Ita vetus lapis apud Gruter. p. 655, 1. Accedit probabilior vocis derivatio Prifciani a fupino antiqui verbi *leo*, a quo fupereft *deleo*. Vid. Prifcianus lib. 5. p. 665. ed. Putfch. Dausqueius in orthogr. Lat. P. 2. h. v. Voffius in etymol. h. v. et Cellarius c. l. Relictis igitur codicibus plerisque, qui omnino adfpirationem amant, et editionibus, etiam recentioribus, excepta Vinetiana, dedi *leto*. Contra *Demoftenis* codices quidam exhibent, veluti Gud. Rehdiger. Vindob.

Myrtoo) Vindobon. Prag. *mirtio*; Lipfienf. *in immercio*; Gud. *mincio*; Parifienfes *Mirthio*; Rehdiger. *myrthyo*. Vitiant vocem etiam editiones. Sic 1. *nirtio*; 2. *Nyrthio*; 9. 13. *Nirthio*; aliae ex antiquis 3. 4. — rectius quidem, fed cum adfpiratione *myrthoo*. Cf. ad 2, 3, 5. Gr. quod notum, Μυρτῷον. Pro *Cythera*, quod quidam agnofcunt, Vindob. *citharea*; Prag. cum ed. 9. *cithera*, uti Κιθέρη in vetere orbis defcr. cap. 59, 7. Lipf. Gud. cum ed. 1. *citera*; edd. 13. *Cythaera*; 18. *Cytera*. In Graecis Κύθηρα, unde Latinum probatur. Pro *Malean* quidam, in iis Venet. Lipf. Vindob. *Maleam*, uti ex recentioribus habent Vinetus, Voffius. *Malean* alii codices, veluti Cibin. Rehdiger. quae terminatio Graeca imitatione in Pomponio ab aliis recte praefertur. In ed. 18. fupra fcriptum praeterea erat fine ulla nota et figno *Maleas*. Cum utraque forma in auctoribus occurrat, audiendi funt codices. Denique pro *contra* Prag. dat *circa*, quod quidem probari poffit, fed unius codicis caufa recipi non debet. Sic etiam Mela eodem tenore ponit *contra*.

Oenuffa) Mire et haec vox diftorquetur. Vatic. *Oenufa*, uti antea *Pityufa*, praeter 3. in quo et Prag.

est *Temussa*; Paris. 1. 2. Cibin. et potiores A. Gronovii, quod et de duobus exemplaribus in praefatione testatur H. Stephanus, *Oenussa*; Rehdiger. *cenussa*; Ven. *Coenussa*; Lips. *Oemissa*; Gud. *oenmissa*; Ciaccon. *Aenussa*; Vindob. *emissa*, quod et in Havn. fuisse videtur, et occupat editiones plerasque ad Schottum usque; tantum 1. *emisa*; 15. 17. 20. 23. *Enusa*; Vinetus *Oenussa*; Vossius et primum Gronovii *Oenusa*. dein, praecedente Reinoldio, in edd. 44. 45. cum reliquis *Oenussa*. TZSCHVCKE. *Emissa*) Aldus minus corrupte *Enussa*; Mariangelus et ante eum Hermolaus, *Oenussa* legunt ex Plinio [4, 19. s. 12.] et antiquorum codicum fide. Sed neuter attigit veram lectionem; scribendum namque *Oenussae* numero plurali ex Pausania in Messeniacis. [4, 34. extr.] In orthographia dissentiunt. Herodotus [1, 165.] et Thucydides [8, 24.] per duo *ss*, Pausanias et Stephanus cum uno tantum scribunt. PINTIANVS. *Oenussa* H. Stephanus [in praefatione] pro *emissa* reponit. SCHOTTVS. Vera lectio et narrationi accommodata ab ipsis MSStis subministratur, etsi iidem, quod fit alibi, in scriptura vel per *s* simplex, vel per geminatum, variant. Pluralem tamen minime agnoscunt. Forte ipse Mela unam tantum novit, vel omnes hoc nomine complexus est, quod una praecipue hoc nomen gereret, de quo Vol. 2. Scripturam per *ss* duplex reliqui, quippe quae et etymo propius respondet, atque ita in aliis feci.

Theganusa) Vatic. 1. *Tegea nysa*; 3. *begtenissa*; Paris. 1. 2. *Begeanissa*; Prag. *Beganissa*; Lips. *tegranissa*; Venet. *Thegrannissa*; Vindob. *tegea nisi*; Rehdiger. *thegea nysa*; Voss. 1. Cibin. forte etiam Havn. *Tegeanissa*; Voss. 4. Perizon. Paris. 3. Gud. *tegea nisa*; Ciaccon. *Tegra Risa*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Tegea Nissa*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Teganusa*; 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae et similes, 30. 32. 37. et reliquae *Theganusa*.

Solus Schottus *Aenusa.* TZSCHVCKE. *Tegea, Nissa*) Scribendum *Thegamusa* ex Plinio, [4, 19. f. 12.] Ptolemaeo. [3, 16. extr.] BARBARVS. *Theganusa* lectio pervulgata. Ego vestigia sagaciter odoratus veram lectionem [*Aenusa*] reposui. SCHOTTVS. Lego *contra Maleam Oenussa, Theonissa.* Nam illud *et* ex posteriore litera praecedentis dictionis et prima sequentis fuit factum. CIACCONIVS. Quaerant ipsi et probent Aenussam et Theonissam. Equidem receptum nomen in codicibus agnosco, cui et situs respondet in Pausania 4, 34. extr. ubi cum adspiratione effertur, quae in Plinio 4, 19. f. 12. abest. Tantum geminavi, de quo antea est dictum. Post pro *Acritan* Vatic. Lipf. Vindob. *Acritam*; Prag. Ciaccon. *Achrytam*; peius Cibin. *athytan*; Gud. *acryton*; recte cum aliis Rehdig. *Acritan*, forma quidem Graeca nostroque amata. Pro *Ionio* multi, uti Vaticc. Cibin. Rehdig. Lipf. Gud. Prag. *rionio.*

Prote, Asteria) Coaluerunt male haec nomina in libris varie deturpata. Vatic. 1. Cibin. Voff. 1. Mediol. *Prosteria*; Vindobon. *prestira*; Parif. 3. *prostirra*; Rehdiger. *postyria*; Lipf. *prosturiam*; Ciaccon. *prosturium*; Parif. 1. *prosturias*; Gud. *prosturia*; Prag. *prostinia*; Parif. 2. *Prostkima*; Vatic. 3. *prostumam*; A. Gronovius praeterea ex suis omnino adfert: *Prostirria, Prosturia* et *posturia.* Edd. 1. *Prostiria*; 2. 3. 4. 5. 9. 11. *prostirria*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et reliquae ad 42. fere omnes *Prote, Hyria*; tantum 13. *Prothe Hyria*; 15. 17. 20. 23. *Protheyria*; Vinetus *Prote, Asteria*, quomodo reposuit Reinoldius, et hinc ab ed. 44. reliquae. TZSCHVCKE. *Prostirria*) Legendum fortasse *Prote Hyria.* De Hyria cogitandum relinquimus illud obiter testantes, vagum id multis urbibus esse vocabulum; *Zacynthon* quoque insulam hoc ipso tractu quandoque *Hyriam* fuisse nominatam. BARBARVS. Luxatum esse puta verborum ordinem. Nulla enim insula est *Hyria* praeter *Zacynthon,*

quae aliquando dicta eſt *Hyrie*, auctore Plinio in quarto. [cap. 19. ſ. 12.] Legendum itaque videtur *Zacynthos Hyrie*, more uſitato Melae, ut diximus ad cap. 1. lib. 2. PINTIANVS. Ferri minime poteſt haec emendatio, quam etiam poſt ex Plinio 4, 19. ſ. 12. huc transferre tentavit Harduinus, incuſata adeo Voſſii negligentia, qui eam praetermiſerit. Illa enim longe relinquit expreſſa codicum veſtigia, nec excuſationem habet in ſynonymorum de eodem loco copulatione, qua Mela ſic nusquam utitur, ſed Melae obtrudit Pintianus, uti libro 2, 1, 6. et 2, 5. Praeterea, ſi hic locum habeat, omnia ſede ſua movet et disiicit, cum auctor mox Zacynthon diſerte memoret, uti etiam monuit A. Gronovius. Coaluiſſe in libris duo nomina, et hinc in peius mutata eſſe, adparet; quae ſi ſic diviſeris, ut per ſitum inſularum duo illa nomina inde eruantur, exſiſtere utique videntur *Prote* et *Aſteria*, quae huc poſſint referri, nec reiicienda erit Reinoldii emendatio. Suſpicor tamen, niſi diligentiſſimo alias in minutiis etiam conlatori ed. Vineti ad edit. Gronov. an. 1743. quae *Aſteria* evulgavit, obrepſerit caſus aliquis, ita iam a Vineto fuiſſe repoſitum. Certe ita in praefatione volebat H. Stephanus, nec iuſta ſuberat cauſa, cur ſimpliciter quidem damnaret, quaſi haec inſula ſic minus apte poneretur. De Zacyntho enim hic cogitari minime poſſe, iam dixi, et ſi quando de aliis locis *Hyria* legitur, certe in iis nusquam inſula notatur, cum tamen hic inſulae apto ſitu poſitae nomen deſideretur. Ita vero *Aſteria* in Ionio mari inter Ithacam et Cephalleniam diſertis verbis conlocatur a Strabone lib. 10. p. m. 314. ſ. 456. et Stephano h. v. Adiuvat praeterea Plinius, etſi mutata terminatione *Aſteris* ſcribit, qui lib. 4, 19. ſ. 12. cum Prote adeo in hoc ſitu coniungit. Quare *Aſteria* retinui.

Cephalenia) Vaticani, Mediol. Voſſ. 1. Cibin. *Cephallania*; Prag. *Cephalania*; Vindobon. *Zephalania*; Lipſ. Rehdiger. Pariſ. 3. et, quod puto, Venet. Havn.

Cephalonia; Gud. *Chephalonia*; Parif. 1. 2. *Cephalenia*. Edd. 1. 2. 9. *Cephalalnia*; 11. *Cephalnia*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 19. *Cephalonia*; 13. 15. 16. 17. 18. 20. cum ceteris *Cephalenia*, quod huc usque fervatum manfit, et in pofteriori parte facile probatur; nam τὸ *onia* recentiorem aetatem redolet, atque hinc quidam libri etiam in aliis proferunt, veluti in Floro 2, 9. extr. Livio 37, 13. extr. et ex recentioribus ita fcribunt Geographus Ravenn. 5, 22. auctor veteris orbis defcr. c. 58, 7. Κεφαλονία. Terminatio *ania* forma Dorica effertur, uti infcriptiones infra memoratae docebunt, etfi talia librariorum noftrorum animos nunquam fubierunt. At de priori parte moveri iufta dubitatio poteft, utrum fimplex *l*, an duplex melius adhiberi debeat, cum etiam in utramque partem libri incerti pendeant. Auctores plerique Graeci, in quibus Homerus, Thucydides, Strabo, Polybius, Plutarchus, Antigonus utuntur duplici; alii quidam, uti Ariftoteles hift. anim. 8, 33. Aelian. hift. anim. 5, 9. cum Plinio, Floro et recentioribus Antonino in itin. p. 524. Hierocle in fynecd. p. 648. fimplex praeferunt, etfi nec illi ipfi omnes fibi conftant, cum etiam duplex reperiatur in Prifciano v. 449. Avieno v. 596. Ariftide T. 1. p. 306. ed. Iebb. Schol. Thucyd. ad 1, 27. — In aliis, veluti Polybio, Diodoro, variatur. Si etymologiam fpectes, cum a Cephalo nomen illi impofitum tradant, fimplex unice valeat, atque hoc probet etiam infcriptio numi, quem protulit Goltzius in thef. p. 218. utinam certioris fidei vir, cum eiusmodi numum minime noverit Eckhelius in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 270 fqq. Κεφαλανίας tamen occurrit in Reinefiii infcrr. 3, 83. quod poteft ex praecedentibus intelligi. Obftat enim de eius fcriptura antiqua teftimonium Euftathii ad Dionyf. v. 431. monentis: Τοὺς Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἅπασα ἔχει. Idem porro ad Homer. Odyff. 1, 105. p. 26, 49. ed. Baf. Κεφαλληνία, inquit, ἐν δυσὶ λ ἡ

χῶρα ἐκλήθη πρὸς διαστολὴν, ἵνα τὸ ἐθνικὸν ὁ Κεφαλλὴν ἔχοι διαφορὰν πρὸς τὴν ἐν σώματι κεφαλήν. Probavit eam ſcripturam e libris vetuſtis et conſuetudine Graecorum Manutius in orthogr. p. 29. h. v. poſt eum alii, in iis Sigonius et Drakenborch. (qui cum Gronovio eam ſemper ſequitur) ad Liv. 38, 28, 5. Duker. ad Flor. 2, 9. extr. Weſſeling. ad Diodor. 11, 84. Horum virorum auctoritatem eo promtius amplexandam putavi, quod et boni codices eam hic tuentur. Neque morari poteſt Cephali, conditoris, nomen, quod ſimplici *l* in monumentis etiam ſcriptum adparet, quia in his diverſam ſaepe rationem ineunt. Sic Tenedos et ſimilia, de quibus paſſim dixi ad Strabonem. Cf. de Cephallenia ad eundem lib. 8. cap. 2, 2. Quam autem cupide Mela Graecas formas adripiat, pluribus exemplis conſtat.

Neritos) Cibin. Rehdiger. *Nerythos.* Alii cum edd. *Neritos*, praeter Schottum, qui praetulit *Nericos.* TZSCHVCKE. *Neritos* hactenus omnes editi. Lege *Nericos* ex Hom. ult. Odyſſ. [24, 376.] *Neritos* enim Ithacae mons eodem auctore et Strabone lib. 10. [p. m. 312. ſ. 454.] et Euſtathio ad Il. 2. [v. 632. p. 252. Baſ.] SCHOTTVS. Sive *Neritos*, ſive *Nericos* legas, neutrum, cum inſulas recenſeat, apto loco poſitum prodit. *Neritos* enim fuit mons Ithacae; *Nericos* urbs olim litoralis Acarnaniae, quam Homerus c. l. ἀκτὴν Ἠπείροιο vocat, de quo pluribus disſerit Strabo 10. p. m. 311. ſ. 451 ſq. Nempe Leucadia, de qua ſuo loco, olim paene inſula, iſthmo cohaeſit Acarnaniae, in eoque ſita fuit urbs Nericos. Poſt, urbe illa diruta, iſthmum perfoderunt et Leucadiam inſulam fecerunt, fretum autem inde ortum ponte iunxerunt. Iſthmi Leucadienſium meminit et Hyginus apud Chariſium in Putſchii Grammat. p. 108. At hinc adparet, ne vel ſic quidem recte Nericum commemorari, quippe quae aetate Melae non amplius ſtabat, vel iam alibi (2, 3, 10.) commemoratam fuiſſe, ſi ve-

rum eſt, quod tradit Plinius 4, 2. ſ. 1. Neritum ſeu potius Nericum poſtea, translata ſcilicet priſtina incolarum ſede, Leucada dictam fuiſſe. Cf. etiam Suidas ſ. v. Νήριτον. Neque inſula Leucadia, quae Neritis eodem Plinio teſte olim vocata eſt, intelligi propter ſequentia poteſt. Denique, ſi haec lectio Schotto detur, utroque modo ſcriptum eſt olim a quibusdam oppidi huius nomen. Etſi enim Strabo 10. p. m. 313. ſ. 454. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 632. Odyſſ. 24, 376. et ad Dionyſ. v. 492. Suidas c. l. praecipiunt, urbem eam in Graecis ſcribendam eſſe per κ, per τ montem Ithacae, adparet tamen ex Stephano, quosdam etiam urbem ſcripſiſſe Neriton, e quibus producit Lupercum Grammaticum. Et ſic eſſertur in Plinio c. l. quem quidem eo nomine notat Salmaſius ad Solin. cap. 37. ſ. 40. p. m. 505. Contra Νηρικίην Ἰθάκην vocat Dionyſ. v. 495. Et ſic eadem in hac voce conſona variatur apud Ovidium in remed. amor. v. 264. ubi vid. Heinſ. ad Virgil. Aen. 3, 271. Heynius, et qui nominantur ad Heſych. ſ. v. Νήρικος. Sed ut ſummam disputationis conficiam, etſi omnes libri in litera *t* conſpirent, *Nericos* tamen cum Schotto ex Strabonis adnotatione praeferendum eſt, cui etiam favent Lexicographorum rationes, nec, quod interciderat illa urbs, obſtare poſſe illi lectioni videtur, cum talia ſaepe Homerum alioſque veteres Geographos ſecutus Mela excitet, uti paullo ſuperius §. 9. ad nomen *Styra* notatum eſt. Aliud agitur, ſi quis quaerat, an recte in inſulis recenſuerit auctor, quod nego, etſi ita cenſuiſſe etiam videntur Virgilius Aen. 3, 271. Ovidius Metam. 15, 712. Silius 15, 305. ubi adſentitur Heinſius. Sic Oberlinus ad Vibium p. 541. Vadianus ad Melam 2, 3, 10. Contra de Nerito quidem ſentit Cellarius in Geogr. ant. 2, 4, 11. At quidquid eſt, ſi Strabo etiam erravit, hoc nomen certe errorem levat et ad codices proxime accedit.

Same) Prag. *Sarae.* Tum Cibin. *Zachinthos*; Vatic. 3. *Lacynthos*; Lipſ. *lacintos*; Vindob. *iacinthos*; Prag. *iacinctos*; Rehdiger. ut edd. 12. 14. 19. *Zazinthos.* Pro *Dulichium* Rehdiger. *dulychium*, ut edd. 7. 8. 10. 24. et forte aliae cum Vadianis et 30. 32. 37. Recte tamen ed. 18. Vadiani textus alias vicaria.

non ignobiles) Particulam *non* omittit Rehdiger. Poſt Vatic. 3. et Pragenſ. habent *Vxilis*; Cibin. Lipſ. Gud. Rehdig. ſex A. Gronovii *Vlixis*; Voſſ. 1. cui falſo A. Gronovius adiungit Gudianum, *Vlyxis*; Vaticani reliqui cum aliis codicibus habuiſſe videntur *Vlyſſis*, uti fertur in edd. omnibus cum Reinoldianis ad 44. praeter 9. et 31. in quibus exſtat *Vlixis.* A. Gronovius in poſtrema editione (45.) poſuit *Vlyxis*, atque hinc excepit Kappius cum editore Norimbergenſi. Quaeritur igitur, utra ſcriptura ſit proba magis et uſitata. Etſi per *ſſ* damnari nequit, eamque unice probat Regius ad Quinctil. 1, 4, 16. propter Graecam rationem, altera tamen per *x* frequentius uſurpatur ab optimae fidei codicibus, ut vel ſic temere nata et invecta non videatur. Sola haec paſſim notatur variatio, quod quidam per *y* proferunt, uti et legitur in Priſciano p. 562. ed. Putſch. cum hodie in primis *i* valeat, uti docent editiones Livii, Virgilii, Horatii, Ovidii aliorumque auctorum. Et ſic in plerisque codicibus invenerunt Heuſingeri apud Ciceronem de offic. 1, 31, 8. 3, 26. in. et Benedictus in 7 MSStis apud eundem in epiſt. ad diverſ. 1, 10. extr. Sed vid. quae monuerunt viri docti ad Ovid. epiſt. 1. in. Valeſius ad Ammian. 27, 8. Drakenb. ad Liv. 1, 49, 9. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 523. Heinſius et Heyne ad Virgil. eclog. 8, 70. Cellarius aliique in orthogr. Lat. T. 1. p. 384. et quos laudant. Nempe fuit ea antiqua Dorum forma uti docet Plutarchi locus in Marcello cap. 20. ubi narrat, Cretenſes, qui Dorica dialecto utebantur, in quadam inſcriptione Οὐλίξου pro Ὀδυσσέως poſuiſſe.

Cum igitur nec hic renuant plerique codices, et talia, poetis ufitata lubenter excipiat Mela, ita retinui, ut pro *Vlyxis*, quod inveni, ponerem *Vlixis*, etfi *Vlyffis* minime damno. Poft pro *Ithaca* Lipf. *ytacha*; Gud. *itacha*.

Epiro) Vindob. *ephiro*; Rehdig. et ed. 2. *epyro*. Tum Vindob. *echinides*; Rehdiger. *echynides*. Sequentia magis corrumpuntur. Quidam A. Gronovii *Plocae*; Prag. *plocie*; Lipf. cum edd. 1. 9. *nime* pro *nunc*, quae vocula abeft ab edd. 5. 12. 14. 19. uti poft a Parif. 1. 2. *Strophades*. Ciaccon. verba fic ordinat: et *Strophades, olim Plotae*, nec aliter in fuo legiffe videtur Vadianus, qui ita certe dedit fequentibus reliquis ad 42. praeter Ald. Iuntin. et Vinet. Inde Reinoldius antiquam aliorum codicum lectionem revocavit, quam pofteriores cum edit. 44. receperunt, et olim probaverat, reprehenfo priori ordine, Voffius ad Valer. Flacc. 4, 513.

Ambracium) Quidam codices, in iis Cibin. Lipf. Gud. Prag. cum edd. 1. 2. 9. 15. ex more *ambrachium*; Vindob. *embrachium*. Tum Rehdiger. *leucadya*; Prag. *leuchidia*.

Adriatico) Ita MSSti, tantum Vindob. *andriatico*. Edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. vel *hadriaco* (uti 1. 9.) vel *adriaco*; 20. *Adrico*; 26. aliaeque, poftea Vadianae, Olivarianae tantum non omnes (nam in antiquitat. varr. auctorr. 1552. legitur *Adriaco*) cum Vineto, Schotto et reliquis *Adriatico*. Etfi utraque forma proba eft, alteram tamen malunt libri. Cf. ad 1, 3, 3. ubi etiam dictum eft de adfpiratione, quam praefixi. Poft Prag. *mari contra Ethracum*; Vatic. 3. *Corcyra contra Etrachum*; Venet. *et Corcyra vicino Adriatico mari. Contra finum Thracium Graiorumque*; Lipf. Vindob. *Corcira*.

§. 11. *At interius)* Cibin. *ad interius.*

Melos) Edd. quaedam, ut 4. 5. 11. *Nelos*, quod Hermolaus Barbarus recte mutavit in *Melos*, codicibus etiam adſpirantibus. Tum codices mei praecipiunt *Olearos* praeter Pariſ. 1. in quo eſt *Oelaros*, transpoſitis literis. A. Gronovius ex Voſſ. 1. indicat *Olcaros*, ex aliis *Olcaros*, quod et legitur in edd. vetuſtis et aliis poſtea. Voſſius poſuit *Oliaros*, et hinc Gronovii in edd. 40. 41. 42. Inde, Reinoldio duce, rediit *Olearos*. TZSCHUCKE. Lego *Oliaros* per *i* in ſecunda ex Strabone, [lib. 10. p. m. 334. ſ. 485.] Ptolemaeo, [3, 15.] Stephano [h. v.] ut mendoſe ſcriptum ſit, ubicunque aliter ſcriptum invenitur. PINTIANUS. Ex Strabone refert lectionem Guarini, quam et exhibent priores editiones, etſi codices mei aliqui etiam obiiciunt Ἀλίαρος. Poterat adiungere Plinium 4, 22. ſ. 12. in quo eadem exſtat forma. Videtur utraque forma valuiſſe in auctoribus, uti exiſtimant etiam viri docti, qui conferri poſſunt ad Ovidium Metam. 7, 469. Virgil. Aen. 3, 126. ubi vetuſti codices, quos et ſecutus eſt Heyne, praeferunt *e*, etſi *Oliaros* tuetur in Strabone et Virgilio Barthius ad Statii Achill. 2, 3. ubi *Olearos*, ut in Antonini itiner. p. 529. Equidem malim *Oliaros* cum Pintiano reponere, ſi vel unus codex ſuſtineat, propter Stephani auctoritatem literarum ordine certo ſtabilitam.

Aegilia) Voſſiani meique omnes pertinaciter volunt *Aegina* vel *Egina*; Rehdiger. pro eo *egyna*. Edd. 1. 2. 9. 11. 13. *Egina*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. — reliquae cum Vineto *Aegina* ad Voſſium, qui emiſit *Aegilia*, probantibus aliis. *Aegyla* rectius legi iam monuerat. Vadianus ex Plinio 4, 19. ſ. 12. qui Melam ante oculos habuiſſe videtur. Exſtat tamen ibi *Aegialia*. Certe *Aegina* locum hic habere nequit, quippe quam etiam paullo ante commemoravit. Facilis fuit hic librariorum lapſus. Nomen autem inſulae huius vel cognominium

varie effertur in auctoribus. Sic Herodotus 6, 107. habet Αἰγίλεια, etsi codices variant; Stephanus h. v. Αἰγιάλεια, ubi tamen Holstenius p. 13. mavult Αἰγίλεια, uti Harduinus ad Plin. 4, 19. f. 12. et Heyne ad Virgilii Cirin v. 477. forte tamen Αἰγιλία propter gentile Αἰγίλιος; Dionyf. v. 499. Αἴγυλα, uti Prifcian. v. 525. Avienus v. 669. quod pro Αἴγιλα male fcriptum effe monet Heyne c. l. Plinius c. l. *Aegialea* et *Aegila*; idem 4, 22. f. 12. *Aegilia*, de quibus Vol. 2. Retinui *Aegilia*, quod propius facit ad libros, in quibus *li* transiit in *n*. Eandem vero nomen *Aegina* moleftiam iniecit Virgilii loco citato, ubi pro eo Holften. ad Stephanum p. 102. invito tamen metro reponebat *Aegyla*. Sed vid. ibi Heyne.

Cothon, Ios) Coniuncte haec dant codices. Vaticani, Parifienfes, Vindob. Prag. Rehdiger. *Cothonius*; Venet. *Cothonios*; Gud. *Cothomus*; Lipf. *Cothromus*, notato tamen *r* tamquam vitiofo et delendo. Edd. 1. 2. 9. 11. *Cothonius*; 15. *Cotonis*; 3. 4. 6. 7. 8. 10. cum Ald. Iunt. et Vineto *Cothon, Ios*; 5. 12. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae et aliae ad Schottum *Cathon, Ios*; inde Voffius revocavit *Cothon, Ios*, uti iam voluerant Hermolaus et Ciacconius, idque poft fedit. Simili modo pro Κώθων, qui fuit portus Carthaginienfium, libri quidam obtrudunt Κάθων apud Diodorum 3, 44. Sed *Cothon* hic probatur ex Plinio 4, 19. f. 12. et Stephano h. v. Vterque tamen prope Cythera ponit, quam infulam nofter in Myrtoo mari antea commemoravit. Sed de fitu hic non quaero, et vel Mela vel librarii turbant. Plinius bis eam infulam adtigit, fed in priori loco, ubi Melam repetit, *Cothonis* legitur, ex quo vitii vetuftas adparet.

Thia, Thera) Etiam haec nomina coaluerunt in libris, et inde depravata exierunt. Vatic. Venet. Reh-

diger. codex Stephani, quod ille notat in praefatione, *Thyatira*; Cibin. Gud. *Thiatyra*; Lipf. Parif. 2. *Thiatira*; Parif. 1. *Thiathira*; Parif. 3. *Ciathira*; Vindob. *Thiara*; Prag. *Clathira*. Edd. 1. 2. 9. *Thiara*; 13. *Thyatira*; 11. *Thyera*; 6. 7. 8. cum Ald. et Iunt. *Therea*; 3. 4. 5. 10. 12. 14. 19. 24. Vadianus, Olivarius cum fuis et Schotto *Thera*, omnes omiffo nomine *Thia*. Solus ex recentioribus Vinetus antiquam codicum lectionem repetiit *Tyatira*. Voffius repofuit *Thia*, *Thera*, quae lectio facile ex codicibus eruitur et ipfa re probatur. Vtramque in Sporadibus recenfet etiam Plinius 4, 23. f. 12. fed idem antea 4, 19. f. 12. ubi vitiatum Melae codicem defcripfit, habet *Thyatira*.

Gyaros) Ita plerique codices, tantum Lipf. et Vindob. cum edd. 1. 2. 9. 15. *giaros*; Prag. *Grayos*; Rehdiger. *Graros*. Edd. 3. 4. 5. 6. 7. et aliae *Gyaros*, cum edd. Vadiani 16. 18. in quas poftea irrepfit vitiatum *Hyaros*, quod et repetunt 30. 32. 37. etfi fubiecta nota melius docet Ciacconius, dum adfert Hyaros, addit: alias *Yarus* et *Giarus*, quae ad codices pertinere, ut alibi, videatur.

Hippuris) Cibin. *Yppuris*; Rehdiger. *Hyppuris*; Lipf. Parif. 1. 2. Gud. *hippiris*; Prag. *Ipirris*; Parif. 3. Vindob. *iporis*; Venet. *Hippioris*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Iporis*, quod Hermolaus Barbarus ex Plinio 4, 23. f. 12. aliisque in *Hippuris* mutandum recte iudicavit. Ita vero etiam poft receptum eft. Plinius et hic 4, 19. f. 12. ex corrupto Melae codice reddit *Geoaris*, poft 4, 23. f. 12. recte *Gyarus*.

Dionyfia) Vatic. 1. Voff. 1. Ciaccon. Venet. levi tantum immutatione *Dyonifia*; Cibin. *Dionifya*; Vindobon. Gud. Leidenf. Parif. 1. 2. 3. *Dionifio*; Mediolan. *Douyfia*; Prag. *Dionifa*; Vatic. 3. *Dionyfa*;

Lipſ. *ioniſia.* Edd. 1. 2. 9. 19. *Dioniſſa*; 3. (ut cod. Havn.) 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. cum Olivarianis tantum non omnibus et Schotto *Dionyſſa*; 15. 17. 20. Vadianus in prima ed. (16.) et hinc 18. 20. 21. 24. 33. *Donyſſa*; 23. *Doniſſa*; poſteriores Vadiani, 30. 32. 37. et ſimiles, praeterea 27. 40. 41. 42. *Donyſa*; Vinetus *Donyſia*; Voſſius *Donuſa*; Reinoldius cum Gronovianis 44. 45. et ſequentibus *Dionyſia*, quod iam olim emiſerat ed. 15. TZSCHVCKE. Lego *Donuſia*, non *Donyſia* ex Stephano tradente, translatam fuiſſe a Baccho in eam inſulam Ariadnam, perſequente illam patre Minoe. Vnde appellata fuit forma poſſeſſiva *Dionyſia*, ſed poſtea corrupto nomine dictam eſſe *Donuſiam.* Legendum igitur apud ſummum poetam [Virgil. Aen. 3, 126.] *Donuſiam*, non, ut antehac legebatur, *Donyſam.* Nam ratio carminis ſynizeſi figura defenditur. PINTIANVS. *Donuſae* cum alibi, tum quoque apud Euſtathium in Dionyſium [v. 530.] ſit mentio, cuius verba ita legenda: Σποράς δὲ καὶ ἡ πρὸς τῇ Ῥόδῳ Δονουσία, [uti ex codice notat etiam Holſtenius in Stephanum p. 102. cum vulgo legatur Νουσία] ἥτις παραφθορὰν, φασίν, ἔπαθεν. Οἱονεὶ γὰρ Διονυσία τίς ἐστιν, ἐπεὶ Διονύσιος τὴν Ἀριάδνην εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς Νάξου ἤγαγεν. Idem habet Stephanus. Sed inepte Dionyſiam a Dionyſo dictam volunt. Verum enim nomen eſt *Donuſa*, Graece Δονοῦσα. Sic quoque Tacitus Annalium quarto. [cap. 30.] Sic quoque apud Virgilium [Aen. 3, 125.] legendum, *viridemque Donuſam.* A crebra terrae concuſſione, cui et haec et omnes fere vicinae inſulae ſunt obnoxiae, nomen ſortita eſt. VOSSIVS. *Dionyſiae* nomen a Dionyſo petitum reiicit etiam Berkelius ad Stephanum p. 308. et *Donuſa* probat cum Heynio ad Virgilii Cirin v. 476. Ita quidem apud Tacitum c. l. vetuſtus codex, omnes vero apud Plinium 4, 23. ſ. 12. [etſi ex noſtro 4, 19. ſ. 12. *Dionyſia*] et aliqui apud Virgilium cc. ll. pro *Donyſa* adferunt. Hic tamen librorum lectionem *Dionyſia* retinendam cenſet

Heyne ad Virgilii Cirin v. 476. Potuit enim, inquit, inter tot alias obſcuriores Sporadas etiam Dionyſia eſſe, ut adeo facile alterius nomen in alterum transiret. Διονυσιάδας duas circa Creten inſulas a Dionyſo conditas memorat Diodor. Sic. 5, 75. quas et in tabula Peutingeriana [8. E.] notari putat Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 120. nominibus *Dioniſa* et *Dionis*, detracto fine. At prior nimis a Creta removetur, poſteriorem tamen, niſi ſit *Dia* Ptolemaei, haud male cum Dionyſiadibus componi poſſe, arbitratur Weſſeling. ad Diodor. c. l. Occurrit etiam *Dionyſa* cum Scyro ſ. Syro et Paro in Antonini itiner. p. 527. et *Dionyſſa* cum Syme in Geogr. Ravenn. 5, 21.' Si recte et ordine retulit Virgilius in utroque loco et verum inſularum ſitum in perſequendo maritimo curſu expoſuit, *Donuſa* verſus Seriphon et Cretam inde a Delo proficiſcentibus vicinas utrimque inſulas habuit Cythnon, Naxon, Paron, Oliaron, et ſic porro melius intelligitur, cur huc ex Naxo Bacchus Ariadnen traduxerit. Sic et Plinius 4, 23. ſ. 12. accedit, qui cum Telo et Pathmo coniungit, etſi ſe acervatim poſuiſſe Sporadas ipſe adſirmat, quod et obſervatur in Antonini itiner. c. l. Tum vero valde reluctatur Stephanus, qui νῆσον μικρὰν Ῥόδου dicit. Quam diſſicultatem ut tolleret Heyne ad Virgilii Cirin c. l. legendum cenſuit in Stephano: Δονουσία, νῆσος μικρὰ ſ. μία τῶν Σποράδων. Tum quidem non liceat ad Dionyſiadas iuxta Cretam delabi, quas ſupra commemoravi ex Diodoro Siculo, in primis cum Mela inſulas iuxta Cretam ſitas, infra recenſeat, ubi opportuniorem locum Dionyſia habuiſſet, ſi adtingere voluiſſet. Reſtat igitur quaeſtio, utrum hic Donyſa, an Donuſa cum Voſſio reponenda, an Dionyſia retinenda, in quo quidem propter ſummam librorum conſenſionem (nam τὸ *i* facile in Mediol. excidit) Heynii opinionem amplector. Accedit etiam huc locus Plinii 4, 19. ſ. 12. ſupra iam notatus, in quo noſtrum reddit. Legitur enim etiam ibi *Dionyſia.* Attamen non diverſas illas, ſed unam ean-

demque infulam habeo; in quo iterum adiuvat Plinius. Quas enim in priori loco coniunctas fimul quamvis ex depravato Melae codice fiftit, poft fingulatim fuis fedibus, aliorum fidem fecutus, rectius recenfet, ex quo adparet, uti *Cyrnus* eft *Cythnos*, *Chalcis*, *Chalcia*, *Pinara*, *Cinara* — fic, quae ibi eft *Dionyfia* poft, 4, 23. f. 12. eft *Donufa*. Neque fi Donufae fitum fpectes, adverfatur ratio, quam Mela fequitur in recenfendis Sporadibus. Iis enim accenfet, quae circa Delum undique ad Europam et Afiam erant inter fe remotiffimae, ita quidem, ut utriusque litoribus propius adiacerent.

Cythnos) Voff. 1. Cibin. Mediolan. Rehdiger. *Cyanos*; Leidenf. Vaticani Parifienfes, Lipf. Gud. Prag. Vindobon. Ciaccon. et alii *Cianos*. Eadem eft *Canos*, quam cum Dionyffa coniungit Geographus Ravennas 5, 21. quod nomen expedire non potuit Porcheron. In Plinio 4, 19. f. 12. *Cyrnus*. Edd. habent *Cianos* ad Schottum usque; tantum 13. *Cirnus*; Vinetus *Cyanos*. Inde Voffius repofuit *Cia*, *Icos*, quod receperunt edd. 40. 41. 42. Reinoldius emendavit *Cythnos*, quod poft inde ab ed. A. Gronovii 44. fervatum eft. TZSCHVCKE. *Cianos*) Legendum videtur *Ceos* ex Strabone, [lib. 10. p. m. 334. f. 486.] aut *Cios*, ex Ptolemaeo, [3, 15.] apud quem falfo in Graeco exemplari fcriptum reor *Cia* pro *Cios* facili lapfu fcriptorum, duobus elementis *o* et *e* confufis in unum, etfi Hermolaus legit in Ptolemaeo *Ciam*, cui equidem non affentior. PINTIANVS. Mela fcripfit *Cia*, quamvis apud eum legatur *Cianos*. Cum enim librarius nefciret, *Ceon* a Romanis *Ciam* appellari, fic fcripfit: *Cia* v. *os*, i. e. *Cia vel Coos*, et hinc *Cianos*. VOSSIVS *ad Scylacem p. m.* 49. (Gron.) Reynoldum recte emendaffe exiftimo, *Dionyfia*, *Cythnos*, nifi forte Mela fcripferit *Dionyfia*, *Pyrnos*, quas infulas etiam iungit Plinius 4, 12. [*Cyrnos* volebat dare, uti legitur in Plinio 4, 19. f. 12.] A. GRONOVIVS. *Cia* hic agnofcit

etiam Politus ad Euſtathium in Homerum Tom. 2. p. 679. ſed vitiata pronuntiatione ortum cenſet ex *Cea*, quod probat. Nempe primum, inquit, dictum Κέος, unde gentile Κέϊος, per Synaerefin Κεῖος, unde νῆσος dicta Κεῖα, inde Κία, poſtremo Κίος de inſula, quod volebat Pintianus perperam. Invaluerat id Suidae aetate. Sed plura ex ipſo cognoſci poſſunt. De Κέϊος, Κεῖος a Κέω inſula monet etiam Euſtathius ad Homerum Odyſſ. 22, 335. p. 790, 14. Baſil. Praeferenda videtur emendatio Reinoldii, *Cythnos*, pro qua poſitum *Cytnos*, deinde *Cynos*, unde alia obtrudi facile potuerunt. *Cia* enim pro Ceos, Κέως, vix ferri poteſt ex corrupta Ptolemaei lectione. Minus probandum Voſſii Icos, quam inſulam Magneſiae obiectam dicit Strabo lib. 9. p. m. 300. ſ. 436. et Livius 31, 45, 12. a Geraeſto et Caryſto (Euboeae) in Macedoniam navigantibus inter Scyrum et Sciathum obviam eſſe ſcribit. Quod Cythnon Cycladibus alii adnumerant, nihil in tanta opinionum varietate obſtat, et infra contra libros a quibusdam in Cycladibus ponitur. *Cianos* tamen, quod hic libri obiiciunt, ſuſtineri forte poſſit ex Philone in Flaccum p. 540. ed. Mang. qui Κίανον inſulam adtingit, ubi perſequitur curſum a Sunio ad Andrum, in quo praetervectus eſt Flaccus Ἑλένην, Κίανον, Κύθνον et alias στοιχηδὸν κειμένας, dummodo aliunde nomen certum conſtaret, nec ibi potius ad Ceam referendum videretur, uti etiam indicat Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 523. qui poteſt conſuli.

Chalcia) Pariſienſes, Ciaccon. Lipſ. Rehdiger. Vindob. *Calchis;* Cibin. *Chalchis;* Prag. *Calcis;* Gud. *Calathis;* Vaticani et reliqui cum editionibus conlati habuiſſe videntur *Chalcis*. Nempe ſic omnes editiones exhibent ad Voſſium usque, praeter 1. 2. 9. 13. in quibus legitur *Calcis*. Voſſius poſuit *Chalcia*, quod et acceperunt ſequentes. Plinius quidem in loco ſupra indicato habet *Chalcis*, quod et retinuit Harduinus; at alibi

(4, 23. ſ. 12.) vocat *Chalciam.* In Scylace p. 58. Hudſ. eſt Χαλκεία, in Strabone lib. 10. p. m. 337. ſ. 488. Χαλκία, et in mari Carpathio prope Rhodum ponitur. Χαλκία etiam legitur apud Theophraſtum in hiſt. plant. 8, 5. Sed, quod ex ſitu diſcitur prope Rhodum, eadem a Plinio 5, 36. ſ. 31. dicitur *Chalce*, et a Thucydide 8, 41. extr. Χάλκη, de qua variatione monuit etiam Palmerius in exercitt. in auctor. Gr. p. 347 ſq. qui tamen corruptos hic codices eſſe cenſet. Attamen cum nec alii auctores in forma nominis conſient, Melaeque codices omnes eandem terminationem in *is* praeferant, praeſtat eam reddere, quam ad ancipitem aliorum recurrere. Revocavi igitur *Chalcis*, quo nomine alia etiam loca paſſim adpellantur.

Icaria) Ita Pariſienſes, Vatic. 1. Cibin. Gud. et alii. Vindob. *ycaria;* Rehdiger. *hycaria;* Prag. *Ichara;* Vatican. 3. *Icara;* Lipſ. *learia.* In *Icaria* conſentiunt editiones omnes, probanturque ab aliis etiam auctoribus. Mox Pariſienſes, Lipſ. Prag. *Pinaria*, quod etiam in Vaticanis fuiſſe opinor, quia ex ſolo Vatic. 1. notatum erat *Pinara*, quod et habet Gud. cum Plinio 4, 19. ſ. 12. In Cibin. eſt *Pynara;* Rehdiger. *pynaria;* Venet. *Pinarra;* Vindob. *cinara.* Edd. veteres 1. 2. 3. 4. 5. — ad Voſſium *Pinaria;* tantum 13. *Pinara.* Voſſius dedit *Cinara*, quod amplexi ſunt reliqui. TZSCHVCKE. Plinius [4, 23. ſ. 12.] *Cinara.* Nondum muto, quoniam et *Pinara* Lyciae urbs fuit. [?] BARBARVS. *Pinarae* nullus meminit praeter Plinium, apud quem tamen in codice vetuſto *Pyrana* legitur, non *Pinara.* PINTIANVS. Alias *Cinara* et *Pinara.* CIACCONIVS. *Cinarae* meminit Plinius, licet vulgo apud ipſum *Cynara* legatur. cum vetuſti libri habeant *Cinara.* [Sic Harduinus.] Athenaeo [lib. 2. extr.] et Plutarcho [de exſilio p. 376. ed. Lipſ. Vol. 8.] eſt Κίναρος. Verum quia apud Melam Cinara mutata fuit in Pinaram a librariis, quibus ſolemne eſt,

C et P commutare, non mirum eſt, Plinium vitioſam ſecutum lectionem, duas feciſſe inſulas. Sed et alias ſupra memoratas inſulas quare geminarit, et ad Aetoliam collocarit, cum omnes in mari Aegaeo ſitae ſint, ſatis ut opinor, clarum eſt, VOSSIVS. His facile et lubenter adquieſcere licet.

Niſyros) Vatic. Vindob. Gud. *Niſpiros;* Cibin. Pariſienſes *Nyſpiros;* Rehdig. *Niſpyros;* Venet. *Neſpiros:* Lipſ. *hiſpiros;* Prag. *hiſpirros*. Edd. 1. 2. 9. 15. *Niſpiros;* 3. 4. 5. reliquae *Niſyros*, quod ſine haeſitatione probatur. De ſimilibus et aliis huius nominis corruptionibus cf. Harduinus ad Plin. 36, 42. ſ. 21. et Heyne ad Apollodor. p. 75.

Lebinthos) Vatican. 1. *Lebenthos;* Mediolan. Voſſ. 1. 3. 4. Cibin. Venet. Vindob. *Libenthos;* Leid. *Libentos;* Lipſ. Prag. *Lientos;* Vatic. 3. *linctos;* Pariſienſes *Lyenthos;* Gud. (ex quo A. Gronovius falſo notat *Libenthos*) *Lihentos;* Rehdiger. *Lybeminthos.* Edd. 1. 2. 9. *Libentos;* pleraeque reliquae *Lebynthos;* 15. 17. 20. *Lebyntos;* 23. *Lebynthus;* 6. 7. 8. *Lebyntohus;* at 10. *Lebynthos;* Sanctius et Reinoldius *Lebinthos*, quod et habuiſſe videtur editio Vineti. ita vero poſt Reinoldium inde ab ed. 44. A. Gronovius cum aliis, cum antea Voſſii exemplo ſcriberetur *Lebynthos.* TZSCHVCKE. Scribe per *i* in ſecunda *Lebinthos* ex Strabone [lib. 10. extr.] et Plinii codice ſcripto. [4, 23. ſ. 12.] PINTIANVS. Per *i* ſcribit etiam Stephanus ſ. v. Δρεπάνη. Sic Geographus Ravenn. 5, 21. *Lepinthos.* In Ovidio de A. A. 2, 80. et Metamorph. 8, 222. vulgo, etiam in ed. Burmanni legitur *Lebynthos*, ubi MS. habere *Lebinthos* ad hunc Melae locum teſtatur A. Gronovius. Praeſtat Graecos auctores ſequi, tamquam minus in his corruptos.

Calymnia) Vatic. *Camynis;* Pariſ. 1. Cibin. Lipſ. Gud. Rehdiger. Venet. *Caminis;* Pariſ. 2. 3.

Caſimis; Vindob. *Scalimis;* Prag. *Camiros.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Caninis;* 3. 4. 5. et reliquae *Calydnae* ad Voſſium, tantum aliquae, ut 11. 29. 33. cum Vineto *Calydne.* Voſſius dedit *Calymnia,* quem et ſecuti ſunt poſteriores. TZSCHUCKE. Libri antiqui *Caminis.* Et hanc quoque vitioſam lectionem ſecutus eſt Plinius, [4, 23. ſ. 12.] et inde inſulam *Caminiam* vel *Caminiſam,* ut habent aliqui codices ſcripti, in ordinem inſularum repoſuit. Dum ſic facit, non mirum eſt, catalogum inſularum, quas in hoc mari recenſet Plinius, admodum eſſe locupletem, recurrente ter et quater eadem ſemper inſula. Procul dubio ſcripſerat Mela *Calymnia. Calymna* et *Calymnia* utrumque rectum eſt, ut teſtatur Stephanus. Aliter *Calydna,* aut *Calydnae* dicuntur iſtae inſulae. Hinc *mel Calydnium* appellatur quoque *mel Calymnium,* et ex Stephano teſtatur Euſtathius in Dionyſium. [v. 530.] Porro Lebynthum cum hac inſula coniungit etiam Ovidius, cum in libris de arte amandi, [2, 80.] tum quoque Metamorphoſeon .8, [222.] *Dextra Lebynthos* [ut ibi prave editur] *erat, foecundaque melle Calymne.* VOSSIUS. Librorum lectio ducit ad *Caminiam* Plinii, cui nomini eo magis aliquis inhaereat, quod Plinius ſcribit a Platea diſtare 38. M. P. At nemo talem inſulam in hoc mari audivit, et manifeſte ex variis auctoribus inſularum nomina congeſſit eorumque variam et corruptam ſcripturam ſecutus inſularum etiam numerum temere auxit. Porro non arbitrario antiquae editiones Venetae dediſſe videntur *Calydnae,* ſed aliunde et ex libris depromſiſſe. Atque eo etiam ducit codex Vindob. etſi alias non bonae notae, ſuis tamen ideo exemplis propius inhaerens, qui adpoſuit *Scalimis,* ſic ut litera *s* ex praecedente vocabulo fuerit adtracta. Hinc vero non male Voſſius ſubſtituiſſe videtur *Calymnia,* cum hoc nomen probet etiam Stephanus, *Calymnam* autem hac forma producat etiam Plinius 4, 23. ſ. 12. et Strabo lib. 10. extr. Tò *a* in codicibus ad proximum nomen migravit.

Syme) Vatic. 1. *Asymae;* Parif. 2. 3. Rehdiger. *Asime;* Parif. 1. Gud. *Asine;* Lipf. Venet. Ciaccon. *Hasime;* Prag. *Ashime;* Vindob. *Asinie;* reliqui videntur habuiffe vel *Asime*, quod et Voffius ex fuis protulit, vel *Asinae* et *Asine*. Et fic editiones antiquiffimae ad Voffium *Asinae* vel *Asine*, quae quidem locum hic habere non poffunt. Voffius cum ceteris repofuit *Syme*. TZSCHVCKE. Pro *Asine* forte reponendum *Casiae*. Nam a *Caso*, una Sporadum, complures adiacentes infulae dictae funt *Casiae* Straboni, [lib. 10. extr.] Stephano [qui tamen Κάσον tantum memorat] et Homero. [Il. 2. 676. qui etiam unam tantum habet.] PINTIANVS. Nemo hanc emendationem adfenfione fua probavit; et recte. Nam et nimis et fine caufa recedit a Codicum lectionibus, nec usquam Cafiae memorantur. Immo quas folus Strabo τῶν Κασίων νήσους adpellat, funt finitimae, et quae fub ditione Cafiorum fuerunt. Prima litera *a* adhaefit ex proxima voce, qua abiecta remanet *Syme*, infula inter Rhodum et Gnidum. Sic igitur recte pofuit Voffius aliis omnibus hic comprobantibus et ad Lucan. 8, 195. Oudendorpio.

Hae quia —) Gud. *he quod;* ed. 14. *disparsae.* Mox pro *Ab eis*, quae voces a Parif. 2. et Prag. abfunt, Vaticani habent *Abeos;* Cibin. *bacos;* Lipf. Gud. Venet. Rehdiger. *habeos;* Vindob. *anapheos;* Ciaccon. *Nabeos.* Edd. 1. 2? 9. 13. *abeos;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. reliquae *Ab eis*, uti certe fuit in Parif. 1. 3. et, quod videtur, in Havn. Recte. Nam non adeft nomen, quod fub fuperiorum codicum vocibus lateat, et *ab* idem valet, quod poft, et in progreffione vel tranfitu ad alia a noftro paffim adhibetur. Cf. 1, 2, 4. 18, 5. 3, 2, 7. et 7. in. Tum librarii nomina etiam adpellativa faepe in propria corrumpunt. Sic 3, 7, 5. *Nysi:* pro *nisi;* 3, 1, 9. *Ianasum* pro *etiamnum;* 1, 2, 5. Prag. *cum Thauris* pro *continuis;* et hoc ipfo capite proxime poft Cibin. *super*

Assyam pro *super eas*, et supra §. 8. alii pro *et nusquam* ferunt *Ethnos quam*. De aliis nominum permutationibus cf. ad 2, 3, 1.

Sicinos) Vaticani *Cicynos;* Paris. 2. 3. Lips. Vindobon. Gud. Venet. *Cicinos;* Rehdiger. *Cycynos;* Cibin. Ciaccon. *cycinos;* A. Gronovius ex suis memorat *Cycinos* et *Cicinos*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Cicinos;* 6. 7. 8. 10. 12. et aliae ad Vossium *Sicynus* vel levi immutatione quaedam *Sicinus*, ut Olivarius cum suis fere omnibus; *Sycinus* 18. *Sicynos* 19. Vossius dedit *Cythnos*, quod acceperunt Gronovii ad ed. 42. Post Reinoldio auctore rediit *Sicinos*. TZSCHVCKE. *Cicinos)* Scribendum *Sicynus* ex Strabone, [lib. 10. p. m. 334. f. 484. ubi quidem vulgo legitur Σίκηνος] Plinio, [4, 23. f. 12. ubi *Sicinus* exstat] Stephano, [cui etiam est Σίκηνος] vetustis codicibus. HERMOLAVS BARBARVS. Videtur scribendum *Sicenus* penultima producta ex Strabone [c. l. ubi etiam ita reddidit vetus interpres] et Stephano. Ptolemaeus [3, 15. extr.] per *i* in eadem *Sicinus*, sed vitiose puto. PINTIANVS. *Sicinus* non est inter Cycladas. Vetus lectio est *Cicynos*. Feci *Cythnos*, quae sola hic deerat. VOSSIVS. Si vestigia codicum pressius insistas, melius supra in Sporadibus *Cythnos* deprendas, ut hic *Sicinos*. Ita enim rectius scribi per *i*, non solum alia auctorum loca docent, sed et metrum in primis evincit. Cf. ad Strabonem c. l. Quod de Cycladibus monet Vossius, vere id quidem, sed, in auctorum de iis inconstantia et fluctuatione, nihil id solum videtur impedire. *Cythnos* tamen videtur exstare in Paris. 1. atque omnino ille usque ad *Paros* cum Vossiano textu consentire, quia nulla ex eo discrepantia adnotata erat. Hinc vero magna succedit in editionibus variatio et confusio. Multae enim, quae *Sicynus* vel *Sicinus* habent, subiiciunt proxime *Cythnos*, uti Vadianae et in iis 30. 32. 37. sic: *Sicynus, Cythnos, Siphnos;* ed. 24. et hinc Olivarianae

cum Vineto et Schotto *Sicinus*, *Hypanos*, *Cythnos*, *Siphnos*, *Seriphos*, ſic ut Melae recenſum una vel duabus inſulis augeant. Ante Vadianum et Olivarium legebatur levi discrimine *Sicynus*, *Hipanos*, *Sipanos* vel *Siphnos*, *Seriphos;* ſed de his audiendi ſunt libri ſcripti.

Siphnos) Cibin. Vatic. *Sipanos;* Rehdig. *Sypanos;* Pariſ. 2. Prag. *Sinapos;* Venet. *Synapos;* Lipſ. *Ipanos;* Pariſ. 3. *hipanos Scipanos;* Gudian. *hypanos;* Ciaccon. *Spanos.* Edd. 1. 2. 9. 13. *hipanos Scipanos;* 3. 4. 5. 10. 11. 12. 14. 19. *Hipanos*, *Siphnos;* 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Hipanos*, *Sipanos;* Olivarianae et antea iam 21. 24. poſt Vinetus, Schottus *Sicinus*, *Hypanos*, *Cythnos*, *Siphnos;* Vadianae *Sicynus*, *Cyknos*, *Siphnos*, de quo quidem in proxima nota monui. Voſſius τὸ *Hypanos* recte excluſit, omninoque poſuit *Cythnos* (pro *Sicinos*) *Siphnos* ſequentibus edd. 40. 41. 42. Poſt duce Reinoldio reliquae *Sicinos*, *Siphnos*, uti iam notatum eſt. TZSCHVCKE. *Hypanos*, *Cythnos*, *Siphnos* —) Aldus *Hypanos*, *Sipanos*, *Seriphos.* Scribo *Cythnos*, *Siphnos*, *Seriphos* [uti iam dederat Vadianus] ex Ptolemaeo [3, 15. extr.] et Strabone, [lib. 10. p. m. 334. ſ. 485.] apud quem in Graeco codice *Cythros* pro *Cythnos* falſo ſcriptum eſt. In Plinio [4, 22. ſ. 12.] quoque *Citanos* depravatum pro *Cythnos.* PINTIANVS. Satis ex enarratis codicum lectionibus adparet, τὸ *Hipanos* ortum eſſe ex *Sipanos*, utrumque ab editionibus quibusdam exceptum ad unam eandemque inſulam pertinere, quae ſola eſſe poteſt *Siphnos.* Minus depravant libri *Seriphos.* Nempe Gud. *Siriphos;* Prag. *Serifos;* Ciaccon. *Seryphos.* Recte alii cum edd. etiam vetuſtis. In ed. 34. (Heniſchii) *Seriphos* omiſſum abeſt.

Rhenea) Vaticani, Pariſ. 3. Voſſ. 3. Mediolan. Perizon. Gud. *Ahenea;* Ciaccon. *Athena;* Voſſ. 1. Cibin. Lipſ. Rehdiger. *Haenea;* Prag. *Henea;* Vindob. *anenea;*

Parif. 2. *Haenia;* quidam etiam, A. Gronovio tefte, *Ahena.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Ahenea;* 3. 4. 5. (cum quibus Venet. et Havn. confenfiffe videntur) 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 19. *Henea;* Ald. et Iunt. *Aenea;* Vadianus invexit *Rhene* et ad alios propagavit; tantum Vinetus pofuit *Rene.* Reinoldius evulgavit *Rhenea* et hinc edd. 44. 45. ceterae. Vtraque forma in auctoribus reperitur, pofteriori tamen praelucent codices. In nomine *Paros,* quod fingulare videtur, amice omnes libri confpirant.

Myconos) Hic non formam folum nominis, fed et ordinem turbant libri. *Myconos* enim alii ponunt poft *Paros*, alii poft *Tenos*, in quibus Parif. 3. et edd. vetuftae 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. et ceterae ad Gronovianam 44. exceptis Reinoldianis, quae hac ferie exhibent: *Paros*, *Myconos*, *Syros*, *Tenos*, *Naxos*, et fic poftea ed. 44. cum ceteris. Nec temere, cum ita codices fere omnes praecipiant. Editiones 1. 2. 9. 13. plane id nomen ignorant. De eius forma haec monenda: Voff. 1. Cibinienf. Mediolan. Vaticani, Ciaccon. *Mycon;* Parif. 3. Prag. Lipf. Gud. Venet. *Micon;* Vindobon. Voff. 3. *Michon;* Rehdiger. *Mychon.* Edd. 3. 4. 5. 11. *Mycon*, reliquae cum aliis codicibus *Myconos*, paucae *Miconos.* Prius ex aliis auctoribus facile probatur.

Syros) Haec vox deeft in Cibin. et Voff. 1. Alii vitiofe efferunt. Vatic. Parif. 3. Vindobon. Prag. Lipf. Gud. Venet. Voff. 3. *Spiros;* Rehdiger. Mediol. *Spyros;* Ciacconn. *Styros* et *Spyros;* Leidenf. *Sporis.* Editiones 1. 2. 9. 13. *Spiros;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. poft Vinetus, Voffius, Gronovii, Reinoldius et pofteriores *Syros;* Vadianus, Olivarius cum fuis. Schotto, item edd. 21. 28. 30. 32. 37. *Scyros.* At *Scyros* fupra iam adfuit, et hinc longe eft remota. Recte igitur iam antiquae editiones et poftea Voffius cum

aliis posuerunt *Syros*, uti emendabat Pintianus pro *Scyros*, et volebant ex libris et Plinio [4, 22. f. 12.] Salmasius ad Solinum cap. 17. f. 11. p. m. 126. et Taylorus ad marmor Sandvicense p. 62. etsi ea occupata iam erant, nec bene Emmenessius ad Virgilium Aen. 2, 477. reprehendit Vossium, quod *Syros* scripserit. Diversas his nominibus insulas fuisse, nemo negat, sed et ipsa eorum similitudo facile et saepe in errorem detrusit librarios, qui quidem ex nexu et serie narrationis deprehendi et agnosci potest. Sic recte quidem Scyron prope Lemnum ponit Ptolemaeus 3, 13. extr. At cum Scyrum etiam 3, 15. extr. inter Tenum et Naxum producit, aut ipse erravit, et diversas insulas uno eodemque nomine designavit, aut librariorum vitio corruptus est, et *Syros* legi debet. Sic Plinius 4, 22. f. 12. depravatus est, ubi *Scyros* 15. M. P. a Delo removetur et in Cycladibus recensetur. Quare et ibi *Scyros* plane omisit Harduinus, et a libris abesse monuit Salmasius ad Solinum cap. 11. f. 7. p. m. 126. Sic pro Σκύρος in Scylace p. 22. Hudf. Σύρος legi debet propter Deli et Rhenes viciniam, cum contra paullo inferius Σκύρος (Σκῦρος) recte commemoretur. Errant enim, qui Scyron Cycladum numero addunt et cum Syro miscent, veluti Schol. Thucyd. ad 1, 98. Servius ad Virgil. Aen. 2, 477. qui tamen de Syro id recte pronuntiat ad 3, 76. ubi editi quidam male Scyrum habent, quia Pherecydis mentio subiicitur. Nimis enim longe a Delo Scyros remota est, quam ut ad Cycladas revocari possit. Cf. Salmasius ad Solinum c. l. et de commutatione illa Heinsius ad Ovidium Metam. 7, 464. Menagius ad Diogenem Laertium 1, 119. Harduin. ad Plin. 36, 26. f. 16. Heynius ad Virgil. Aen. 2, 477. Wesseling. ad Antonini itiner. p. 527. Burmann. ad Propert. 2, 7, 54. aliis 2, 9, 16. In poetis, opinor, facile deprehenditur et coarguitur vitiatio metri ratione. In *Scyrus* enim penultima producitur, quae brevis est in *Syros*. Etsi enim de Syro secus monet Strabo lib. 10.

p. 355. f. 487. et ex eo Euftathius ad Homerum Odyff. 15, 402. p. 583. Baf. et ad Dionyf. v. 525. itemque Stephanus h. v. non video tamen, quomodo id fimpliciter adfirmare potuerit Strabo, cum fubiectus Homeri locus Odyff. 15, 402. contrarium adferat in verbis νῆσος Συρίη. Producitur tamen in afmatio apud Diogenem Laert. lib. 1. f. ubi cf. Menagius, item apud Ovidium Metam. 13, 175. in quo tamen leg. videtur *Scyron*, quam cepit Achilles (Homer. Il. 9, 664.) adiutus, quod Ovidius innuit, opera Vlyffis. Atque ita ex codicum indiciis apud eundem Metam. 7, 464. legi poffit: *Florentemque Syron, Siphnon, planamque Seriphon.*

Tenos) Vindob. Rehdiger. Cibin. Voff. 1. *Thenos;* alii cum editionibus antiquis *Tenos;* recte. Sic quidam pro *Naxos* dant *Nafos*, uti Venet. Lipf. Gud. Prag. Vatic. 3. Pro *Delos*, *Andros* Prag. *Polofandros*, Parif. 2. *Dolofandros;* Venet. *D. Indros.* Tum Vindob. *qui in orbem;* Vatic. 3. Parif. 2. *hae quia in orbem;* Vindob. *ciclades;* Prag. *cicladas;* Rehdiger. Vindobon. *dicte funt;* pofterius verbum adiiciunt etiam edd. 1. 2. 3. 4. et reliquae ad 42. cum Reinoldianis. Poft expulit A. Gronovius in ed. 44. monuitque abeffe illud a melioribus MSStis. Ex meis praeter commemoratos et forte Venet. Havn. et Parifienfes reliqui etiam repudiant. Redundare iam olim notaverat Ciacconius.

§. 12. *Super eas)* Cibin. fubftituit *fuper Afyam.* Poft τὸ *in* omifit ed. 11. Ceterum ab his vocibus cap. 58. incipit Vinetus.

Samonium) Ita exftat in MSStis omnibus et editionibus primis, nec aliter legitur in Strabone lib. 10. p. m. 327. f. 474. Salmafius tamen ad Stephanum f. v. Σαλμώνη in utroque emendat *Salmonium*, uti etiam ex Mela, minus tamen vere, refert Wettftenius ad Lucae

act. apoſtol. 27, 7. Sed utraque forma primae ſyllabae in uſu fuiſſe videtur, nec, quam noſter praetulit, ſollicitanda. Sic Σαμώνιον vocat etiam Ptolemaeus 5, 17. et Plinius 4, 20. ſ. 12. noſtrum imitatus, ſic reddit: *Qua longiſſima eſt ad orientem Sammonium* (ſic Harduin.) *promontorium adverſum Rhodo; ad occidentem Criu metopon Cyrenas verſus expellit.* Contra Σαλμωνὶς idem vocatur ab Apollonio Rhod. 4, 1693. a Dionyſio v. 111. eiusque interpretibus Latinis Priſciano v. 113. et Avieno v. 164. In actibus Apoſtol. c. l. dicitur Σαλμώνη. Σαλμώνιον eodem uſu adfert Schol. Apollonii c. l. Idem vero indicari promontorium adparet ex Strabone et Dionyſio, quorum ille ἑῷον ἄκρον vocat, hic ἑώϊον. Quare nihil mutandum eſt.

Κριοῦ μέτωπον) Varie depravant libri. Vatic. 1. *calum metopon;* Cibin. *calu metopon;* Pariſienſes, Lipſ. Gud. Rehdiger. *calum et opou* male diſtractis vocibus; Vatic. 3. *calum et apum;* Prag. *calum et opum;* Vindob. *colon et opon;* Havn. *callum et oppon;* Venet. *callon et oppon.* Edd. 1. 2. 3. 4. 9. 13. *Calum et opon;* 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. et reliquae *Criu metopon* vel poſt Κριοῦ μέτωπον. Confirmat hanc emendationem locus Plinii 4, 20. ſ. 12. ubi Melam reddit: *ad occidentem Criu metopon expellit;* et ſic Strabo et Ptolemaeus cc. ll. ille quidem νότιον facit, hic occidentali latere Cypri ponit. Καλοῦ μέτωπον nemo hic novit, nec in recenſu promontorium a Meurſio in Creta cap. 5. p. 88. acto tale memoratur. Recte igitur relictis codicibus altera lectio repoſita, cum Melam adeo erraſſe non ſit veroſimile. Poſt Voſſ. 1. et Cibin. *et niſi maior.*

Cypri) Ita codices omnes excepto forte Venet. et Havn. Editiones omnes cum Vadianis, Olivarianis et cognatis, quibus acceſſit Schottus *Cypro;* Vinetus, poſt Voſſium et inde reliqui, *Cypri.* Forte primos editores

ſtructura offenſi immutarunt, etſi, quod ſtatuunt vulgo discrimen, non eſt perpetuum. Tum Prag. *in multis carmigerata.* Cibin. *ſimul multis.*

Paſiphaes) Vindob. cum edd. 1. 9. *paſiphes;* Lipſ. Gud. *paſiphe;* Rehdig. *paſyphe;* Cibin. *paſiphae;* in reliquis *Paſiphaes* fuiſſe videtur. TZSCHVCKE. *Paſiphaes* Chiſ. cui adſtipulantur duo codices et meus, in quibus legitur *Paſiphes* vel *Paſyphes.* Sed Perizon. et Voſſ. 1. *Phaſiphae* pro *Paſiphaae* flexu Latino, quem Melae in ſimilibus placuiſſe atque etiam Ciceroni de divin. 1, 42. [43.] *in Paſiphaae fano,* et Auſonio epigramm. 66. *Minoae machina Paſiphaae,* obſervabat Oudendorpius. A. GRONOVIVS. Etſi ferri poteſt Latina haec terminatio, qua etiam uſus eſt Tertullianus de anima cap. 46. propter codices tamen numero plures et Pomponii morem in captandis formis Graecis retinendam vulgatam cenſui. Poſt Prag. Gud. Rehdiger. *adriane;* Venet. *adrianae;* Vindob. *andriane;* alii recte, niſi quod in fine etiam *e* ponunt, ex more. Pro *amoribus* Gud. dat *moribus.* Tum Venet. *Daedali et operibus.* Pro *fato* Vindobon. *facto.*

fuga, Tali ſtatione) Vatic. Cibin. Vindob. Prag. Lipſ. Gud. Rehdiger. Havn. Venet. *fugata in ſtatione;* Ciaccon. *fugata in ſtatione* et *fuga tali ſtatione,* quod poſterius etiam in Pariſ. 2. fuiſſe videtur; Pariſ. 1. *fuga in ſtatione;* Pariſ. 3. Auguſtin. *tum ſtatione,* uti ferunt editiones veteres, et hinc cum Ald. et Iunt. Vadianus, Olivarius, et qui eos reddere ſolent, etiam 30. 32. 37. et ultimum ed. Lugd. 1646. tantum 58. (Graſſerus) *iam.* Vinetus poſuit *Icari ſtatione;* Schottus, et hinc Voſſius cum ceteris *Tali ſtatione.* TZSCHVCKE. *Tum ſtatione)* Scribo *Tali ſtatione* etc. *Talus* aereus gigas, ſolus ex ſeculo illo aereo ſuperſtes, quo narrant fabulae donatam a Iove Europam ad cuſto-

diam Cretae infulam; tantae pernicitatis, ut fingulis diebus univerfam infulae oram luftraret. Is quum appulfos in Cretam Argonautas, poft raptam Medeam, aditu infulae arceret, carminibus veneficiisque Medeae exftinctus eft, auctore Apollonio in quarto [v. 1638 fqq.] Argonautic*ῶν*. Meminere etiam Orpheus, [Argon. v. 1348.] Zenobius [5, 85. p. 147.] et Lucianus in Philopfeude; [c. 19.] item ex noftris Catullus. [55, 23.] PINTIANVS. Huius loci reftitutio Iano Parrhafio, viro doctiffimo, debetur; is enim primus (nifi fallit memoria) fic leg. vidit libro de quaefitis per epiftolam. [fylloge 4. epift. 15. in Gruteri thef. crit. Tom. 1. p. 743.] SCHOTTVS. Bene hunc locum fic emendavit Pintianus cuius coniecturam confirmant optimi codices. VOSSIVS. Veriffime. Quod *Icari* dedit Vinetus, longius recedit a codicum veftigiis, tum in Daedalo continetur, nec Icari mors ad Cretam referri poteft. In proximis Venet. habet: *maxime inde eo, quod.*

I o v i s) Prag. *Iovis eft pene;* Lipf. *clarum eft.* Tum Havn. Parif. 2. Vatic. 3. Venet. *veftigium fepulcri* vel *fepulchri.* Tò *eft* omittunt Vaticani, Cibin. Gud. Rehdiger. cum edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Adiecit Vadianus, quem praeter fuos et Olivarium fecuti funt alii. Redundare poftea monuit Ciacconius, quod probant fuperiores codices, et qui habent, ambigua et incerta fede declarant, a librariis infertum fuiffe. Equidem fic melius omitti poffe putavi, in primis quod et fubiicitur *effe.*

e f f e a c c o l a e) Vindobon. *eft acole;* Lipf. Gud. *accolle.* TZSCHVCKE. Lego *etiam accolae.* Ex compendiis literarum, ut fieri amat, natus error. SCHOTTVS. Poffit ita effe, etfi melius fic *etiam infculptum* fcripferim. Sed codices omnes repugnant, a quibus fine gravi caufa discedere non licet, nec disceffit in ipfo contextu Schottus. Pro *oftendunt* Vatic. 3. Lipf. *affirmant.*

Gnosos) Voss. 1. 4. Mediol. Cibin. *Gnossos*, uti etiam cum ed. 23. videntur habuisse Vaticani; Voss. 3. *Gnosios;* Prag. *Gnasos;* ceteri, quos equidem consului, *Gnosos*, et sic forte Parisienses; at Havn. Venet. *Gnossus.* Edd. 1. 2. 9. 11. *Gnosos;* 13. *Cnossos;* 3. *Gnossus;* 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Gnossos;* Vadianus, Olivarius cum familiis et alii posuerunt *Gnosos.* TZSCHVCKE. *Cnossos* scribendum geminato sibilo et cappa ex Homero et Graeca consuetudine. SCHOTTVS. Facilior hic venia danda est librariis, quod varie hanc vocem expresserunt, in qua scribenda ipsi sibi auctores parum constiterunt, ut, quae certior sit ratio, dici vix queat. Exempla adferre non est necesse, cum ubivis exposita prostent. Tum etiam editores invicem dissentiunt. Graeci fere per K exordiuntur, sed in medio alii σ simplex, alii duplex praeserunt. In Homero Il. 2, 644. Odyss. 19, 178. et alibi, quamvis etiam σ simplex olim editores quidam praetulerunt, uti ex Villoisonii editione discitur. Κνωσσὸς Strabo et alii multi, quos memorat Meursius in Creta Lib. 1. cap. 8. p. 26 sqq. Τὸ K probat etiam literarum ordo in Hesychio et Suida, atque ita produxit sine dubio etiam Stephanus in deperdita Lexici parte, cum sub Γ non inveniatur. De geminatione tamen literae σ certi nihil statui potest, qua tamen usos esse Graecos contendit Dukerus ad Florum 3, 7, 4. Quae fuerit Romanorum in prima syllaba ratio disputatur. *Gnosos* et *Cnosos* ob earum literarum cognationem tantundem putat Pierius ad Virgilium Aen. 5, 306. *Gnosos* probat Broukhus. ad Propert. 1, 3, 2. suffragante ibi Burmanno, et Oudendorpius ad Lucan. 3, 185. Alii *C* alii *G* in libris editis probant; utrumque inconstanter adhibet Heinsius in Virgilio et Ovidio. Audienda igitur hic videntur monumenta prisca, quae eam corruptionem experta non sunt, in iisque praecipue numi. Hi vero ad Imperatores usque Romanos exhibent Κνωσιοι, a quo inde tempore variant, et modo Γνωσσιων modo Γνωσιων

oſtendunt. Vid. Raſche Lex. numar. T. 1. P. 2. p. 649 ſq Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 307 ſqq. e quos nominat Burmannus ad Propert. c. l.. Quod enim Begerus in Theſ. Brandenb. Tom. 1. p. 401. refer Γνωσιων in numo antiquo, aberraſſe illum per negligentiam ex ſuo ipſius adſpectu docet Burmannus. Suo tamen tempore per *G* in uſu fuiſſe teſtatur Terentianus Mauru de ſyllabis p. 2402. in Grammat. Putſchii his verbis *N. Tertia uda ſic videtur poſſe G mutam ſequi, Graia verba quando in uſum ſermo noſter ſuſcipit, Gnoſio. ſi dicere arcus, inſulam aut Gnidum velis.* Quapropte etiam Livium Auguſti tempore *Gnoſſios* ſcribere potuiſſe cenſet Drakenborch. ad 37, 60, 5. Contra in Palaephato cap. 16. Κνώσιος probat unice Fiſcherus. *Cnoſo* tamen habet tabula Peuting. ſegm. 8. ſed *Gnoſos* Geographu Ravennas 5, 21. Per *C* utique eſt ſcriptura antiquior per *G* recentior, quam tulit Melae aetas. Literae tamen dubium fuiſſe uſum, ſuperiora declarant. Plura autem alia nomina ita in auctoribus agitari, ſic ut modo *C* modo *G* inveniatur, tum literam *s* modo ſemel poni modo geminari, docent non pauca eorum exempla velut *Parnaſus*, *Pamiſos*, — *Gnidus* et praeter alia ſubſequens *Gortyna*. Cf. etiam ad 1, 16, 2.

Gortyna) Vindobon. *Grodina;* Prag. *Cortina* Rehdiger. *Cortyna;* Lipſ. *Goritina*, ſed notato priori *i* ut inde exſiſteret *Gortina*, uti eſt in Gud. Reliqui ex meis *Gortyna*, quod aliunde ſatis probatur. Edd. 19 25. *Gortina;* 10. 30. 32. 37. et quaedam aliae *Cortyna* ut per *C* et *i* alibi etiam in libris obiicitur. Vid. Oudendorp. ad Lucan. 3, 185. Drakenborch. ad Liv. 37, 60, 7. Heyne ad Virgil. Aen. 11, 773. Wernsdorf. in Varr. ad Avien. deſcr. orbis v. 132. Tò *C* ſervavit adeo Schneider. ex antiqua ſcriptura in Varrone de R. R. 1, 7. quam tamen praeter librarios aliquos ne monumenta quidem priſca teſtantur, nec adtigit Meurſius in Creta Lib. 1.

cap. 10. p. 35 ſqq. Poſt Vindobon. *Litos;* Lipſ. Prag. Gud. Rehdiger. *lictos.* Pro *Lycaſios* Vatic. 3. Prag. *Lucaſios;* Lipſ. Gud. *Licaſios.*

Holopyxos) Vatic. Cibin. *Olopyxos;* Pariſ. 2. *Holopixos;* Vindob. Rehdiger. *Olopixos;* Venet. *Olopyſos;* Prag. Lipſ. *Olopiſos;* Gud. *Olipiſos;* Pariſ. 1. *Olopicos.* Edd. antiquae 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Olopixos;* tum adiecta adſpiratione 6. 7. 8. 10. — et pleraeque aliae *Holopyxos*, aliquae etiam *Holopixos.* Prius ſic emendabat Hermolaus Barbarus ex Plinio 4, 20. ſ. 12. qui unus praeter Melam huius urbis meminit.

Panacra) Mire hoc nomen distorquetur in libris et ſcriptis et editis. Cibin. *Pherapnae;* Vatic. 1. *Phaerapnae;* Pariſ. 1. Rehdig. *Pherapne;* Gud. *Phacrapnae;* Vatic. 3. Prag. Lipſ. *Phacrane;* Pariſ. 3. *Pacranae;* Venet. *Phracarnae;* Vind. *Phacranae;* Pariſ. 2. *Phaernos;* Ciacconn. *Pharcapnae* et *Phaſcanae;* Voſſius ex ſuis adfert *Phacrana;* A. Gronovius ſilet. Edd. 1. 2. 9. *Phaernos;* 3. 4. et poſtea Vadianus, Olivarius cum ſuis et Schotto *Phaeſios;* 5. 11. 12. 14. 19. *Pheſios;* 6. *Ppoeſios;* 7. 8. *Poeſios;* 10. *Phoeſios;* Ald. Iunt. *Paeſios;* 13. *Phaetnos;* Vinetus *Pherapnae;* Voſſius cum ceteris *Panacra.* TZSCHUCKE. Vetus lectio eſt *Phacrana*, unde faciendum erat *Panacra.* Πανάκρων meminit Callimachus hymno in Iovem. [v. 51.] Attamen cum in aliis Melae codicibus, et illis quoque vetuſtis, legatur *Pherapne*, dubitet aliquis, num ſcribendum ſit *Therapne.* Therapnes vel Therannes in Creta meminit Plinius [4, 20. ſ. 12.] et Solinus, [cap. 17. ſ. 11.] licet huius nulla prorſus debeat eſſe auctoritas. Plinius vero ex corrupta Melae lectione oppidum iſtud forſan hauſit. Solas enim Laconicas Therapnas alii norunt Geographi. VOSSIUS. *Therapnas* a Mela inter Cretae urbes notiſſimas cum Marathuſa et Holopyxo cenſeri, notat Cellarius in Geogr.

ant. 2, 14, 106. Cum, ut ſuperiora docent, nulla editio hoc nomen ferat, mirum eſt, unde duxerit, niſi pro Mela Plinius ſubſtituendus ſit. Meurſius quidem in Creta lib. 1. c. 15. p. 61. recte Plinium et Solinum, ſolos teſtes, producit. Πάνακρα quidem a Callimacho commemorantur, ſed montem intelligi patet, quo nomine etiam recenſuit Stephanus, adſumto Callimachi teſtimonio. Quam ſubiicit ille Πάνακρον urbem, Cypri ea fuit, non Cretae. Sed nec Πάνακρα in Callimacho peculiare montis nomen et proprium fuiſſe videtur, ſed ὄρη πάνακρα coniuncte poſita, ut et ibi explicat Stephanus, omnino de excelſis Cretae montibus et in primis in Callimachi loco de Ida intelligi debent. Quare et in montibus Cretae recenſitis hoc nomen ſilentio praeteriit Plinius. Ex quo conficitur, *Panacra* hic ferri minime poſſe, nec a codicibus ſuggeri, ſupra memoratae lectiones ſatis declarant. Quam enim ex ſuis adpoſuit Voſſius, nota eſt eius fides, in multis locis confoſſa. Remanent igitur manifeſtis indiciis proditae *Therapnae*, quas diſerte in praecipuis urbibus numerat Solinus. Etſi enim nemo praeter eum et Plinium eam memoraverit, minime tamen id obſtat, quo minus recipiatur, cum idem obſervetur etiam in aliis, veluti *Holopyxo*, et Plinius praeter oppida nominatim producta aliorum circiter LX memoriam exſtare adfirmet. Cum porro etiam Lacedaemonii colonos in Cretam deduxerint, quod de Lytto ſeu Lycto ex Ariſtotelis Politic. 2, 8. et Polybio 4, 54. f. diſcitur, hoc nomen commode a Therapnis Laconicis peti potuit.

Cydonia) Vaticani, (opinor) Lipſ. Venet. Rehdiger. Havn. *Cydon;* Voſſ. 1. Mediolan. *Cydonea*, etſi Voſſius omnino notat ex libris *Cidonea;* Cibin. *Cydon ea*, ad quam lectionem etiam ducunt illi codices, qui proxime poſt pro *Marathuſa* habent *Camoratuſa*, prioris vocabuli ſyllaba ultima adhaerente et *ea* in *ca* mutato; Pariſienſes tres, Vindob. Prag. Gud. *Cidon*, uti legitur

in edd. 1. 2. 9. Reliquae 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. — ad Schottum praeferunt *Cydon*, praeter Vinetum, qui repoſuit *Cydonia*, probante Voſſio et reliquis. Τὸ υ recte habet; in terminatione utra forma praeferatur, *Cydon*, an *Cydonia*, dubium forte videatur. Ad poſteriorem tamen ducunt codices. Eodem fere modo variatur in Floro 3, 7, 4. ubi codices *Cydonam* et *Cydoneam* praeter alias corruptiones exhibent. Cf. §. 6. *Cydon* quidem vulgatum eſt in Plinio 4, 20. ſ. 12. et *Cydona* in accuſativo apud Solinum cap. 17. ſ. 11. Sed monente hic A. Gronovio non ſolum codex ab illo conſultus habet *Cydonia*, ſed et poſt ipſe Plinius ita profert. Rarior utique eſt forma *Cydon*, et Κύδων de cive dici adnotat Stephanus, uti occurrit in Homero Odyſſ. 3, 292. 19, 176. Strabone lib. 10. p. m. 327. ſ. 476. Callimacho in Dianam v. 197. Virgil. Aen. 10, 858. Lucano 7, 229. ipſam urbem nominat Κυδωνίαν, quam formam omnino probant Graeci auctores, veluti Herodotus 3, 44. 59. Scylax p. 18. Hudſ. Thucyd. 2, 85. Strabo 10. p. m. 328. ſ. 476. et poſt, Diodor. 5, 78. 16, 63. Pauſanias 8, 53. Dio Caſſius 36, 2. et praeter alios etiam ex poſteriori aevo Scholiaſtae, uti ad Thucyd. c. l. Apollon. Rhod. 4, 1494. Euſtathius ad Dionyſ. v. 498. tum Phrantza in chron. 1, 36. et ex Latinis Livii epitome 99. Porro τὸ *i* pro *e* in MSStis tueri etiam videntur gentilia inde ducta *Cydoniatae*. (Polyb. 4, 55, 4. Liv. 37, 60, 3. et alii cum nummis) *Cydonius* apud Virgil. ecl. 10, 59. etſi ibi quidam *Cydoneus*, quod producta penultima legitur in Silio 10, 261. Maxime tamen huc faciunt numi veteres, qui per ι proferunt. Vid. Raſche Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1134. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 309 ſq. Quare etiam adſpirantibus libris in Plinii loco Salmaſius ad Solin. c. 17. ſ. 11. p. m. 118. *Cydonia*, uti ſupra de A. Gronovio notavi, et in Ptolemaeo 3, 17. pro Κυδωνεῖς Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 88. emendat Κυδώνεια, forte melius, certe leviori immutatione Κυ-

δωνὶς, uti eam urbem vocat Schol. Homeri ad Odyff. 3, 292. Κυδώνεια certe, hac forma, ex nullo loco excitatur a Meurfio in Creta lib. 1. c. 8. p. 29 fqq. Κύδων tamen legitur in Plinio, etli follicitari a viris doctis antea monui, et in Schol. Theocriti ad 7, 11. Neque vero *Cydonea* fimpliciter reiici poteft, quippe quod adferunt plerique codices etiam in Floro 3, 7, 4. et recepit Dukerus, nec aliter fcribunt Hierocles in Synecdemo p. 650. ed. Weffel. et Geogr. Ravenn. 5, 21. Hinc et *Cydoneus* pro *Cydonius* antiqui codices offerunt in Virgilio ecl. 10, 59. penultima brevi, cum alias in Ovidio Metamorph. 8, 22. de A. A. 1, 293. Silio 2, 109. 10, 261. Statio Theb. 4, 269. 7, 339. penultima in *eus* producatur, pro quo tamen *Cydonaeus* malit Berkelius in Stephanum p. 486. Sed, quod *Tegea* docet, unde Τεγεᾶται defcendit, et alia, cum Κυδωνεᾶται in Dione 51, 2. non folum, fed et in numis reperiatur, ad etymon *Cydonea* recurrendum eft. Tiberii autem aetate eam formam invectam effe, docent numi a Rafchio in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1137. prolati. Quid igitur in hac librorum et opinionum fluctuatione excipiendum fit, dubium videtur; at, fi codicibus noftris infiftas, praeferendum utique *Cydonea*, quod propter ea, quae proxime notavi, Melae aetas admittit.

Marathufa) Quod iam proxime notavi, huic nomini praecedentis ultima fyllaba cum depravatione adpenfa eft. Nempe Ciaccon. Vatic. 3. Parif. 1. Vindob. Prag. Lipf. Rehdiger. dant *Camoratufa;* Parif. 2. 3. codex Holftenii, quem memorat in adnotatt. ad Ortelium p. 114. Leidenf. Voff. 3. A. Gronov. *Camorathufa;* Gud. *Camarotufa;* Voff. 4. *Tamarathufa;* Cibin. *Cydon ca moratus adyttunia,* verbis male partim divifis, partim nexis; H. Stephani codex *Marathufa.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Cameracufa,* uti codd. Venet. et Havn. habuiffe etiam videntur; 12. 14. 19. 28. *Manaethufa;*

Vadianus, Olivarius cum ſuis et Schotto *Manethuſa*, tantum 18. *Manaetuſa;* 6. 7. 8. 10. 13. 15. 17. 20. 25. (cum qua etiam Vaticani conſenſiſſe videntur) Vinetus, Voſſius et ſequentes *Marathuſa*. TZSCHVCKE. *Camoracuſa*) Scribe *Manaethuſa* ex Plinio, [4, 20. ſ. 12.] quamquam ſcriptum eſt *Manathuſa*. Vereor ne *Marathuſa* legendum ſit a feniculis. Nam et inſulae hoc nomine habentur aliquot. Quid ſi *Amaracuſa*, quaſi ab Amaraco? BARBARVS. Lego *Marathuſa* ex Plinii vetuſto codice, hoc eſt *fenicularia*. Nam et inſula eſt apud Clazomenas hoc etiam nomine a copia feniculi, ut tradunt Stephanus, [h. v.] Thucydides, [8, 31.] Plinius. [5, 38. ſ. 31.] PINTIANVS. *Marathuſa* pro *Manethuſa*, quod tum ferebatur, ex libro ſuo notat H. Stephanus in praefatione, ſed iis nominibus adnumerat, quae non temere pro vulgatis ſubſtitui debeant, niſi *Marathuſa* diverſis locis datum fuerit. Solus Plinius 4, 20. ſ. 12. ſuſtinet vocem *Marathuſa*, quam nemo praeterea novit. At idem in aliis vidimus, et *Marathuſa* probat etiam Meurſius in Creta 1, 12. p. 46. Poſſit aliquis ad *Camara* delabi, ut prior ſyllaba in fine et initio utriusque nominis coaluerit. Hanc enim Cretae urbem commemorat Stephanus h. v. Ptolemaeus 3, 17. et ex numo profert Goltzius in Inſul. tab. 4. At quid tum certi ex reliquis ſyllabis erui poſſit, non adparet. Sedeat igitur *Marathuſa*.

Dictynna) Vindob. Venet. *Dictinia;* Rehdiger. *Dictimia;* Cibin. *adyttunia*, de quo antea dixi; Ciaccon. *Dyctina;* Prag. Lipſ. Gud. *Dictina;* alii ex editionum recenſu indicari debent. Nam 1. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 15. 17. 20. 23. habent *Dictina;* 3. 4. 5. 11. 12. 19. *Dyctina;* 14. *Dictinna;* Vadianus in prima editione (16.) et hinc 18. dedit *Dyctina*, poſt *Dictynna*, uti legitur in reliquis; quae ſcriptura antea in ed. 13. propoſita ſine dubitatione recta eſt, et ſaepe in auctoribus

obverfatur. At urbem hac nomine nullus facit. Immo Δίκτυννα vocata eft *Britomartis* nympha, Dianae comes, quia Minois vim effugiens in retia pifcatorum infiluerat, de quo plura congefferunt Meurfius in Creta 4, 3. et Spanhemius ad Callimachi hymnum in Dian. v. 198. In urbibus notis, quae huc referri poffit, a Ptolemaeo 3, 17. commemoratur *Dictamnum*, et certe idem utrumque habetur a Meurfio in Creta 1, 9. p. 32. et 2, 5. p. 87. *Dictamnum* tamen potius promontorium fuiffe cenfet Salmafius ad Solinum c. 47. f. 45. p. m. 626. et idem, quod apud Dicaearchum de ftatu Graeciae p. 25. ed. Hudf. vocetur ὄρος Δικτύναιον ἐπὶ δυσμὰς φέρον. Plinio 4, 20. f. 12. eft *mons Dictynnaeus*. Apud Geogr. Ravennat. 5, 21. occurrit in urbium recenfu *Dicta* et poft *Dictunis*, quae *Dictynna* Melae, et Ptolemaei *Dictamnum* effe videtur, cum hic promontorii nomen non addat. Tum vero fita urbs fuit in parte infulae occidentali, ad quam etiam, cum ab orientali progredi videatur Geographus Ravennas, idem refert. Neque fic a Dicte monte, qui fuit in parte orientali, nomen traxit, fed potius a Dictynna nympha, quae prope Cydoniam in mare fe mifit, uti ex Strabone lib. 10. p. m. 330. f. 479. difcitur, qui pluribus de hoc expofuit. Ptolemaeus in borealibus urbibus ponit, quod, prout te vertas aut progrediaris, intelligi et componi facile poteft.

Inter colles) Hinc cap. 59. exorditur Vinetus. Pro *ibi* Vindob. dat *ubi*; ed. 5. *accipimus*, de qua commutatione cf. ad 1, 2, 3. ed. 11. *fame*; Prag. Rehdig. *Ydei*; ed. 5. *Idei*.

§. 13. *Aftypalaea)* Vaticani, Cibin. Parif. 2. Lipf. Gud. (cum Havn. et Veneto ad ed. 3. et 5.) *Aftiela*; Parif. 1. 3. Vindob. *Aftiida*; Rehdig. *Aftihyda*; Prag. *Alticla*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et reliquae ad 38. *Aftiicla*; tantum 19. *Aftichla*; Schottus

Aſtypalaea, et hinc Voſſius cum aliis. TZSCHVCKE. Videri poſſit non *Aſticlam* Pomponium, ſed *Aſtypaleam* ſcripſiſſe, quae inſula et Plinio [4, 23. ſ. 12.] et Straboni. [Lib. 10. f.] VADIANVS. Recte, qui pro *Aſticla* ſubrogaverunt *Aſtypalaea*. Nam de inſulis Rhodo [immo Cretae] propinquis hic agitur. PINTIANVS. Cum nulla *Aſticla* a ſcriptoribus nec omnino, nec in hoc tractu commemoretur, at *Aſtypalaea*, facile haec emendatio probatur, et inde, quantam corruptionem Melae intulerint librarii, adparet. Ipſa inſulae ſcriptura ſatis aliunde conſtat.

Naumachos) Vindob. *Namnacos*; Pariſ. 1. *Namacos*; Lipſ. Gud. Prag. Rehdiger. *Naumacos*; reliqui cum Voſſianis et edd. antiquiſſimis *Naumachos*. Sed edd. aliae 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 32. *Naulachos*; 12. 13. 14. 19. 21. 28. *Naulocos*; 30. 32. *Naumaclos*, ſed 37. *Naumachos*, uti Vadianus, Olivarius cum ſuis, Vinetus et reliqui. TZSCHVCKE. Plinius [4, 20. ſ. 12.] *Naulocos*. BARBARVS. Vetus codex Plinii *Naulochos*. Et *Chryſe* ſcribo. PINTIANVS. *Naumachos* omnes manu exarati libri. Plinio *Naulochos*, quod verius. VOSSIVS. *Naulochos* leg. etiam antiqua manus ad marginem ed. 12. adſcripſerat, et eadem eſſe videtur etiam Ortelio in theſauro Geogr. h. v. Vtrumque nomen de hac inſula tantum a Mela et Plinio memoratur, qui, uti nexus indicat, Melam reddidit. In alterutro igitur aberrarunt librarii, ſed quod vero eſt ſimilius, in Mela. Plinii Naulochos ſuſtinent et etymologia aptior, et nominis frequentior uſus de aliis. Sic *Smyrna* dicta eſt ſecundum Stephanum ſ. v. Σμύρνα; *Naulochos* in Sicilia fuit Pelorum verſus cum oppidulo, de quo Cellarius in Geogr. ant. 2, 12, 66. Eodem porro nomine commemoratur Meſembrianorum oppidum prope Haemum a Strabone lib. 7. p. m. 220. ſ. 319. Alia dabit Ortelius ſub h. v. At cum pertinacius codices in *Naumachos* hic conſpirent, nec ſimpliciter

corruptio in Melam transferri et nomen illud impugnari poſſit, reliqui. Poſt pro *Zephyre* ex molliori pronuntiatione Cibin. *Sephyre*; Prag. *Cephirre*; Lipſ. Gud. Vindobon. *Zephire*, uti edd. 1. 9. et quaedam aliae. Vera ſcriptura a plerisque iam olim recepta eſt.

Chryſe) Vatic. 1. Pariſ. 3. Vindob. Lipſ. Gud. *Griſe*; Pariſ. 2. *Griſae*; Prag. *geriſſe*; Vatic. 3. *Geriſe*; Rehdiger. *Gryſe*; Ciaccon. *Criſe*; Cibin. adiuncto proximo nomine *griſſocaudos*. Edd. antiquiſſimae 1. 2. 5. 9. 11. 12. 14. 19. *Griſe*; 6. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Chriſſe*; 10. *Chriſe*; Vadianus, (16.) Olivarius cum cognatis, Vinetus, Schottus *Criſe*; Voſſius et ceteri, ut olim ed. 13. *Chryſe*, quod etiam ex etymologiae ratione volebat Pintianus. Sic etiam, Latina tantum terminatione, *Chryſa*, legitur in Plinio 4, 20. ſ. 12. Stephanus multa hoc nomine loca recenſet, noſtram tamen inſulam ignorat.

Gaudos) Vatic. 3. Pariſ. 2. Prag. *Gaudes*; Lipſ. Gud. Rehdiger. Pariſ. 3. Cibin. *Caudos*; Vindob. *caudos*. Edd. 1. 2. 3. (cum cod. Havn.) 4. 5. (cum Ven.) 11. *Caudos*; 9. *Candos*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. reliquae *Gaudos*, in quo conſenſiſſe videtur Pariſ. 1. Nec aliter ſcribitur a Plinio in eodem inſularum connexu 4, 20. ſ. 12. Quod huc etiam Hermol. Barbarus adducit Callimachum in Strabone lib. 7. p. m. 207. ſ. 299. alia ibi indicatur *Gaudos* prope Melitam contra Pachynum Siciliae, uti adparet etiam ex lib. 6. p. m. 191. ſ. 277. quae a noſtro infra vocatur *Gaulos*, et in Strabonis libris MSStis et editis, ante Caſaubonum quidem, Καῦνος lib. 1. p. m. 30. ſ. 44. Nempe parum ibi in eo nomine auctores conſtant, de quo cf. Caſaubonus ad priorem Strabonis locum, et quae infra notabuntur ad §. 18. Vtramque vero etiam ab aliis paſſim commiſceri monuit Bochartus in Chanaan 1, 26. Quem errorem dum notat Penzelius ad Strabonem Vol. 1. p. 399. in eundem

ipſe incidit. Noſtra diſerte ſub nomine Καυδὼ commemoratur a Suida, et prope Cretam ponitur. Eadem etiam intelligenda apud Lucam in act. Apoſtol. 27, 16. ubi codex Vatic. habet Καῦδα, *Cauda* interpres Latinus, alii inſerto λ poſt κ plerumque Κλαύδην, verſiones etiam *Gauden* et *Caudon*. Κλαῦδον vocant Ptolemaeus 3. extr. prope Cretam et Hierocles in Synecdemo p. 651. Cum in Suida per literarum ſeriem τὸ λ excidiſſe non poſſit, niſi velis in aliis intruſum, duplex haec inſula nomen habuiſſe videtur, variata etiam terminatione, *Claudos* vel *Claude* et *Caudos*. At omnes alii auctores maiori conſenſu et fide, ut hic codices, tuentur K et C, quare dedi Caudos.

Muſagorus) Sic plerique meorum; Ciaccon. et Gud. tamen *Muſiigorus*; Lipſ. *Muſagoris*; Vindob. uti, opinor, Pariſ. 1. 3. *Muſagoros*; A. Gronovius ex ſuis notavit *Muſagorus* et *Muſiigorus*. Edd. antiquiſſimae cum Cameit. Ald. Iunt. Vineto, Schotto *Muſagorus*, pro quo antiqua manus in ed. 3. correxerat *Muſagores*; 13. et poſt Vadianus, Olivarius cum ſuis, Voſſius, Gronovii ad editionem 44. dederunt *Muſagoros*. Reinoldius revocavit veterem lectionem *Muſagorus*, quam poſt inde ab edit. 45. probarunt alii. TZSCHUCKE. Plinius etiam cum Pomponio lib. 4. c. 12. [ſ. 20.] *Muſagoros* appellat. At in antiquiſſimo Toletano exemplari non *Muſagoros* habetur, ſed *Muſagorus*, terminatione Graeca. Quare et in Pomponio, unde mutuatus eſt Plinius, *Muſagorus*, non aliter, ſcribendum cenſeo. PINTIANUS. Idem etiam de Plinii lectione ex antiquiſſimo codice notat hic Ciacconius. Harduinus tamen evulgavit *Muſagores*; de codicibus nihil monet. Cum ſolus Mela et ex eo Plinius has inſulas commemorent, nec aliquid aliunde liqueat, plerisque MSStis inhaerendum utique videtur, etſi ſic malim Graecis literis efferri. Poſt pro *tamen* Rehdiger. *tantum*; Vaticani, quaſi

Musagorus hominis sit nomen, *appellat*; Cibin. *appellantur.*

Carpathio) Rehdiger. *unum Carpathyo*; Vatic. Cibin. *Carpasio*; Gud. *Carphasio*; Prag. *Carphacio*; Lips. *Carphario*; Vindob. *Carsacio*. Edd. 1. 2. 9. 13. *Carphatio* vel *Carphathio*. Sed haec facile ad iustum ordinem coguntur, ut in sequentibus, ubi etiam Cibin. Lips. Gud. Prag. habent *Carphatos*, quod et legitur in Geogr. Ravenn. 5, 21. Vindob. *Carphatus*; Rehdiger. *Caphatos*, et si qua sunt eiusmodi alia, quae morari taedet.

Adria) Cibin. *Hadria* cum ed. 1. Alii sine adspiratione, ut editiones etiam recentiores. Praeterea Havn. Paris. 2. *Adriatico*; Prag. *Adriacio*; Lips. *aclia*. Tum Vatic. Cibin. Paris. 1. Lips. Gud. *hasporos*; Rehdiger. Prag. *Hasparos*; Vindobon. *asperros*. Edd. antiquae vel *apsoros* vel *asporos*, ex quibus hoc habet 11. *Absoros* 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. cum Vadiano et aliis ad Vossium, qui dedit *Apsoros*, quod ceteri probarunt; Vossius etiam ex MSStis suis confirmat; de Paris. 2. et 3. non vana est suspicio. TZSCHVCKE. Hermolaus Barbarus pro *Absoro Ticana* legit, nisi aut memoria lapsus est, aut scribae peccatum. *Apsorus* Straboni [lib. 7. p. m. 218. s. 315.] Ἀψύρτιδες. SCHOTTVS. Hermolaus Barbarus aeque ac scriba falso reprehenduntur. Ille enim *Trucones*, quod nomen olim in Plinio 3, 30. s. 26. legebatur, pro librorum *Ticana* in sequentibus reponi volebat. *Apsyrtis* postea a nostro memoratur. Ἄψορον, insulam Liburniae vicinam, producit Ptolemaeus 2, 17. Accedit Stephanus, qui tamen facit πόλιν Ἰλλυρίας, in quo eum graviter errasse notat Berkelius p. 205. cum urbem pro insula dixerit. Insulam certe hic *Apsoron* diserte ponit Antonini itinerarium p. 519. Quod Berkelius c. l. huc refert *Absorin*, apud Hyginum fab. 23. et pro eo reponit *Absoron*, Munckerus

malit *Abſyrtin*, ut fab. 26. Vtrum vero noſter cum Abſyrtide commiſcuerit, et ex una inſula duas fecerit, de eo alibi dicendum erit.

Dyſcelados) Vatic. Pariſ. 1. Lipſ. Prag. Vindob. Gud. Rehdig. *Dicedalos*; Ciacconn. *Dyceledos* et *Diceledos*; Cibin. Pariſ. 2. *Diſcedalos*; Voſſius ex ſuis adſert *Dicedalos*, uti etiam legunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. Hinc 6. 7. 8. 10. 12. 13. et reliquae ad Voſſium *Celaduſe*; hic *Dyſcelados* repoſuit et ad poſteriores propagavit. TZSCHVCKE. Plinius [3, 30. ſ. 26.] *Abſoros*, *Celaduſe*, *Abſyrtis*. BARBARVS. Scribendum numero plurali cum *ae* diphthongo in poſtrema *Celaduſae*, ex Plinio in fine tertii. PINTIANVS. Scribendum *Dyſcelados*. Ex Apollonio Rhodio, quem diligenter legit auctor noſter, ut ex aliis quoque apparet locis, hauſit hanc inſulam. Nempe ex hoc verſu [565.] lib. 4. Ἴσσα τε δυσκέλαδός τε καὶ ἱμερτὴ Πιτύεια inſulae nomen putavit eſſe δυσκέλαδον, cum ſit epitheton Iſſae a ſtrepitu undarum, quibus haec inſula affligitur. VOSSIVS. Sed nexum geminatum repetitae particulae τε ſententiae Voſſianae repugnare monuit Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 150. Recte. Nempe in illo loco nomen proprium eſſe, ex nexu adparet, quare etiam maiuscula litera ſcripſit Beckius, ut antea Brunckius, qui et in notis p. 159. inde Voſſium impugnat, et *Celaduſſas* Plinii corruptum ex Dyſcelados nomen putat. *Dyſcelados* etiam in Pariſ. 1. fuiſſe videtur. Ad illud nomen certe et alii codices ducunt. Sed obſcura eſt inſula, nec ab alio commemorata.

Abſyrtis) Lipſ. Vindob. Gud. *Abſirtis*; Prag. *Abſirthis*; Rehdiger. *aſirtys*; alii *Abſyrtis*. Maior variatio in Lucano 3, 190. Edd. primae cum 9. *abſirtis*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. reliquae ad Voſſium *Abſyrtis*; hic dedit *Apſyrtis* eumque ſecuti Gronovii in edd. 40. 41. 42. 44. et Reinoldius; poſt A. Gronovius in ed. 45.

revocavit *Abſyrtis*, quod reddidit Kappius cum editore Norimbergenſi. TZSCHVCKE. *Abſyrtides*, non *Abſyrtis*, licet Hermolaus antiquam lectionem retineat. Sed numero plurali Ptolemaeus, [in quo tantum 2, 17. Ἄψορος occurrit] Strabo, [lib. 2. p. m. 85. ſ. 123. lib. 7. p. m. 218. ſ. 315.] Stephanus, [h. v.] Plinius, [3, 30. ſ. 26.] omnes. PINTIANVS. Sic Ἀψύρτιδας vocant Scymnus Chius v. 373. Apollodor. 1, 9, 24. pro quo libri dant Συρτίδας, uti Schol. Lycophron. v. 175. primo loco, poſt recte, Euſtathius ad Dionyſ. v. 488. In ſingulari tamen hic omnes libri conſentiunt, et videtur Mela hoc numero uſus eſſe, ut Apſorum et Abſyrtida diſtincte indicaret et ſecerneret, quas inſulas alii uno nomine complexi ſunt. In Lucano tamen 3, 190. ubi Grotius etiam maluit *Abſyrtis*, ex libris *Abſyrtos* numero ſingulari legitur, quod nomen, etſi Vibius de fluminibus h. v. et ex eo Boccatius ad flumen referunt, Schrevelius tamen et Oudendorpius, qui conſuli poteſt, de hac inſula interpretantur. Ita vero etiam Artemidorus inſulam Abſyrtum memoraverat teſte Stephano h. v. ex quo ſimul adparet ſub v. Φλάνων, in hoc tractu ſitam fuiſſe. Cf. Holſten. p. 346. Scripturam per *b* retinui, quia in nomine *Abſyrtus*, a quo dicta eſt haec inſula, Latinorum libri ubique conſentiunt.

Iſſa) Nullam hic difficultatem obiiciunt libri. In Cibin. eſt *yſſa*; ſed expedita ſunt omnia. At graviter iidem morantur in proximo nomine. Nempe pro vulgato hodie *Pityia* Vatic. Pariſ. 1. 2. Vindob. Prag. codex Stephani (v. eius praefatio) et Schotti praeferunt *Titana*; Cibin. Rehdiger. Ciaccon. *Tytana*; Lipſ. Gud. *Citana*; Venet. *Tyana*; Voſſius ex ſuis protulit *Titana*, *Citana*, *Titana*. Edd. 1. 2. 3. (cum Havn.) 4. 5. 9. 11. *Ticana*; 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. et reliquae ad Voſſium *Trucones*, tantum Vinetus *Titana*; Voſſius cum ſequèntibus *Pityia*. TZSCHVCKE. Non *Ticana*, ſed *Trucones*. BAR-

BARVS. *Trucones* hic reposuerunt, cum antea *Titana* legeretur, quemadmodum fere habent libri manu exarati, nisi quod in quibusdam *Citana* et *Tituna* scriptum sit. Legendum *Pityia* ex Apollonio. [4, 565.] VOSSIVS. *Trucones* ex Plinio 3, 30. s. 26. repetiit Barbarus, ubi sic codices quidam legunt. At spuria illa vox aliquantum etiam recedit a nostris libris, nec *Ticana* vel *Titana* ab ullo hic producitur. Si, quod videtur, Mela Apollonium secutus est, valeat utique lectio a Vossio reposita; certe veri aliquid subiectum habet. Lucius de regno Dalmatiae 1, 2. p. 17. ubi Melae verba de insulis in Hadria sitis retulit, in textu legit *Trucones*, in margine *Pityssa* vel *Tituna*, quae ex praecedentibus iudicantur.

Hydria) Paris. 3. *hidria*; Vindobon. Prag. Lips. Gud. *idria*; alii recte cum edd. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13. et omnino plerisque; tantum aliquae in iis 5. 12. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 23. *Hidria.* De vera scriptura non dubitatur.

Electrides) Vaticani, Paris. 1. Prag. Lips. Gud. Venet. *Fletirides*; Cibin. *Flecirides*; Rehdiger. *Flectyrides*; Vindob. *Flechirides*; Paris. 3. *Phlecirides.* Edd. 1. 3. (sic Havn.) 4. 5. 9. 11. *Phlecirides*; 2. *Phlectrides*; 6. 7. 8. 10. 12. et reliquae *Electrides* monente Hermolao Barbaro. Recte; atque ita in Paris. 2. fuisse videtur. Post relicta vera scriptura Lips. *migra*; Rehdiger. *nygra*; Gud. *Cortira*; Vindob. *Corthira*; Prag. *Corchira.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 19. *Corcira.* Quod aliae habent *Corcyra*, satis est probatum.

Tragurium) Vatic. 1. Cibin. Vindob. *Linguarum*; Paris. 1. 2. Prag. Vatic. 3. Gud. Rehdig. Venet. *Lingarum*; Paris. 3. Lips. Ciaccon. *Lingarum* et *Lingarium.* Edd. 1. 2. 3. (cum Havn.) 4. 5. 11. *Linga-*

rium; 9. *Linguarium*; 6. 7. 8. 10. 12. reliquae *Tragurium*, uti voluerat Hermolaus Barbarus. Tuetur hanc lectionem, in priori maxime parte foede corruptam locorum notorum ſitus et terminatio. Mitius ſupra 2, 3, 13. id nomen habitum eſt. Quod vero ibi in urbibus, hic in inſulis recenſet, de eo alibi. Tum Vindob. ut edd. 13. 19. *Diomedea*; Rehdiger. Prag. *Dyomedia*. Veram ſcripturam praebent alii.

Aeſtria) Gud. *Aeſtia*; Rehdig. *Haeſtria*; Prag. *Eſtria*; Venet. *Eſtia*; alii recte, ut edd. antiquae; tantum 11. *Eſtria*. Proxime ſubiiciunt Vaticani, Pariſ. 2. 3. Vindobon. Prag. Lipſ. Gud. Rehdiger. *Aſine*; Vatic. 3. Pariſ. 2. *atque Aſine*; Pariſ. 1. Cibin. *Aſinae*. Edd. omnes ad Voſſium *Aſine*; inde a Voſſio ceterae *Saſon*. TZSCHVCKE. Legendum fortaſſe non *Aeſtria*, *Aſine*, ſed *Scardona*, auctore Ptolemaeo, [2, 17.] ut librarii ex una dictione, quae illorum eſt diligentia, duas fecerint. PINTIANVS. *Aſine* alibi non exſtat. Corruptum cenſeo hoc vocabulum, et legendum *Saſon*, quae notiſſima eſt in hoc tractu inſula, quam praeterire non debuit. VOSSIVS. *Scardona* Pintiani inſula quidem Liburniae eſt Ptolemaeo c. l. aliis tamen, veluti Straboni lib. 7. p. m. 218. ſ. 315. ubi Σκαρδὼν vocatur, Plinio 3, 26. ſ. 22. ut antea ipſi Ptolemaeo, urbs in ora maritima. De inſula igitur teſtis ſolus exſtat Ptolemaeus. Simile tamen exemplum ſubminiſtrat noſter in Tragurio, quod urbem producit 2, 3, 13. hic inſulam. Sed mira arte Pintiani ingenium hoc nomen ex codicibus excuſſit. Plinius 3, 25. ſ. 21. hoc ſitu ponit *Colentum* inſulam, quo nomine urbem indicat Scardonae Ptolemaeus. Vid. quae diſſeruit Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 155. At ſi ad codices admoveris, parum et hic proficias. Maiorem veri ſpeciem habet Voſſii *Saſon*, ſi cogites, initio effluxiſſe τὸ *S*, quaſi *Saſine* ex hodierno nomine *Saſena*. *Saſon* etiam in margine notat Lucius c. l. ex Voſſio, opinor.

Neque tamen ſponſorem huius lectionis me ſiſtam. cum et Aſines nomine inſula ibi cum aliis plurimis obſcurioribus fuiſſe potuerit. Fuerunt enim in illo tractu inſulae plurimae, ſed modicae, uti narrat Geogr. Ravenn. 5, 24. Et ſic Strabo lib. 7. p. 218. ſ. 515. Liburnicas circiter 40. omnino indicat, et Plinius 3, 30. ſ. 26. Illyrici oram mile amplius inſulis frequentari ſcribit. Porro noſter etiam ignota aliis adtingit, contra, quae famam habent, praeterit. Quae cum ita ſint, *Aſine* locum commode habere poteſt.

atque ut) Pariſ. 2. omiſſo *atque* et *ita* haec adfert; Vatic. et Prag. *ut Alexandriae Pharos, ita Brundufio adiacens.* Vindob. *Brondufio*, et poſt *Pharon ſive Pharos,* quaſi eligendi arbitrium faciens, ut infra §. 18.

§. 14. *Sicilia)* In MSS. Lipſ. Gud. edd. 1. 2. 9. 11. 13. praeponitur titulus *de Sicilia;* in Pariſ. 2. et edd. 7. 8. 15. 17. 20. 23. *Siciliae deſcriptio;* alii libri intervallo notato a praecedentibus haec ſecernunt, veluti Rehdiger. Pariſ. 3. et edd. 3. 4. 5. vel etiam in margine adponunt *Sicilia*, uti 10. 12. 14. 19. Alii codices et editiones, et ex his Vadianae, Olivarianae cum recentioribus continua ſerie procedunt. Qui capitibus ſegmenta diſtinguunt, varie ex inſtituta ratione numerant, ut ed. 11. cap. 11. ed. 13. cap. 5. edd. 15. 17. 20. 23. cap. 3.

ut ferunt —) Cibin. Vatic. Venet. Rehdiger. Gud. *aliquando ut ferunt;* Havn. *ut ferunt cuncti et agro.* Prag. *continenti* et antea *Scicilia*, uti edd. quaedam, in iis 5. 14. 19. *Sicylia.*

Bruttio) Cibin. Gud. *Brucio;* Prag. *bratio;* plerique alii cum edd. *Brutio*, quod retinuit Reinoldius, A. Gronovius in edd. 44. 45. cum Kappio mutavit in

Bruttio, de qua fcriptura dictum eft fupra ad 2, 4, 2. Videtur ita iam in utroque loco dediffe Vinetus. Pro vulgato *annexa* Cibin. Rehdiger. et Venet. melius dant *adnexa*.

abfciffa) Mediol. Voff. tres, Rehdiger. Cibin. Gud. *abfcifa*. Editiones cum aliis MSStis *absciffa*, praeter 12. 14. 19. in quibus exftat *abciffa*. Vtriusque verbi crebra eft in libris commutatio, veluti in Livio. Sic commutantur in Orofio 2, 18. p. 139. Haverc. Horat. Satyr. 2, 3, 303. ubi ex tribus MSS. Argent. notavit Oberlinus, Curtio 3, 11, 25. Cf. Torren. ad Valer. Max. 1, 1, 18. Oudendorp. ad Lucan. 3, 55. et alibi; de utriusque discrimine idem ad Frontin. p. 49. Duker. ad Flor. 2, 2, 2. et quos laudant, et fupra ad 2, 5, 7. et infra ad 3, 6. in. notavi ipfe. Sic infra 2, 2, 7. fluctuantur libri inter *excidium* et *exfcidium*; inter *refciffo* et *recifo* apud Nepot. in Milt. c. 5, 4. Aptius utique ex etymorum vi propria videtur effe *abfciffa*, quod retinui.

perfluit) Deeft in Prag. et pro eo Vindob. ponit *profluit*, uti idem *fenium* pro *faevum*; Prag. *fcenum*; edd. 9. 15. *faeverum*.

Scyllae) Vindob. Gud. *fille*; Prag. *fcille*; Cibin. *Scylle*. Edd. 1. *Syle*; 2. *Sylae*; 9. *faeverum fciliae ch.* fic 13. *fciliae* omiffo etiam *et*. Cf. paullo poft. Tum Lipf. *carybdis*; Vindobon. *caribdis*; Cibin. Gud. Prag. *caribdisque*; Rehdiger. *et Carybdisque*. Sed haec levia. Sic poft Lipf. Vindob. *filla*; Gud. *fcilla*; Cibin. Vindob. Gud. Prag. *caribdis*. — Sic Σκύλη in Xenoph. Memor. 2, 6, 31. libri quidam; fed et alibi in utroque nomine talia paffim obverfantur. Pro vulgato *inclytum* Rehdiger. Cibin. edd. 7. 8. *inclitum*. Cf. ad 1, 1, 5. Ciaccon. notat: *inditum*, quod idem vult. Nempe *cl* et *d* facile inter fe permutantur, de quo dictum eft ad 1, 7, 2.

Denique Lipſ. *utcunque noxium;* Vindob. *utrinque nocens;* Prag. *mare atrum noxium*, et pro *appulſis* Prag. *apulis*. A voce *Scylla* cap. 60. initium facit Vinetus. TZSCHVCKE. Viri docti putant, hic excidiſſe vocabulum, et Melam ſcripſiſſe *mare vorticoſum;* ſed errant. Referenda enim huc verba, quae ſequuntur, *mare noxium appulſis*, quod perinde eſt ac mare vorticoſum. VOSSIVS.

procurrens) Venet. *percurrens*, ſolemni commiſtione ex confuſis lineolae transverſae ſignis. Tum Cibin. *ymaginem;* edd. 7. 8. *imaginemque. Delta* deeſt in ed. 2. et pro *efficit* ed. 1. habet *efficitur.*

§. 15. *Pachynum)* Lipſ. Vindob. Gud. Prag. Rehdiger. cum edd. 12. 13. 14. 18. 19. et forte aliis *Pachinum*, uti multi codices in Lucano 7, 871. notante Oudendorpio; Cibin. *pachinnum.* Edd. 1. 2. 9. *Pacinum.* TZSCHVCKE. Strabo, [lib. 6. p. 183. f. 265.] Ptolemaeus, [5, 4.] Stephanus, [h. v.] Dionyſius Byzantius [v. 469.] *Pachynus* in recto, non *Pachynum*. Item Ruffus Feſtus [Avienus in deſcr. orbis v. 655.] *In matutinos Pachynos producitur ortus.* Idem error caſtigandus in Plinio. [5, 14. f. 8.] PINTIANVS. Lege *Pachynus*. Ovidius lib. 4. Faſtor. [v. 479.] *Iamque Peloriadem Lilybaeaque, iamque Pachynon Luſtrarat, terrae cornua trina ſuae.* Et lib. 5. Metamorph. [lib. 13, 725.] CIACCONIVS. Recte omnino monuerunt. Nam et Graeci et Latini, quorum loca diligenter congegit Cluverius in Sicilia ant. 1, 14. p. 187. f. maſculino genere efferunt, nec facile praeter noſtrum et Plinium inveneris, qui hac terminatione utantur, quam tamen propter codicum noſtrorum conſenſum non moveo, cum talia utroque genere paſſim efferantur, et promontorium ſubintelligi poſſit. Tum Plinius eam ſuſtinet, et qui hunc reddere ſolet Martianus Capella lib. 6. p. 208. Graecis Πάχυνος ſeu Πάχυνον dici, ſimpliciter tamen,

adfirmat Oudendorp. ad Lucan. 7, 871. Cf. et Havercamp. ad Orof. 1, 2. p. 33. *Lilybaeum* fuo more invertunt libri. Cibin. *Lylibaeum;* Gud. Rehdiger. Vindob. Prag. *Lilibeum;* Lipf. *Lilibaeum.* Edd. 7. 8. *Lylibeum.*

quod Africam) Vindobon. Gud. Lipf. *quod in affrica;* Parif. 1. 2. et Vatic. habuiffe videntur *quod in Africam,* uti legitur certe in Rehdiger. et editionibus omnibus ad 42. excepto Vineto, qui exclufiffe videtur *τὸ in,* uti certe fecit Reinoldius, et hinc edd. 44. et reliquae. Librarii retulerunt ad proximum *vergens,* minus id quidem commode, cum potius connectendum fit cum praecedente *fpectat.* Nec agnofcunt eam voculam 6 codices A. Gronovii, et ex meis ceteri, in quibus diferte notatum vidi Parif. 2.

Peloris) Incertam huius nominis formam reddunt libri et doctorum virorum disputationes. Vatic. 1. Cibin. Gud. membranei quatuor et totidem alii in charta lintea defcripti, uti in appendice ad h. l. teftatur Voffius, *Pelorias,* a quibus non disfenfiffe Parif. 1. videtur; notatur idem in edd. 27. et 29. ex antiquo codice; Lipf. Vindob. cum Venet. et Havn. opinor, *Pelorum;* Vatican. 3. Prag. Parif. 2. 3. Rehdiger. et codex I. Gronovii (Gud. nempe hic ex correctione) *Pelorus.* Edd. 1. 2. 9. 13. *Pelorus;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae cum Schotto *Pelorum;* Voffius dedit *Pelorias,* praeeunte tamen Vineto; fequentes *Peloris.* TZSCHUCKE. *Pelorum)* Scribo *Pelorus,* non *Pelorum* ex Ptolemaeo [3, 4.] et Marciano 6. p. 208. *Pelorias* eft Straboni [lib. 6. p. 183. f. 265.] et Stephano. Variat Solinus, [cap. 11. f. 5.] modo hoc, modo illo nomine utens. Thucydides quarto [cap. 25.] et Dionyfius Byzantius [v. 469. et 472.] *Peloris;* Silius *Pelorus* nominat lib. 14. [v. 78.] *arenofa tollit fe mole Pelorus.* PINTIANVS. *Peloris)*

Peloris etiam Eustathio ad Homerum fol. 110, 12. et 1623, 6. [cf. ad Odyss. 9, 187. p. 346, 34. Basil.] Plinio *Pelorum* lib. 3. cap. 5. [c. 10.] *Pelorum* et *Pelorus* cap. 8. [c. 14.] Ipse Pomponius infra, *inter Lilybaeum et Pelorida Panormus et Himera*, et Cicero in Verrem act. 7. fol. 630. [5, 3.] *Peloridam*, [immo *Peloridem*] et Livius lib. 24. CIACCONIVS. Ex membranis antiquis reduximus τὸ *Pelorias*, ubi vulgo est *Pelorum*. VOSSIVS. Ausus fui deserere editiones praecedentes, in quibus plerisque est *Pelorum*, quum in scripto libro reperissem *Pelorus*. In quo vocabulo disputat quidem Pintianus, quam varie pronuntietur; nempe *Pelorias*, *Peloris*, *Pelorus*, et se scribere testatur *Pelorus* ex Ptolemaeo et Marciano. Sed nostrae lectioni fides est ab ipsa Pomponii manu, infra scribentis *Pelorida*, quam scripturam tenent concordes MSS. quam terminationem nunc ei displicuisse, vel etiam maluisse nunc scribere *Pelorias*, mox autem *Pelorida* nulla causa est, cur putemus, praesertim eo dirigentibus quoque antiquis libris. Similis ineptiae exemplum editur lib. 3. cap. 7. ubi in editis scribunt *elephantes*, paullo post autem *elephantis maximis*. Haec quoque ipsis variandi ratio placet; quam quis credat placuisse Pomponio, maxime quum in priore loco in MS. invenerim *elephantos*, ut nunc quoque rursus edidi? I. GRONOVIVS. In duobus libris manu exaratis *Pelorus* scriptum se reperisse dicit I. Gronovius, unde ipse facit *Peloris*, quia infra sequitur *Pelorida*. Sed nos quatuor membraneos et totidem alios, in charta descriptos lintea, possumus ostendere, in quibus legatur *Pelorias*, quod utique admittendum censuimus. *Pelorida*, quod postea sequitur, et hoc quoque rectum esse, etiam pueri intelligant. Sic et Strabo, quam Πελωριάδα vocat, [c. l.] alibi Πελωρίδα appellat, [lib. 6. p. 177. f. 257.] nec tamen propterea est ineptus. Quod postea monet, et hoc quoque futile, cum *elephas*, *elephanti* et *elephantes* promiscue positum apud Plinium, Solinum et alios passim

occurrat complures. Ab elephas autem aeque ac ab elephantus in plurium numero fit elephantis, mutata ut saepissime, declinatione, non elephantibus, quod usquam, quod sciam, legitur. VOSSIVS IN APPENDICE. Adverte, lector; an in nota dixi, in duobus libris manu exaratis *Pelorus* scriptum me reperisse? Rectum esse utrumque tam *Peloris*, quam *Pelorias*, non negavi. In Strabone non sic propinqua, demonstrabit Vossius Πελωριάδα et Πελωρίδα, ut in Mela connectit *Pelorias* et *Pelorida*. I. GRONOVIVS *in nota posteriore*. Vossium impugnat etiam in epistola de eius appendice p. 63. Sed cum nihil novi adtulerit, nolui repetere. Loca de hoc promontorio congessit Cluverius in Sicilia ant. 1, 6. p. 78 sqq. ex quibus discitur, *Pelorum* formam esse raro obviam. Certiori fide nituntur *Peloris* et *Pelorias*, frequentatur potissimum *Pelorus*. Ex quibus *Peloris* respuunt libri, quod ex sequentibus huc arcessivit Gronovius, ne discrepare a se Mela cogeretur. At huiusmodi exempla passim in Strabone et aliis occurrunt, uti hoc aliquoties ad Strabonem monui. Neque id tantum in locis dissitis et remotioribus observatur, sed et in vicinis, nisi ad librorum corruptiones recurrere velis. Ita quidam apud Strabonem lib. 6. p. m. 184. s. 266. Πελωρίδα habent, cum undique fiet Πελωριάδα. Apud Solinum c. l. *Pelorus*, post *Pelorias* legitur; *Tergestum* et paullo post *Tergeste* in Mela 2, 3. f. *Boeotis* et *Boeotia* 2, 3, 4. *Illyris* et *Illyricum*, etsi hoc locis remotis, 1, 3, 4. et 2, 3. extr. Cf. supra ad 2, 3. f. Summa disputationis haeret in *Pelorias* et *Pelorus*. Retinuerim prius, quia meliores libri id praeeunt, et inde omisso *i* librariorum negligentia facile ad *Pelorus* transiit. Sic Salmasius ex libris, quod ait, pro *Pelorus* emendat *Pelorias*, in Solino, de quo conferatur p. m. 73.

Scyllae) Vindob. *sile;* Gud. *scile;* ed. 1. *silae;* 9. *scilae.* Sed talia non moror. Sic pro *Hannibale*, uti

ſcriptum legitur in Cibin. Rehdiger. Prag. vel *Hanibale* quod eſt in Gud. et Vindobon. multi alii cum plerisque editionibus abiecta adſpiratione proferunt, quam praemiſit cum ſuis Vadianus et antea ed. 11. poſt A. Gronovius inde ab ed. 44. Reinoldianae discrepant; omittunt priores; additam vidi in ed. 1775. Vid. ad 2, 6, 5. Vocabula *idem vir* redundare putabat Ciacconius.

profugus ex Africa) Cluverius in Sicilia ant. 1, 6. p. 78. ita malit emendare, *profugus ex Italia, ac per ea loca Africam petens*, ni auctoris gravis, Livii 33, 48 ſq. qui Carthagine Tyrum et inde Antiochiam veniſſe Hannibalem narrat, teſtimonium obſtet. At alia magis offendunt, quae de nominis cauſa et tranſitu per fretum Siculum tradidit noſter, neque tamen hic excuti poſſunt, cum non ipſa verba, ſed narrationis fidem ſpectent. In ſequentibus Cibin. Rehdiger. Gud. Lipſ. Vindob. malunt *et per ea loca.* Tum Vindob. *ſiriam;* Gud. *quod procul;* Lipſ. *productum* pro *proditum;* Rehdiger. in his omiſit *eſſe* et *non.*

§. 16. *Ab eo ad)* Vindob. *ab eo quae ad pachinium;* Gud. Prag. cum edd. 12. 14. 19. *pachinum;* Cibin. Lipſ. *pachinnum.* Cf. ſupra et paullo poſt. Tum Lipſ. *oſtenditur* pro *extenditur.* At hoc aptius ad loci notationem et ipſam Melae rationem. Prag. *extendit*, uti ſaepe fieri in his notavi ad 5, 4, 1. et alibi. Poſt *Ionium* in Pariſ. 2. Prag. et Vatic. 3. deeſt *mare*, quae vox in hoc nexu paſſim ab ipſis auctoribus omittitur, veluti Virgilio Aen. 5, 211. Porro Vindobon. *attingit.* A verbis *Ab eo ad* — Vinetus cap. 61. incipit.

Meſſanam) Cibin. *Meſſenam*, propius ad Graecum morem nomenque conditorum, quo etiam referri debent numi aliqui, in quibus *Meſſenion* legitur. Invaluit tamen in hac urbe Dorica forma *Meſſana*, unde etiam

in numis frequentatur Μεσσανιον et fimilia, de quibus vid. Cluver. in Sicilia ant. 1, 6. p. 81. Carrera in disquisit. de numifm. Meffan. p. 4. (in thef. Sicil. Vol. 10.) Paruta in numifmatibus Meffan. et quae conlegerunt Rafche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 478 fqq. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 220 fq. Idem docet etiam *Meffalae* nomen, quod a capta urbe inditum erat, nimirum *n* in *l* mutato, uti tradunt Seneca de brevitate vitae cap. 13. et Macrobius Saturnal. 1, 6. *Meffanam* habent denique reliqui libri omnes. Eadem tamen variatio obfervatur etiam in Silio Ital. 14, 194. et Lactantio 1, 11, 33. ubi vid. notata a viris doctis, et Rogerius ad Ciceron. Verrin. 3, 6.

Tauromenium) Parif. 2. *Turominum;* Rehdiger. Prag. *Thauromenium;* reliqui omnes etiam Gronoviani *Tauromenium*, quod recepit primus Reinoldius et inde ab ed. 44. alii, cum antea omnes fcriberent *Taurominium*, pro quo ed. 9. habet *Tauromimum*. TZSCHVCKE. Non video, cur Hermolaus *Taurominium* pronuntiet, non *Tauromenium*. PINTIANVS. Plinius 3, 8. [f. 14.] *Tauromenium*. Strabo lib. 6. p. 266. 268. [f. p. 184.] Ταυρομένιον, et nummi Ταυρομενιταν. A. GRONOVIVS. Idem fcripturae vitium obfidebat olim Lucanum 4, 461. unde fuftulit Oudendorpius, et nunc etiam obfidet Ciceronem in Verrinis, veluti 2, 66. 3, 6. quod reliquerunt edd. Erneftii et Bipontina, fed ex codice Huydecop. emendavit Burmann. ad Dorvillii Sicula in addendis p. 611. Sic per *i* dedit Havercamp. in Orofio 5, 9. p. 307. et 6, 18. f. Torrenius in Valer. Max. 2, 7, 3. ubi utriusque fcripturae dedit exempla, et paffim alii. Recte vero A. Gronovius tuetur *Tauromenium*. Ita nempe Graeci auctores, minus in his corrupti, Ταυρομένιον. Accedunt numi, de quibus adeundi Meneftrier in medailles illuftrées p. 9. Havercampus in commentar. in Parutae numifm. Tauromenitana p. 607. (in thef.

Sicil. Vol. 6.) et praeter alios Rasche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 627 sqq. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 248 sq. Suffragantur inscriptiones, quos conlegerunt Gualtherus in Vol. 5. thes. Sicil. p. 925. Muratorius p. 1085, 5. et Castellius p. 51. *Tauromenio* legitur etiam in tab. Peutinger. 6. E. Apud Castellium est Ταυρομενειτων, apud Muratorium *Tauromenitani*, unde patet, minus recte ab Eckhelio reprehendi et erroris redargui Burmannum, qui ex numo Dorvilliano Ταυρομινιταναν retulit, quod in Graecis tantum Ταυρομενίτης et Ταυρομένιος in usu fuerint. Nempe haec tantum in Stephano commemorantur. Adiuvat praeterea etymologiae ratio, quod a μένειν hoc nomen ducit Diodor. Sic. 14, 59. et 16, 7. Hinc etiam viri docti eandem scripturam auctoritate sua tuentur et exemplis praeferunt. Cf. Grasser. ad Solin. c. 11. Heinsius ad Sil. Ital. 14, 256. et ad Ovid. Fastor. 4, 475. Oudendorp. ad Lucan. c. l. Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 375. ubi plures commemorantur, et Garaton. ad Cicer. in Verrin. 2, 66.

Catinam) Lips. *Chatinam;* Prag. *Cathinam;* Rehdiger. *Cathynam;* Vossiani itemque reliqui mei *Catinam*, uti pleraeque editiones; tantum 13. *Catanam;* 8. *Cantinam;* 15. 17. 20. 23. *Cantinum.* TZSCHVCKE. Alia in Sicilia *Catina;* alia *Catana.* Ab hac *Catanaei* et *Catanenses;* ab illa *Catinenses.* Hermolaus [ad Plin. 3, 14. s. 8.] unam intelligit, quae Graecis quidem frequentius *Catana*, Latinis fere *Catina* dicatur. VADIANVS. Scribo *Catanen*, non *Catinam*, et *Megara*, non *Megarida*, utrumque ex Strabone, [lib. 6. p. m. 185. s. 268.] Stephano, [h. v.] Ptolemaeo, [3, 4.] Thucydide, [6, 3. et alibi.] Xenophonte secundo Hellenicῶν, [c. 5, 5.] a quibus in Orthographia Graecarum dictionum libentius sto, quam a Plinii [3, 14. s. 8.] et Pomponii et Latinorum auctorum depravatissimis exemplaribus. Nec apud me rationes Hermolai in contrarium ullius sunt

ponderis. PINTIANVS. *Catinam*) Haec eſt vetus lectio. Non recte *Catanam* paſſim reponit Cluverius, [in Sicilia ant. 1, 9. p. 116 ſq.] tamquam ſi alterum recens eſſet, cum tamen in antiquiſſimis etiam auctoribus ita ſcriptum urbis huius nomen reperiatur. Sic ſolent Latini vocales iſtas permutare, τρυτάνη trutina, πατάνη patina, Μασσαλία Maſſilia, Μασανίσσης Maſiniſſa, Μιθραδάτης Mithridates et ſexcenta alia. VOSSIVS. Graeci quidem omnes huius urbis nomen per α ſcribunt. Quod ex Procopio de B. Goth. 1, 5. Κατείνην profert Cluverius c. l. Hoeſchelii habet editio p. 172. et poſt adhibitis libris mutatum eſt in Κατάνην, quod et ipſe dat Hoeſchelius lib. 3. cap. 40. recte etiam ad proſodicam rationem, quae penultimam corripi docet. Adſunt etiam numi multi, quibus α ſtabilitur, uti docent Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 436 ſqq. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 202 ſq. Cf. etiam opuſcoli di autori Siciliani Tom. 14. p. 12. Tum inſcriptio in Muſeo Veronenſi p. 52. Καταναιος habet. Latinis tamen placuit mutare in *Catina*, etſi de Pinedo ad Stephanum p. 368. *Catana* etiam admittit, uti certe in Muratorii theſ. inſcr. 40, 3. legitur, et utrumque rectum cenſet Bunemann. ad Lactantium 2, 4, 28. ubi fluctuantur libri. Sic apud Iuſtin. 4, 3, 4. ubi praefertur *i*, quod et repoſuit du Freſne, in Lactantii loco ex MSS. et editionibus antiquiſſimis, cum Bunemannus per *a* dediſſet. Ita inter *a* et *i* errant libri in Frontino 3, 6, 6. Eutropio 2, 19. et in aliis. Nempe nec doctorum virorum ſententiae in ſcriptura nominis conſtant. Τὸ *i* tuentur ſimilibus exemplis in vocibus *Agrigentum*, *Numidae*, aliisque, a Voſſio productis, moti Salmaſius ad Solinum c. 5. ſ. 11. m. 78. Oudendorp. ad Iul. Obſequ. c. 92. et Lucan. 3, 508. Bernecccr. et Gronov. ad Iuſtin. c. l. Harduinus ad Plin. 3, 14. ſ. 8. aliique, quos memorat Vink in amoenitatibus medicis p. 246. Contra Cluverii ſententiam amplexantur Delrio et Graſſerus ad Solin. c. l. Sylburg. ad Eutrop. 2, 19. ſ. 10.

Surita ad Antonini itin. p. 87. ed. Weſſ. Tennulius ad Frontin. 3, 6, 6. Drakenb. ad Sil. Ital. 14, 196. Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 318. Alii inter utrumque medii ſtant, de quibus vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 12, 12. interpretes Iuſtini ad 4, 3, 4. Weſſeling. ad Antonini itin. c. l. Dorvillius in Siculis cap. 13. p. 208. Nec minus variatur in editionibus. Sic praeter ſuperiora in Livio 27, 8. f. Drakenborchius praetulit *a*, item in Oroſio 2, 14. p. 125. 5, 13. Havercampus. Contra *i* probatur in Ciceronis Verr. 4, 45. Plinio 3, 14. ſ. 8. Frontino c. l. ubi Oudendorp. notat, *a* in recentioribus tantum codicibus reperiri. Vtra ſcriptura certior ſit habenda, vix conſtitui poteſt, cum inſcriptiones deſint Latinae, ex quibus confici quaeſtio poſſit. Nam quas in theſ. Sicil. Vol. 6. p. 224. ſ. exhibet Gualtherus, ubi legitur *Katanen. Catanens. Catanenſium*, *Cataneae*, eae vel ſunt ſuſpectae, vel ex alia lingua in Latinam converſae. Reſtat, quod equidem noverim, Muratoriana, ſi recte vereque deſcripta exiit. In qua dubitatione reliqui *Catinam*, etſi forte poſterioris aevi haec fuit ſcriptura.

Megarida) Prag. Pariſ. 2. *Megardia;* Rehdiger. *Megaryda*, reliqui cum edd. *Megarida.* Quod Pintianus reponit ex auctoribus in proxima nota memoratis *Megara*, non ſolum libris adverſatur, ſed et aliorum auctorum uſu refellitur, etſi *Megara* omnino recte habet, et in ipſis numis legitur, uti docent Raſche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 479. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 218. Atque ſic vel *Megara, ae*, vel *Megara, orum* in neutro dicitur, de qua duplici forma cf. Drakenb. ad Liv. 24, 30, 9. Non igitur erat, quod *Megara* ſollicitaret Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 485. At et *Megaris* uſu comprobatur, quod declarant loca a Cellario in Geogr. ant. 2, 12, 18. et Cluverio in Sicilia ant. 1, 11. p. 131. adpoſita. Ita legitur in Scylace p. 4. ed. Hudſ. in quo Gronovium ſollicitaſſe falſo ſcribit Cellarius,

Plinio 3, 14. f. 8. et repofitum eft in Diodoro Sic. 4, 78. Μεγαρὶς autem de hac Siciliae urbe male ex Stephano refert Harduinus ad Plin. c. l. Poft Lipf. Vindobon. Gud. Cibin. Rehdiger. cum edd. 1. 2? 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. (forte etiam Vatic. MSS.) habent *et in his*. Pro *Arethufam* Gud. *aretufam;* Prag. *arecufam;* edd. 1. 2. 9. *arhetufam.*

vifuntur) Rehdiger. *videntur;* Vindob. *viffuntur gefta.* Poft editiones quaedam, veluti 21. 24. 25. 28. et pleraeque Olivarianae *Alphaeum*, quod recte damnarunt Pintianus et Ciacconius. Tum Vindob. *quem diximus* et *peloponefiaco;* Lipf. *peloponenfiaco;* Rehdiger. *pelloponenfiaco;* Ciaccon. *Peloponnefico.*

conſociare) Rehdiger. Prag. *fociare.* Tum inverfo ordine Lipf. Venet. *terras mariaque;* Prag. *fubter trans mariaque;* idem *at hic fe reverfus;* Cibin. *attollere.* Poft Cibin. Lipf. *Pachinnum;* Gud. Prag. *pachinum*, uti quaedam editiones. Sic Cibin. Rehdiger. *lylibeum;* Lipf. ed. 2. *lilibeum;* Gud. Prag. *lilibaeum*, quae ex fuperioribus nota funt et per fe levia. Venet. fic: *Inter Lilybeum et Pachinum;* Lipf. *Inter Pachinnum et lilibeum et therme agragas eft et heraclea.*

Acragas) Omnes MSS. A. Gronovii, ex meis Lipf. Cibin. Venet. Vindobon. Havn. Parif. 1. 2. 5. Vatic. 1. *Agragas;* Gud. *Agregas;* Vatic. 3. Prag. *agras.* Edd. 1. 2? 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Agragas* praepofita particula *et;* 13. *Agregas;* 7. et poft Vadianus cum reliquis *Acragas;* tantum ed. 25. alterum exemplar *Acradas* librarii vitio. Si Graeca ratio in Graeco nomine (Latinis enim *Agrigentum* dictum) valere debet, rectius utique *Acragas* fcribitur, etfi etiam Virgilii Aen. 3, 703. veterrimos codices inter utramque fcripturam fluctuare notavit Heyne, qui in aliis, veluti Lucretio, Ovidio, *Agragas* praeferunt, de quo vid.

Heinfius ad Ovid. Faftor. 4, 475. et ad Sil. Ital. 14, 208. In Plinio tamen 3, 14. f. 8. editur *Acragas* fine discrepantiae nota, etfi hic A. Gronovius ex codice profert *Aggas*, quod pro *Agragas* fcriptum ille putat. Numi tantum non omnes k exhibent, uti videre eft in Rafchii Lex. num. T. 1. P. 1. p. 195. Tres enim tantum ad Parutam, monente iam Heinfio c. l. γ oftendunt, cui aliquos alias addidit Torremuzza. Atque eam fcripturam rectam cenfet Havercampus ad Parutam p. 440. (cf. thef. Sicil. Vol. 6.) reluctante tamen Burmanno ad Dorvillii Sicula p. 350. et, qui ad chalcographi errorem refert, Eckhelio in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 192. Cluverius etiam in Sicilia ant. 1, 15. p. 202. *Agragas* ab auctoribus ipfis profectum putat, quia inde factum fit *Agrigentum.* At ita Latini in fua lingua voces ex Graecis deductas immutant, ut *guberno* a κυβερνάω et alia. Succurrit in vicina urbe Ἄκραι exemplum fimile. Nempe *Acrae* eft in Livio 24, 36. in. *Agris* in tab. Peuting. 6. E. Cf. Surita et Wefleling. ad Antonini itin. p. 89. Alii utramque formam accipiunt, in quibus eft Ernefti in clave Ciceronis h. v. Et fic variant docti viri in auctorum editionibus; Heinfius et Drakenb. in Silio Ital. praeferunt *g*, Harduinus in Plinio, Heyne in Virgilio *c*, quod et aptius videtur ad ufum Melae Graeca adfectantis. Cf. ad 1, 16, 2. in *Cnidus.*

et Heraclea) Particulam *et* omittunt cum Vindobon. edd. Vadiani et Olivarii praeterea 21. 24. 28. Vinetus, Schottus, Voffius, I. Gronovius, qui tamen iam in ed. 41. revocavit, unde ftabilem fedem tenuit. Pro *Heraclea* Parif. 1. *Araclea;* Parif. 2. *Ereclea;* Parif. 3. *Theraclea.* Pro *Thermae* ex more Cibin. Vindobon. Parif. 3. edd. 1. 2? 3. 4. aliaeque, etiam Camert. Ald. Iunt. dant *Therme;* Gud. *terme.* Pro *Pelorida*, in quo omnes libri conftant, malim *Peloriada*, ut fcripturae tenor fervetur. Facile enim τὸ *a* effluere potuit.

Panormus) Voff. 1. Cibin. *Phanormus;* Perizon. *Panhormus;* reliqui cum editionibus *Panormus*, praeter 13. in qua eft *Panhormus.* Ita et alibi in libris et monumentis antiquis variatur. *Panhormitani* eft in quibusdam codd. apud Frontinum 3, 17, 1. notante Tennulio, adfpirationem tamen in optimo Palatino abfuiffe addit Oudendorpius, qui non improbat, et fic *Panormus* fine nota ille pofuit 2, 5, 4. Idem in Silio Ital. 14, 261. obfervatur, ubi quidam libri inferunt *h*, omnes communi confenfu in Plinio 5, 14. f. 8. Contra omittitur in tab. Peuting. 6. E. Vtriusque formae exempla fubminiftrant etiam numi fub eodem adeo imperatore veluti Augufto. Vid. Rafche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 515 fq. Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 1. p. 232 fq. et quos laudant. Sic in infcriptionibus adfpiratio modo ponitur, modo omittitur. Pofterior forma adparet in conlectionibus Reinefii 3, 24. 3, 31. Gudii p. 213, 2. prior in infcriptionibus Gruteri p. 174, 5. 266, 6. Sponii (vid. mifcell. erud. antiqu.) p. 176. Gualtheri in animadverf. in infcrr. Panormit. c. 2. p. 96. (thef. Sicil. Vol. 6.) Muratorii aliquoties, ita quidem, ut plures praeferant adfpirationem. Cf. etiam Fazellus de rebus Siculis Dec. 2. lib. 7. cap. 7. Quod igitur Cluverius exiftimat in Sicilia ant. 2, 3. in. p. 274. eam a pofterioribus aevi Grammaticis adiectam fuiffe, inde diiudicari poteft. In gentis quidem Domitiae numis adhibetur, uti docent Vrfinus et Patinus, etfi omifit Vaillantius. Neque hic negligi poteft teftimonium Euftathii ad Homerum Il. 5, 76. p. 396. f. 524. qui diferte adfirmat, veteres nomen adfpiraffe. Sed plura dabunt Surita et Weffeling. ad Antonini itiner. p. 91. Drakenborch. ad Sil. Ital. 14, 261. Burmannus ad Dorvillii Sicula p. 285. et qui de origine vocis eiusque vera fcriptura operofe disferuit Andr. Maffa in Sicilia in Profpettiva P. 2. p. 257. ad 262. Equidem adfpirationem praeferendam putavi. Contra in proximo nomine libri fcripti omnes dant *Himera;* tantum Rehdiger.

Hymera; illud et nummi Latini probant. Editiones 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23. *Imera;* 13. *Hymera*, uti post Vadianus in ed. altera, (22.) quem cum suis secutus est Olivarius et Schottus, paucis exceptis, in quibus sunt Vinetus et Stephanus, qui posuerunt *Himera*, et sic postea Vossius constanterque ceteri. Ita *Himera* et *Hymera* libri in Frontino 3, 10, 3. Sed *Himera* in nummis, et in inscriptione apud Gruterum p. 433. 6. Goltzium in tab. antiqu. s. inscrr. — in thes. Sicil. Vol. 6. p. 525. et *fl. Himera* in tabula Peuting. 6. E.

Leontini) Gud. *leuntini;* Rehdiger. *leonthini;* Paris. 2. *Lenocini.* Post ante *Centuripinum* Vadianus expulit *et*, et hinc secutae 18. 22. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, Vinetus, Schottus, Vossius, 40. 41. 42. Revocavit primus Reinoldius. Deest in solo Gudiano. Idem post factum a Vadiano ante *Hybla*, iisdem sequentibus, praeter Schottum; sed inde a Vossio constantius sedit. Cum non alienum hoc sit a nostri more, codices auscultari recte debent. Vid. 1, 19. in. et praeter alia loca I. Gronov. ad 1, 2, 5. *Centuripinum* tuentur omnes libri. Ciacconius tamen maluit *Centuripini* ex Plinio 3, 14. s. 8. At ibi de incolis dici, nexus aperte declarat, quamvis et idem ex Plinio adfert Ortelius in thes. Geogr. h. v. Et sic in nummis apud Parutam p. 198. et alibi, item in opuscoli di autori Siciliani T. 14. p. 18. Κεντοριπινων legitur. Sed aliunde terminatio impugnari potest. Nemo enim *Centuripinum* habet, sed a Graecis dicitur Κεντούριπαι (Ptolemaeus 3. 4.) vel τὰ Κεντόριπα. (Strabo lib. 6. p. m. 187. s. 272.) Quod enim τὸν Κεντόριπα legitur in Diodoro Siculo 20, 56. vitio id adtribuunt viri docti, de quo cf. ibi Wesseling. Atque ita intelligi debet in Polybio 1, 9, 4. ubi περὶ Κεντόριπα occurrit. Κεντόριπας dicit Thucydides 7, 32. si recte habet pro Κεντόριπα. Latini malunt *Centuripae*, et sic ediderunt etiam

cum Heinſio et Drakenborchio Erneſti et Ruperti in Silio 14, 204. pro priori *Centuripe*, quod licentia poetica tuetur Cluverius in Sicilia ant. 2, 6. p. 309. Idem adfert ex Antonini itiner. p. 93. Weſſel. *Centuripa*, et ex tab. Peutinger. 6. E. *Centurippa*, quae feminina putat. *Centoripa* tamen neutro plurali melius cenſet, quam *Centuripa* Burmannus ad Dorvillii Sicula p. 437. *Centoripae* praefert Rogerius ad Cicer. in Verrin. 5, 6. Cf. etiam Waſſe ad Thucyd. c. l. *U* tamen praeferunt Latini, etſi in numero conſentiunt. Sic Plin. 31, 41. ſ. 7. *Centuripis*, Scribonius Largus cap. 43. *Centuripas*. Soli igitur Melae relinquenda eſt ſua terminatio. Denique pro *Hybla* Lipſ. *ibla;* Vindob. *bible;* Gud. Prag. cum edd. 1. 9. 15. 17. 20. 23. *hibla;* edd. 7. 8. *bibla;* 6. *bybla*, in qua antiqua manus correxerat *Hybla*, quod habet 10. et aliae. In ſequentibus Vindob. *habent*.

Enna) Vindobon. Prag. Rehdiger. Lipſ. *Ethna;* Cibin. *ehtna;* Gud. (ex quo A. Gronov. falſo adfert *ethinna*) *ethena;* Voſſ. 1. *Chena;* Voſſ. 3. *Ethena;* Vatic. 1. *Henna;* reliqui *Enna* praeter Venet. et Havn. qui *Aetna* tuliſſe videntur. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 20. 21. 23. 28. *Aetna*, uti in prima editione Vadianus. Poſt (in ed. 22.) repoſuit *Enna*, quod Olivarius et ceteri etiam exhibuerunt. Solemnis eſt huius nominis depravatio, cuius exempla plurima dabunt Cluverius in Sicilia ant. 2, 7. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 93. et Liv. 24, 27. in. Duker. ad Flor. 3, 19, 8. Oudendorp. ad Frontin. 4, 7, 22. et Lucan. 6, 740. Heinſius ad Claudian. de raptu Proſerp. 1, 122. Spanhem. ad Callimach. in Cer. v. 15. Gronovius in diatribe in Stat. cap. 59. p. 386. Garaton. ad Cicer. Verr. 3, 18. et quos laudant, quibus alios addit Arntzen. ad Aurel. Victor. de V. I. cap. 59. in. Etſi enim *Aetna* urbs paſſim etiam commemoratur, non tamen ea fuit celebritate, ut in paucis diſtingui potuerit, et quae

adnectuntur de Cereris templo, ad eam referri nequeunt. Nulla igitur de nostra urbe dubitatio esse potest. At esse potest de scriptura, utrum *Enna*, an *Henna* praeferri debeat, in quo dissentiunt virorum doctorum sententiae auctorumque editiones, in quibus utraque ratio variata saepe invenitur. Tuentur praeterea quidam *Enna*, etsi pauciores, in quibus Dausqueius in orthogr. P. 2. h. v. Gronov. in diatribe in Statium c. 1. Scriverius et Tennulius ad Frontin. 4, 7, 22. et quidam alii. Adspirationem tamen probant plerique, veluti Dukerus ad Florum 3, 19, 8. Heinsius ad Claudian. de raptu Proserp. 1, 122. idem et Burmann. ad Ovid. Metam. 5, 385. ubi etiam antea erat *Aetnaeis*, Drakenborch. ad Sil. Ital. 1, 93. et Livium 24, 27. in. Oudendorp. ad Frontin 4, 7, 22. et Lucan. 6, 740. Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 568. et ad Anthol. Latin. Tom. 2. p. 550. Garaton. ad Ciceron. Verr. 2, 65. in. 3, 18. Ruperti ad Sil. Ital. c. l. et quos memorant. Quae quidem ratio sat validis argumentis nititur. Ita enim in auctoribus efferunt constanter fere veterrimi codices. Tum antiquam eam scripturam docet Plinius 3, 14. s. 8. ubi Siciliae civitates ordine alphabetico recenset. Denique monumenta prisca evincunt, in quibus numi *Henna* exhibent. Vid. Spanhem. de usu — numism. T. 1. p. 199. Torremuzza in opuscoli di autori Siciliani T. 14. p. 20. Eckhel in doctrina num. P. 1. V. 1. p. 207. et unde sua conlegit Rasche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 623 sq. Nemo enim facile audiet Harduinum, (cf. ad Plin. c. l.) qui *Mun. Hennae* aliorsum intorquet. Ex inscriptionibus refertur huc a Reinesio in syntagmate inscrr. 6, 99. *M. Claudius M. F. consol Hinnad cepit;* *d* enim adiectum esse ex veteri Romanorum orthographia, porro *e* et *i* mutari, multis exemplis fieri docet in indic. cap. 19. A verbis *Famam habet* initium cap. 62. in Vineti editione.

§. 17. *Praecipui montium)* Lipf. Rehdiger. Vindob. Cibin. Gud. Vatic. 1. Parif. 1. 3. *praecipua* vel, ex more, *precipua;* Venet. Vatic. 3. Havn. Prag. Parif. 2. *praecipuus.* Editiones ad Voffium omnes *praecipua* fic, ut ad *Enna* referatur diftinctionis maximae figno adpofito; Vadianus tantum in prima editione et hinc 18. ita haec verba ordinant: *Aetna praecipua montium. Eryx* — etfi in nota inde a *montium* verba ad fequentia referre malit. Voffius primum dedit *Enna. Praecipui montium Eryx* — quod ceteri acceperunt. Ciacconius malebat: *famam habet ob Cereris templum Enna praecipuam;* quemadmodum 3, 7, 4. *Famam hinc praecipuam habent.* Et facile, quod folemne eft librariorum peccatum, omitti hic potuit virgula transverfa. Attamen fic longius adiectivum a fuo fubftantivo praeter Melae morem abftrahitur, nec, ut in altero loco, notata in praecedentibus celebritatis caufa explicatur, fed fimpliciter Enna diftinguitur. Quare Voffiana emendatio praeferenda videtur, quae et in hoc nexu Pomponio eft magis accommodata. Sic enim 3, 3, 3. *Montium altiffimi Taunus et Rhetico,* et paullo poft: *Amnium in alias gentes exeuntium Danubius et Rhodanus.* Cf. 1, 5, 4. 6, 1. 9, 9. 2, 5, 2. et alibi. Decepit librarios *Henna,* ad quod adiectivi fequentis genus referendum putarunt. Alii cum voce *montium* connexuerunt, fed in eo aberrarunt, quod in uno Eryce fubftiterunt, cum Mela, ubi aliorum recenfum fubiicit, plurali numero uti foleat, uti 2, 4, 2. 5, 2. 7, 12. Si cui tamen Ciacconii emendatio magis adrideat, poffit is etiam ex plerisque MSStis et edd. vetuftis revocare *memoratur.* Pro *Eryx* noto more codices multi, veluti Rehdig. Lipf. Vindob. Gud. Prag. cum edd. 1. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 13. *Erix;* Ciaccon. *Erice;* Cibin. *ery.* Pro *memoratus* in multis libris inveniri *memoratur* iam dictum eft. Ita enim plerique MSSti Abr. Gronovii, ex meis Lipf. Vatic. Havn. Venet. Rehdiger.

Vindobon. Gud. Prag. et edd. 1. 2. 3. 4. et reliquae ad Vossium, qui reposuit *memoratus*. Voss. 1. Cibin. *veneratur*, quod etiam in varr. lectt. ed. 27. notatum erat, et monente A. Gronovio verbis communibus accensetur a Prisciano lib. 8. p. 191. ed. Hanov. Post Prag. *ob Oneri conditum.*

Aetna) Cibin. Lips. Rehdiger. Vindobon. Prag. *ethna.* Post Ciaccon. Vatic. *quod Cyclopas;* Rehdiger. *quod cyclopes;* Gud. Prag. *ciclopas;* Vindob. *aclopas.* Porro Lips. *flagat;* Cibin. *fraglat;* Gud. *flagratur;* Rehdiger. *flagravit.*

Himera) Prag. et editiones multae ex veteribus etiam 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. — *Imera;* Rehdig. et 24. 25. Olivarianae, Schottus *Hymera;* 11. et post cum Vineto, Vossio recentiores, uti Cibin. Lips. Vatic. Gud. et alii. Vid. supra. Tum Prag. *qui in media;* Rehdiger. *est*, *quia in medio;* Lips. Paris. 1. Venet. Havn. Prag. *in adversa;* Cibin. *lybicum;* Gud. edd. 7. 8. et forte aliae *libicum*, uti fit. Sic Prag. *Tulcum mare;* edd. 2. 9. *Tuschum mare;* Lips. *alio ore in Tuscum, alio in libicum;* Vatic. et Cibin. *Tuscum maxime devenit;* Gud. *mare decurrit.* TZSCHVCKE. Considerandum, an sit melior lectio divisim *ad modum*, hoc est, *ad mensuram.* PINTIANVS. Satis obscure et abs re. Sensus in vulgari forma commodus est usque probatus; i. e. fere media, uti explicat Ciacconius, quod ex Livio 24, 16, 7. probari potest, ubi sic: *qui ferme insulam dividit.* Sed vid. Vol. 2.

§. 18. *Siciliam)* Prag. *Sciciliam;* edd. 6. 7. *Ciciliam;* 8. *Ciliciam*, uti antiqua manus, male quidem, in ed. 6. correxerat.

Aeaee) In Parif. 1. deeft; Lipf. Rehdiger. Gud. Venet. Vatic. Vindob. *eae;* Cibin. *coae;* Prag. *Eata;* Parif. 3. *Eoa,* uti alios hic legere ab eadem manu in Lipf. adfcriptum erat; in aliis *Acaee,* uti habent edd. 3. 4. 5. 6. et plures; 1. 2. 9. *Aeae;* 11. *Aeee;* Vinetus *Aeaea.* Hoc et *Aeaee* recte habent. Graecis enim dicitur Αἰαίη f. Αἰαία. Cf. Homer. Odyff. 10, 135. Sic Apollon. Rhodius 4, 661. λιμὴν Αἰαίης et v. 850. ἀκτὴ Αἰαίη Τυρσηνίδος ἠπείροιο. Αἶα enim urbs Colchidos, unde non folum Aeaea Circe dicta eft, fed et Αἰαίη νῆσος Colchidos in Phafide. Vid. Apollon. Rhod. 3, 1074. et ibi Schol. et Euftath. ad Homer. 10, 135. p. 387, 18. Baf. Atque hinc etiam noftra nomen traxit, quam Apollodor. 1, 9, 24. Αἰαίαν vocat, ubi etiam ita variant codices. Cf. Staveren. ad Hygin. fab. 127. p. 230. et quos producit. Pro *Calypfo* folita negligentia Cibin. Vindob. Prag. Rehdiger. *Calipfo.* Vindob. poftea *habuiffe five habitaffe,* ut fupra §. 6. *pharon five pharos.*

Gaulos) Lipf. Parif. 1. 3. Vatic. Cibin. Vindob. Gud. Prag. Rehdiger. et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 34. *Caulos;* reliquae, monente Hermolao, *Gaulos.* Recte. In Graecis enim eft Γαῦλος. Accedunt numi, qui exhibent Γαυλιτων. Cf. Eckhel in doctrina num. P. 1. V. 1. p. 263. et quos adlegat Rafche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 1327 fq. Adfunt denique infcriptiones. Ita in Sponii mifcell. erud. ant. p. 190. legitur *Infularum Melit. et Gaul.* et p. 192. *Plebs Gaulitana,* quod et ex infcriptione proferunt Cluverius in Sicilia ant. 2, 16. p. 444. et Gruterus in thef. p. 415. n. 3. Eadem variatio, quae hic, notatur etiam in Silio Ital. 14, 274. Alia corruptione in Strabone lib. 6. p. m. 191. f. 277. legitur Γαῦδος, de qua monuit praeter Cluverium c. l. Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 493. Poft pro *Melita* Cibin. *Melitha.* Tum Prag. *Ceffura;;* Gud. Venet. Havn. Parifienfes,

edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Vadianae, Olivarianae, 30. 32. 37. Vinetus, Schottus, Voſſius, 40. 41. 42. *Coſura;* 13. 19. *Coſyra;* inde a Reinoldio 44. 45. reliquae cum aliis codicibus *Coſſura*, quod etiam ex ſuis excitavit A. Gronovius. Ipſe hanc ſcripturam probat ex Ptolemaeo 4, 3. f. in quo legitur Κόσσυρ νῆσος καὶ πόλις, uti Κόσσουρα apud Strabonem lib. 6. p. m. 191. f. 277. ubi etiam Guarinus reddidit *Coſſura*. Cum Ptolemaeo conſentit Appian. de B. C. 1, 96. 5, 95. Pro eo eſt Κόρσουρα in Strabone lib. 17. p. m. 574. f. 834. quod iam in *Coſſura* mutatum voluit Berkelius ad Stephanum p. 473. Et ſic habet Martianus Capella lib. 6. p. 208. In Plinio 3, 14. f. 8. et 5, 7. *Coſyra* legitur, uti in Stephano h. v. ubi tamen duplex *s* commode locum habet, etſi duplicem hoc nomine inſulam ferunt. Literae geminatio ſine dubio praeferenda eſt propter monumentorum auctoritatem. De numis vid. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 267. et quos recenſet Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1046. de inſcriptionibus conſulendi Faſti triumphales a. u. 499. Gruterus p. 297. Ex numis etiam recte hanc formam adſtruit Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 454. Nec eam ignorant paſſim boni codices, ut hic aliqui, et duo in Oroſio 5, 21. notante Fabricio. Quod Ovidius Faſtor. 3, 567. correpta prima ſyllaba *Coſyrae* ſcripſit, metri cauſa feciſſe videtur. Fluctuatur penultima in numis, lapidibus et libris. In faſtis et numis conſpicitur *u*, quod probat Havercampus in Parutae numiſm. p. 851. (Vol. 5. theſ. Sicil.) *Coſſyrenſes* tamen apud Gruterum p. 297. Et ſic in Plinio c. l. Silio Italico 14, 272. ubi cf. Drakenb. in Ptolemaeo et Appiano cc. ll. *y* praefertur. Contra in Livii epitome 89. Martiano Capella c. l. *u*. Forte antiquius et Graecum eſt *y*, quod poſt uſu frequenti transiit in *u* apud poſteriores in primis, cuius exempla ſiſtunt

Borysthenes, *Illuricus* et ſimilia, etſi hic Strabonis auctoritas obeſſe videtur. Certe *Coſſura* retinui.

propius —) Rehdiger. Vindob. *proprius*. Cf. ad 2, 2, 1. Poſt Lipſ. *Gallaza;* Gud. Rehdiger. Pariſ. 1. 3. cum edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Galazà;* Pariſ. 2. *Balaza;* Vatic. 3. *Galara;* alii cum reliquis editionibus *Galata*. TZSCHVCKE. Scribendum cum adſpiratione in poſtrema *Galatha* ex Ptolemaei [4, 3.] et Plinii [5, 14. ſ. 8.] vetere codice, quamvis Ptolemaeus cum *C* in principio, *Calatha*. [Καλάθη νῆσος.] PINTIANVS. Conſentit Stephanus h. v. in quo legitur Καλάθη πόλις οὐ πόῤῥω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ſuo ſcilicet more, quo ex inſulis urbes et contra facit, uti praeter alios etiam ibi monent de Pinedo et Berkelius. Tum librarii *C* et *G* commiſcere ſolent in locorum nominibus, quae ex Graecis potius regi debent. Sic, ut alia in noſtro etiam obvia praeteream, et in ſimili ſubſiſtam, *Calate* legitur et *Galate*, *Calatini*, ſ. *Calactini* et *Galatini*, de quo vid. Cluver. in Sicilia ant. 2, 12. p. 359. et Graevius et Gronov. ad Ciceron. Verrin. 3, 43. in. aliique, quos excitavit Burmann. ad Dorvillii Sicula p. 439. Idem p. 612. addit, in cod. Huydecoperiano apud Ciceronem c. l. eſſe *Calatae* et *Calatinis*, etſi Dorvillius in Siculis cap. 3. p. 22. probat *Calactinis*. ſed omnino de urbe illa dubitat, quam tamen hac ſcriptura tuetur Gualtherus in animadverſ. ad inſcrr. peregrinas p. 897. (Vol. 5. theſ. Sicil.) Sed noſtra inſula *Galata* vocatur in Antonini itiner. p. 514. et a Geogr. Ravenn. 5. 25. Amplexandam tamen putavi veterum formam, dedique *Calatha*. Τὸ *th* probavit etiam Pintianus, etſi fert in initio *G*. Mox pro *et illac* Gud. *ulle;* Prag. *quas edias appellant*.

Oſteodes) Lipſ. Pariſ. 2. 3. Vindob. Gud. Rehdiger. Prag. Venet. cum edd. 1. 2. 9. 15. 17. 20. 23.

Ostrodes. In aliis recte scribitur *Osteodes;* tantum Paris. 1. *hostrodus*, et ed. 8. *ostendes.* Graece apud Diodor. 5, 11. Ptolem. 3, 4. Ὀστεώδης. TZSCHVCKE. *Osteodem* neque Strabo, neque Plinius, neque, quod sciam, alius inter Aeolias numerat; quapropter existimo erratum esse in ordine verborum, legendumque: *Propius Italiam Galata, Osteodes, et illae septem* etc. PINTIANVS. Diserte Plinius 3, 14. s. 8. distinguit ab Aeoliis septem, cum quo consentiunt alii a Cluverio in Sicilia ant. 2, 14. producti. Ipse Cluverius p. 397. et 416. c. l. cum Ortelio in thes. Geogr. s. v. *Aeoliae* loco *Evonymi* connumeratam hanc esse existimat. Ita vero Melam potius ipsum errasse crediderim. *Ericodes* possit legi, ut cum aliis consentiat; nisi longius a libris recedat. Pro *Lipara* Rehdiger. Cibin. *Lypara;* Venet. Paris. 1. 3. Prag. edd. 1. 2. 9. *Lippara;* Vatic. 3. *Liaspara.* Nemo hic facile haereat. Quae subsequuntur insularum nomina, et scriptura et ordine discrepant. De singulis dicendum est.

Heraclea) Vatican. 1. Paris. 1. Lips. *Heracea;* Cibin. Paris. 3. *Heratea;* Vatic. 3. *Eratea;* Vindobon. *eracea;* Venet. *Heracta;* Paris. 2. Prag. *Eracta;* Gud. *Herraca;* Rehdiger. *Heraclea.* Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 20. 23. *Heratea;* 13. *Hieratea;* Vadianus cum suis, 21. 24. 28. omninoque Olivarianae, Vinetus, Schottus plane omittunt, et, ut numerum positum compleant, post *Ericusa* legunt. Vossius *Heraclea* primus revocavit et post *ac sicut Aetna* dedit pro *Ericusa* aliorum, quo idem numerus conficitur. Hinc Lips. Prag. Paris. 2. 3. *Didima;* Vindob. *didina;* Cibin. *Didyma;* Rehdiger. *Dydima;* Paris. 3. *dudima.* Edd. 1. 2. 9. *Didima;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. cum MSSt. suis *Didyma;* Vadianus, uti quidem iam antea legebatur in ed. 13. dedit *Didyme,* quod receperunt 21. 24. 25. et aliae. *Didyme,* Graeco

uſu, quo dicitur Διδύμη, et noſter gaudet. Removere igitur nolui, etſi minime addicunt codices, nec ii omnino improbandi. Pro *Phoenicuſa* Lipſ. Rehdiger. Vindob. *phenicuſa;* Prag. *phenicus;* Venet. Gud. *Phoenicuſa;* alii *Phoenicuſſa.* Edd. 1. 2. 11. *Phenicuſſa;* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Phoenicuſſa;* 9. *Phitecuſſa;* Vadianus cum ceteris *Phoenicuſa.* Subſequitur in libris lectio varie corrupta et immutata. Pariſ. 3. Vindobon. *Aſſicuta;* Pariſ. 1. *Aſicuta;* Lipſ. *Eſicuta;* Gud Rehdiger. *acſicuta;* Vatic. 1. *Ac ſicuta;* Pariſ. 2. Venet. *Ac ſicura;* Vatic. 3. Prag. *Ach ſicura;* Cibin. optime *ac ſicut.* Edd. 1. 2. 9. *Aſſicuta;* 3. (emendatum legi in meo exemplari *eripyſſa*) 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. aliisque *Ericuſſa*, uti reliquae, vel etiam *Ericuſa* ad Voſſium, qui dedit *ac, ſicut Aetna.* Pro *Aetna*, uti fit, Gud. *ethena;* Vindob. Cibin. Prag. Rehdiger. Lipſ. *ethna.* Edd. 1. *Aethna*, 11. *etna.* Cf. ſupra. Poſt *perpetuo* Pariſ. 1. 2. 3. Vatic. Rehdiger. et reliqui *flagrat*, pro quo vitioſe Cibin. *fraglat.* Prius etiam exſtat in edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Vadianus reliquis praeivit *flagrant*, quod retinuit Reinoldius, Voſſius cum ceteris mutavit in *flagrantes.* Tum Prag. *Iera*, quale ſupra in *Himera* adfuit; Venet. *Hierra;* Cibin. Rehdiger. Lipſ. *Hyera.* Denique pro *et Strongyle* Vatic. 1. Rehdiger. *Stroneiles;* Cibin. *Stroncyles;* Vindob. Pariſ. 3. *Stronchiles;* Gud. *Stroncydes;* Venet. *Strumbile;* Pariſ. 1. 2. *et Stroneides;* Vatic. 3. *eſtronoides;* Prag. *Eſtro, Noydes.* Edd. 1. 2. 9. *ſtronchiles;* 6. *Strongylle;* 7. 8. *Strongilie;* 12. 14. 19. 30. 32. 37. poſteriores etiam Vadianae *Strongylae;* 13. *Stronyles;* 15. 17. 20. 23. *Strongile;* 3. 4. reliquae *Strongyle.* Haec de ſingulorum vocabulorum mutationibus. Nunc de ordine hodie recepto, quem tenent codices, disiecerunt editiones. Nempe 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23.

Phoenicussa, Ericussa (vid. antea de primis) *Aetna perpetuo flagrat igne, Hiera et Strongyle et Pithecussa*; Vadianus, quem ad Vossium secuti sunt ceteri, sic: *Phoenicusa, Ericusa, Hiera et Strongyle, ut Aetna, perpetuo flagrant igne. At Pithecusa* — Receptum ordinem, excepta singulorum variatione, ut in praecedentibus, instituit Vossius, librorum auctoritate subnixus. TZSCHVCKE. *Lipara, Veracia,* [immo *Heratea*] *Didyma, Phoenicussa, Ericussa. Aetna perpetuo flagrat igne. Hiera et Strongyle.*) Sic Aldi habent exemplaria. Scribendum arbitror *Lipara, Hicesia, Didyme, Phoenicussa, Ericussa, et, quae perpetuo flagrant igne, Hiera et Strongyle*; ex Strabone, [lib. 6. p. m. 191. f. 277.] Ptolemaeo, [3, 4.] Plinio, [3, 14. f. 9.] Mariano, [Scymno Chio v. 254 sqq.] Solino [c. 12. f. 6.] et Homeri interprete in decimo Odysseae, qui *Hiscesiam* pro Evonymo ponit inter Aeolias. [Cf. Eustathius ad Odyss. 10. in. ubi καλεῖται δὲ μία τούτων κατά τινας καὶ Ἱκέσιον.] Ptolemaeus utramque locat prope Siciliam. Vel, si magis placet, lege: *et, quae, ut Aetna, perpetuo flagrant igne, Hiera et Strongyle*, ex Diodoro. [5, 7.] PINTIANVS. *Quae ut Aetna*) Forte, *ea sicut Aetna*, vel, *ac sicut Aetna.* CIACCONIVS. Et haec quoque pessime erant contaminata. Veterem reduximus lectionem, quam mirifice corruperant priores interpretes. Pro *flagrant* rescripsimus *flagrantes*, in caeteris secuti sumus veteres libros. Recte vero Hieram et Strongylen tantum nominat, quae ardeant; similiter quoque facit Diodorus Siculus. [5, 7.] Sed et hodie quoque id verum est. Caeteras tamen et illas quoque aliquando arsisse, manifeste ex crateribus et ambustis quarundam verticibus colligi potest. VOSSIVS. Ordo, quem Vossius reduxit, auctores habet libros veteres. De singulis insulis haec tenenda videntur. Pintianus, qui pro *Heraclea* maluit *Hicesia*, videtur omnino ad omnes omnino vicinas Siciliae insulas respexisse, de qui-

bus alibi. Quod ſi ſitum ex graduum longitudine et latitudine metiaris aliarumque inſularum ex tab. Peutinger. E. 6. viciniam conferas, *Iceſia* Ptolemaei videtur eſſe, quae in tabula inter *Strongilen* et *Dymen* (ſic enim) conlocata reperitur, *Herculis inſula*, quae etiam *Heraclia* vocatur in Antonini itin. p. 517. Apud Geogr. Ravenn. 5, 23. omnes illae inſulae, quas *Erculis* adpellat, etſi corruptis nominibus, facile ad aliorum recenſum accommodantur praeter *Pagnarea*, *IVlacana* et *Baſilidin*. Ex quibus cum priores voces referre videantur *Hiera Vulcani*, uti diſerte in Diodoro 5, 7. in. adpellatur, reſtat *Baſilidin*, ita ut inſula *Evonymos*, quae Strabone teſte c. l. ſic dicta eſt, quod a Lipara in Siciliam navigantibus maxime ad laevam fuit, proprio etiam nomine inſignita fuiſſe videatur *Heraclea* vel *Baſilidis*. Sed ſi quis *Pagnarea* ex *Heraclea* corruptum malit, *Baſilidin* alio pertinet. Cluverius tamen in Sicilia ant. 2, 14. p. 415. ex ſitu tabulae conligit, eandem eſſe hodie *Baſiluzzo*, quo magis priora confirmantur. Minus enim recte in noſtris tabulis *Evonymos* dicitur *Vſtica*, Ptolemaeus quidem 3, 4. ſi eius *Iceſia* eadem eſt, quae *Heraclea*, adfert etiam *Evonymon*, ſed eodem modo nomine proprio et adpellativo deceptus eſſe videtur, quo *Hieram* et *Vulcani inſulam* diſtinguit. Vid. Caſaubonus ad Strabonem lib. 6. p. m. 190. ſ. 275. Iſidorus Orig. 14, 6. *Ericodem* et *Ericuſam*, *Phoenicodem* et *Phoenicuſam*, quae ſunt duae tantum, facit quatuor, et hinc novem Aeolias, ut antea Servius, ipſe tamen ſecum in diverſis locis pugnans, falſo numerat. Vid. Cluver. in Sicilia ant. 2, 14. p. 397 ſq. Poſſet *Theraſia* ex Plinio c. l. legi, ſi non propius ad codices noſtros accederet *Heraclea*, nec, quod eſt aliquanto gravius, obſcura illa vox, quae Strabonis c. l. *Thermiſſa* videtur, ad Hieram, Vulcani inſulam, aperte referretur. *Hiera* autem quo minus legatur, obſtant ſequentia.

Maneat ergo *Heraclea*, et vel *Evonymos*, vel *Ericuſſa* exiſtimetur, dum certiora adferantur. In *Didyme* nulla mora, niſi quis cum MSStis praeferendum putet *Didyma*. Sed mox eadem terminatione *Strongyle*. Poſt *Phoenicuſſa* ex libris poſui, tum ex analogia, quod ex Φοινικόεσσα ortum eſt, tum auctoritate Stephani h. v. quam de Pinedo, Berkelius et Holſtenius reveriti etiam ſunt, licet et ibi quidam ſimplex σ habent. Duplex etiam legitur in Strabone c. l. ubi probat Cluverius p. 414. c. l. Idem valet poſt de *Pithecuſſa*. Quae in codicibus ſubſequuntur mire corrupta, bene reſtituit Voſſius. Nempe ſeparatim edenda male in unum contraxerunt librarii, et ex *Aetna* literam primam adpenderunt τῷ *ſicut*. *Aetna* enim ſimpliciter in hoc nexu locum habere nequit, vel temere Aeoliis inſulis interponatur, niſi comparationem ſtatuas incendii ſimilis factam eſſe. Quod cum ſenſiſſet Vadianus, relicto librorum ordine ad finem narrationis ea verba reiecit. Sic vero *Ericuſſa*, quod exhibuerunt pleraeque olim editiones, etſi in earum inſularum recenſu deſideratur, evaneſcit, tamen nec, inſeri poteſt, ut numerus poſita lege conſtet. Inſurrexit quidem contra Voſſium Vrſinus in disputatione Vitembergae 1668. 4. habita, quae exercitationes continet philologicas et pro non mala lectione peiorem invectam eſſe dicit, quia Ericuſſa etiam in aliis locum hic occupet, nec Hiera et Strongyle ſolae arſerint, cum etiam de Lipara idem Strabo et Plinius ſuis temporibus obſervatum eſſe adfirment, aut, ſin ſolae, antiqua tempora Pomponius reſpexerit. At obiectae difficultates hoc nomen admitti non patiuntur. In Strongyle vero et Hiera idem de ſua aetate adfirmat Diodorus Sic. 5, 7. In ſequentibus ſuo ingenio poſuit Voſſius, ut concinnius flueret oratio, quae alias male cohaereat. Certe, niſi quis hoc velit, cum Pintiano inſerere debet *quae*, ſic ut utroque modo ultra codices oratio informetur. In poſtremis duobus

nominibus nemo haerebit, tantum quod τὸ ς ex proximo vocabulo adnexum eſt.

Sed Pithecuſa) *Sed* excidit in Veneto. Alii, qui τὸ ς priori voci adnexuerunt, habent *et*, quod et promiſcue poſuerunt edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. Male vero prioribus etiam paſſim ſequens nomen adiungunt. Vadianus pro illo *et* dedit *at*, quod reliquae editiones acceperunt, dum Voſſius revocaret *ſed*. De iſtarum particularum commutatione vid. Drakenborch. ad Liv. 36, 35, 7. et quae notavi ad Melam 1, 9, 5. Tum Rehdiger. *Pytecuſa*; Venet. *Pythecuſa*; Lipſ. Gud. Prag. *pitecuſa*; alii fere *Pithecuſa*, uti editiones maxime inde a Vadiano, etſi ita iam ed. 13. Nam 1. 2. 9. habent *Phitecuſſa*; 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Pithecuſſa*, quod praetuli, uti antea *Phoenicuſſa*. Ita duplici σ effertur in Stephano et a plerisque MSStis et in editionibus ante Schweighaeuſerum apud Appianum de B. C. 5, 69. qui ſimplex praetulit, qua forma et paſſim alibi, uti ſimilia ſolent, prodit. Sequitur *Leucothea*, pro quo Lipſ. Vindobon. *Leucotea*; Prag. *Leuchothea*; alii cum edd. *Leucothea*; tantum 19. vitioſe *Laucothea*. Hinc Lipſ. *Avaria*; Pariſ. 1. *Aenarria*; Vatic. *Aenarea*; Pragenſ. *Aeparia*; Venet. *Cervaria*; alii *Aenaria* cum plerisque editionibus tantum quod 11. *enaria*. Longius receſſit Vadianus, qui tacite adpoſuit *Venaria*, et praeter familiam adſentientes habuit etiam, uti fere ſemper, edd. 30. 32. 37. Idem in margine ed. 29. legitur additum. TZSCHUCKE. *Pithecuſae* plurali numero Strabo, [2. p. 84. ſ. 123. et alibi, etſi etiam Πιθηκοῦσα 1. p. 41. ſ. 60.] Ptolemaeus, [3, 1. f.] Stephanus, quorum Strabo et Ptolemaeus cum ſimplici ſ, ſemper *Pithecuſae*, Stephanus cum duplici. Ovidius quoque [Metam. 14, 90.] *Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.* Prae-

terea videtur legendum permutato dictionum ordine, *Pithecuſſae, Aenaria, Leucothea*, ut ſervet morem ſuum ſaepe iam inculcatum, coniungendi duo locorum propria nomina. Nam *Pithecuſſae* alio nomine dictae ſunt *Aenaria*, ab ſtatione navium Aeneae, auctore Plinio lib. 3. [c. 12. ſ. 6.] PINTIANVS. Incerta haec eſt ratio, cum alii eandem faciant, alii utramque diſtinguant, de quo alio loco disſeri poteſt. Ea tamen forſitan cogitatione motus Vadianus pro *Aenaria* poſuit *Venaria*, neque tamen vidit, longius illam hinc proferri, cum Venaria Coſano litori obiectam fuiſſe diſerte ſcribat Plinius 3, 12. ſ. 6. et cum iis inſulis coniungat, quae deinceps noſter recenſet. Falſo igitur Ortelius in theſauro Geogr. h. v. Venariam Melae tribuit. Veneti codicis *Cervaria* in his inſulis nomen eſt inauditum. Si quid mutandum videatur, pro *Aenaria* legerim *Aſturia*, quam Plinius diverſa curſus progreſſione ultra Tiberina oſtia cum Palmaria, Sinonia, Pontiis — coniungit. At cum *Aenaria*, ad quam codices ducunt, veri nominis fuerit inſula, locum ſuum teneat, et ex mente Pomponii diverſa a Pithecuſſa habeatur. Hinc vero cap. 63. exorditur Vinetus.

Phitonia) Ciaccon. Gronoviani, Cibin. Venet. Vindob. Pariſ. 1. 2. 3. Vatic. Havn. *Sidonia*; Rehdiger. Prag. Lipſ. *Sydonia*; Gud. hanc vocem omiſit. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *Sidonia*; Vadianus cum ſuis, 21. 24. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gronovii in edd. 40. 41. 42. *Sinonia*; Reinoldius cum ceteris *Phitonia*. TZSCHVCKE. MSS. et ed. Iunt. *Sidonia*, et mox *Synonia* vel *Sinonia* pro *Phitonia*, quomodo etiam habet Iunt. ed. Et ſane ſitus harum inſularum ſuadet, ut priore quidem loco cum editione Exonienſi legatur *Phitonia*, poſteriore vero *Sinonia*, quam inſulam cum Pal-

maria eodem modo, quo Mela, iunxit Plinius lib. 3. cap. 6. [f. 12.] iuxta fcripturam codicum MSS. in quibus legitur *Sinonia, Parmaria.* Leg. *Palmaria.* A. GRONOVIVS. Qui hic *Sidonia* legunt, paullo poft *Sinonia* ponunt vel *Phitonia*; contra recentiores. Cum bis eiusdem fere nominis infula locum vix habeat, nec usquam *Sidonia* infula memoretur, immo infra *Sinonia* diferte in MSStis legatur, hic paullo aliter nomen depravatum effe adparet, ad cuius emendationem deducit Plinius 3, 6. f. 13. qui in harum infularum enumeratione *Phintonis infulam* ponit, uti quidem illa exprimitur in ed. Harduini. In aliis enim etiam *Phitonis* f. *Pintonis* infula vocatur. Pofterius praefert etiam Martianus Capella lib. 6. p. 207. ubi Grotius vult *Phytonis* f. *Pythonis.* In Ptolemaeo 3, 3. f. eft Φίντωνος νῆσος. Obftat haec fola dubitatio, quam et moverunt Pintianus et Voffius, quod ea infula circa Sardiniam a Plinio in freto inter Sardiniam et Corficam conlocatur, quocum confentit Ptolemaeus, qui alias veluti Pithecuffam, Capreas, Pontias in Tiberino pelago 3, 1. f. oftendit. Turbat igitur Mela, fitumque infularum mifcet. Vix enim credam cum Pintiano, (vid. infra) a librariis effe eam infulam intrufam. Legerim *Sirenia* ex Homero Odyff. 12, 167. ubi νῆσος Σειρήνοιϊν, fi haec forma ex auctoribus probari poffet, in quibus Sirenufae leguntur, et a Ptolemaeo in hac ora aliis adponuntur. In *Capreae* minus offenderunt codices, vel ita, ut haec infula facile agnofcatur. Nempe Vatic. 1. habet *Caprae*; Parif. 1. 2. Gud. Vatic. 3. Lipf. Rehdig. *Capre*; Cibin. Vindob. *Capree*; Prag. *Carie*; alii *Capreae* cum editionibus; tantum 30. 32. *Capraea.*

Prochyta) Vatic. 1. Rehdiger. *Corcytha*; Cibin. *Corcyta*; Vatic. 3. *concira*; Parif. 1. 2. *Corcyra*; Gud. *corcira*; Lipf. *coreyra*; Prag. *Cortina*; Vindobon. *corcitalis prochita*; Venet. *Gorcyffa*; Parif. 3. et Havn. forte

Prochyta. Edd. 1. 2. 9. *Corcitha*; 13. *Corcica*; 6. 7. 8. 10. 15. 17. 20. 23. *Prochita*; 3. 4. 5. reliquae *Prochyta*, quo nomine ab aliis insula hic ponitur, cuius vestigia apertiora servarunt codices optimi, verum nomen Vindobon. nisi quod *Prochita* edidit. In *Pontiae* parum libri discrepant. Venet. *Ponthiae*; Rehdiger. *Pontiahe*. *Pandateria*, quod ita agnoscunt Ciaccon. Rehdiger. Cibin. Lipf. Parisienses, Vaticanus 1. alii aliter fingunt. Prag. *Pandetheria*; Vatic. 3. *Pandeteria*; Venet. *Pandatheria*; Havn. opinor, *Pandatoria*, uti edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 23. priores iis *Pandateria*; 13. et post Vadianus et Olivarius cum suis, 21. 24. Vinetus, Schottus *Pandataria*; Vossius cum ceteris *Pandateria*. TZSCHVCKE. *Pandataria*) Stephanus et Plinii [3, 12. f. 6.] antiquum exemplar, item Cornelius Tacitus lib. 14. [Annal. cap. 63.] et Varro in tertio de re rustica [cap. 5, 7.] cum *e* in tertia, *Pandateria*; Ptolemaeus [3, 1.] cum *o* magno in eadem *Pandatoria*; Strabo [lib. 2. p. 84. f. 127.] *Pandaria*, si codex vitiatus non est, quod vereor. PINTIANVS. Variant omnino libri in efferendo hoc nomine, nec adeo sibi constant editiones eaedem. Ita Ernesti in Taciti Annal. 1, 53. scripsit *Pandateria*, sed 14, 63. *Pandataria*, uti constantius dedit Brotierius. Sic in Suetonii Caligula cap. 15. alii, in quibus Ernesti, praetulerunt *a*, reliqui maiori numero cum Oudendorpio *e*. Πανδατερία legitur in Dione Cassio 55, 10. nec recte per η ex eo notat Salmasius ad Solin. c. 3. f. 8. p. m. 67. cum et Xiphilinus habeat ε, ut ibi notatur. Eadem Πανλατερία vitiose dicitur Stephano, uti dudum monuerunt Berkelius p. 624. et Holsten. p. 624. ex crebra literarum δ et λ confusione. *Pandateria* in Antonini itiner. p. 515. Alii edunt per *a*, si libros certe plerosque sequaris, in iis Strabo 2. p. 84. f. 123. et 5. p. 161. f. 233. etsi in priori loco codices etiam habent Πανδαρία, uti in poste-

riori etiam Guarinus et in priori *Pandria*, ex quo intelligi Pintianus debet. Sic *Pandataria* Varro de R. R. 1, 8, 5. ubi per *e* Cod. Polit. et 3, 5, 7. Plinius 3, 12. f. 6. Martian. Capella lib. 6. p. 207. Cf. Reimarus ad Dion. Caff. et Oudendorp. ad Sueton. cc. ll. Adparet inde, inconftantem fuiffe fcripturam, in qua ftatuenda fic recte codicum exempla valuerunt.

Sinonia) Ita codices vel etiam *Synonia*, uti Cibin. Rehdiger. Prag. Prius praeferunt etiam veteres editiones. Poft praeeunte Vadiano 16. 18. 21. 22. 24. 25. ceterae *Phytonia*, et inde a Voffio 40. 41. 42. *Phitonia*. Reinoldius revocavit *Sinonia*, quod reliquae propagarunt. Probat hanc lectionem Plinius, qui 3, 12. f. 6. fcribit: *Palmaria et Pontiae mediam habent Sinoniam*. Pro *Palmaria* Cibin. Parif. 1. 3. Vindob. Vatic. 1. Lipf. Rehdiger. Venet. Havn. *Parmaria*; Vatic. 3. *Parmarea*; Parif. 2. *Parmartha*; Prag. *parmarita*; Gud. *permaria*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. et hinc pleraeque Olivarianae, porro 28. Schottus *Parmaria*; Vadianus ut antea 13. dedit *Palmaria*, et praeter familiam idem acceperunt ex Olivarianis, 29. 33. Lugd. 1646. reliquae. TZSCHUCKE. *Phytonia, Parmaria)* Lego *Pinton*, non *Phytonia* ex Marciano [Martiano Capella lib. 6. p. m. 207.] et Plinio. [3, 13. f. 6.] — Nec me movet Ptolemaeus [3, 3] qui eam infufam *Phintonem* nominat. Multis enim Graeci adfpirant, quae Latini per tenuem literam efferunt, et e contrario. Sciendum tamen *Pintonem*, five mavis *Phintonem*, infulam non effe ex earum numero, quae funt citra Tiberis oftia, quas hic Pomponius refert, fed ex illis, quae ultra funt. Quam ob rem inter Transtiberinas locanda eft, errore librariorum hic pofita. Praeterea legendum videtur *Palmaria*, non *Parmaria* ex Plinio et Marciano, a palma arbore, unde et *Phoenicuffa* inter

Aeolias nominata, et duae aliae eodem nomine in ſinu Libyco prope Carthaginem Stephano. Adſtipulatur etiam Varro libro de re ruſtica tertio: [c. 5, 7.] *Hoc*, inquit, *ita fieri apparet in inſulis propinquis Pontiae, Palmariae, Pandateriae.* PINTIANVS. Cf. quae ſupra de *Phitonia* adtuli. *Palmaria* ex mutatione crebra literarum *r* et *l* ſcribendum, ſatis evicit Pintianus. Addi poſſit, ſi quis valere putet, hodiernum nomen *Palmaruola.* Occurrit quidem *Palmaria* etiam in Antonini itin. p. 514. ſed ſitu diverſa.

lateri) Gud. Prag. Vatic. 3. *littori*, quod volebat etiam Cluverius in Italia ant. 3, 7. p. 1014. Sed illud probum eſt, et ſic apud noſtrum paſſim adhibetur, veluti 1, 3, 1. et in ſimili nexu 2, 4, 9. Tum Rehdiger. *thyberina;* Gud. Vindob. edd. 1. 2. 3. 4. 5. 12. 14. 19. *hoſtia*, ut alibi. Denique pro *obiacent* codices et edd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 23. *iacent;* in Vatic. 3. Venet. Prag. plane abeſt. Vadianus, quem hic ſequitur ed. 28. invexit *obiacent*, quod et habent reliquae omnes. Dedi ex codicibus *iacent*, quod iam maluerat Ciacconius. Ceterum quod *oſtia* ſcribi vult I. Gronovius maiuscula litera, de eo vid. disputata ad 2, 4, 6.

§. 19. *Dianium)* Rehdiger. *Dyanium.* Poſt Ciaccon. ex libris notat *Igilium* et *Ilium;* A. Gronov. ex Perizon. *Igylium;* Salmaſius ad Solin. cap. 3. f. 8. p. m. 67. ex Palatinis *Ygilium.* De meis haec: Vatic. 3. Pragenſ. *Igidium*, reliqui *Igilium* cum codice Holſtenii, quem ipſe adlegat in annotatt. in Cluverii Ital. ant. p. 38. Editiones omnes *Iginium.* Vinetus et poſt Voſſius cum ceteris poſuerunt *Igilium.* TZSCHVCKE. *Iginium)* Plinii vetus exemplar [3, 12. f. 6.] et Romana lectio, itemque Marcianus [Martianus Capella lib. 6. p. 207.] *Igilium*

legunt, non *Iginium*, ut Hermolaus agnofcit; haud fane, ut mihi videtur, recte. Quapropter legendum puto *Aegilium*, five *Aegilion*, ut, quemadmodum dicta eft altera infula *Aegilos*, id eft, *Capraria*, ita haec forma diminutiva appellata fit *Aegilion*, id eft, *Capellaria* et *minor Aegilos*. PINTIANVS. Schedae Palatinae *Ygilium* tefte Salmafio in exercitt. Plin. p. 95. cui *Aegilium* legendum videbatur. A. GRONOVIVS. Αἴγιλος quidem apud Graecos occurrit, quam amabant caprae, (cf. Theocrit. 5, 128.) unde etiam infulam, quam Graeci *Aegilon* vocarunt, Latinos *Caprariam* reddidiffe fcribit Plinius. An vero diminutivum in ufu fuerit, dubito. Sed et incerta eft et fufpecta illa infulae fcriptura, et licet exemplaria quaedam, etiam Harduini, *Aegilion* in Plinio ferant, alia tamen, quod et Pintianus adfirmat, legunt *Igilium*, quod et probant libri in Antonini itin. p. 514. ubi Surita Plinium fecutus dederat *Aegilium*. Tum *Igilium* fcribit Martianus Capella c. l. qui Plinium reddere folet, et Rutilius in Itiner. 1, 325. De Plinii optimis membranis idem adfirmat Salmafius ad Solin. cap. 3. f. 8. p. m. 67. Eo etiam ducunt veftigia codicum in Iulio Caefare de B. C. 1, 34. quae expofuit Oudendorpius, et agnoverunt interpretes. Eandem in noftro fcripturam, reiecta priori, probat etiam Cluverius in Italia ant. 2, 2. p. 502. Plura dabunt Salmafius c. l. Cellarius in Geogr. ant. 2, 10, 15. Burmann. ad Rutilii tiner. et Weffeling. ad Antonini itiner. cc. ll. In *Carbania* confentiunt omnes libri. TZSCHVCKE. *Carbaniam* putat Hermolaus eam effe, quae a Plinio [3, 12. f. 6.] dicta fit *Barpana*, cui nec affentio omnino, nec disfentio. In alterutro erratum conftat, in utro incertum. PINTIANVS. *Igilium*, *Carbania*) Libri hic non variant. Plinio eft *Barpana*, ut iam aliis recte obfervatum, quorum opinio hac in parte verior eft, quam Cluverii, [vid. poft.] qui Columbariam hic pro Carbania fubftituebat. VOSSIVS. Vix legitimum infulae nomen

Carbania videtur, quod nemo novit. Apud Plinium 3, 12. f. 6. Hermolao Barbaro et Harduino putatur esse *Barpana*, uti habent omnes codices, quam opinionem adiuvat literarum adfinitas. Alioquin possit esse *Planasia*, quam in hoc tractu conlocat Ptolemaeus 3, 1. f. et magis diserte Antoninus in itiner. p. 514. quippe qui inter Ilvam et Planasiam habet Igilium. In Plinio tamen *Planaria* memoratur praeterera et *Planasia*. Cluverius vero in Italia ant. 2, 2. extr. p. 505. vitiatum nomen *Carbania* putat ex *Columbaria*. Cf. ad eum Holsten. p. 38. Dubito, an certi aliquid statui possit.

Vrgo) Codex A. Gronov. Vatic. 3. Prag. et edd. 15. 17. 20. 23. *Gorgona;* Paris. 2. *Gongona;* alii libri omnes et scripti et editi *Vrgo*, tantum ed. Lugd. 1538. *Vurgo.* TZSCHVCKE. Ita Plinius 3, 6. [f. 12.] et MSS. codices Melae, excepto meo, in quo atque etiam editione Iuntina legitur *Gorgona*, eademque *Gorgon* appellatur a Rutilio lib. 1. itiner. v. 516. *Adsurgit ponti medio circumflua Gorgon Inter Pisanum Cyrniacumque latus.* A GRONOVIVS. Eadem, quae hic, variatio cernitur in Plinio, ubi *Orgon* olim et *Gorgona* legebatur, *Vrgo* tamen, teste Harduino, ab omnibus MSStis probatur. Nec discrepat Martianus lib. 6. p. 207. Stephano etiam est Ὀργών: *Vrgo* utique videtur nomen antiquum, quod posterior aetas mutavit in *Gorgon* et *Gorgona*, quo quidem Caprariae adiungitur in Geogr. Ravenn. 5, 27. Et sic hodie vocatur *Gorgona*. *Gorgonis insula* est in Latinis Ptolemaei 3, 1. f. Hermolaus in castigatt. in Plin. c. l. apud omnes Geographos veteres reponit igitur *Vrgo*. *Ilva* intactum servarunt libri. Pro *Capraria* Prag. *Carpria;* Havn. cum edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 19. *Caparia.*

divisae Corsica —) Turbarunt hunc locum librarii, impliciti repetitione vocis Corsica, neglectaque

fere *Sardinia.* Ita nempe praeteritis fingulorum vitiis verba ordinant Vatic. 1. Cibin. Parif. 1. 3. Rehdiger. Gud. Venet. Ciaccon. *divifae Corfica Etrufco, quarum Corfica litori propior;* Havn. Parif. 1. 3. Rehdig. *divifae Corfica Etrufco, quarum Corfica Etrufco litori;* Vindob. *divifae Corfica litori proprior inter latera;* Lipf. *divife Sardinia Africo, Sardinia Etrufco, quarum Corfica italico litori proprior;* Vatic. 3. Parif. 2. cum Voffianis, etfi hic omnino veteres libros memorat, receptum ordinem tenent. Editiones 1. 2. 9. 11. 13. priorum codicum lectionem reddunt; inde 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 14. et aliae *divifae Etrufco, quarum Corfica litori propior;* Voffius repofuit: *divifae, Corfica et Sardinia, quarum Corfica Etrufco litori* et fic poftea omnes; ante Voffium tamen 15. 17. 20. 23. locum fic compofuerunt: *divifae Hetrufco, Corfica et Sardinia, quarum Corfica litori,* et Vinetus: *divifae Corfica et Sardinia, quarum Corfica litori.* In fingulis haec fere notavi: Vindob. *diviffe.* Tum Vatic. 1. Rehdig. *et rufco;* Cibin. *et rufcho;* alii cum editionibus *Etrufco* vel *Hetrufco*, aliquae etiam ex primis *Ethrufco*, quae non diutius moror. Pro *litori* Rehdiger. *lateri,* ut alibi, de quo ad 2, 1, 4. et pro *propior* Vindob. Rehdiger. *proprior*, uti paullo fuperius. Sic 2, 2, 1. et paffim. TZSCHVCKE. Non effe attentandum verbum *Etrufco* perfuadere videtur Plinius in tertio: [c. 12. f. 6.] *In Liguftico*, inquit, *mari eft Corfica, quam Graeci Cyrnon appellavere, fed Tufco propior.* Nihilo minus pendeo animi dubiusque fum, *Taphro* ne hic, an *Etrufco* legendum ex eodem Plinio, cuius verba paullo ante relata funt: *Itemque Pinton et foffae, a quibus fretum ipfum Taphros nominatur.* PINTIANVS. Forfan *Etrufco* abundat. CIACCONIVS. Reddidimus veterem lectionem ex optimis et antiquiffimis membranis. In vulgatis hactenus exemplaribus aliquot verba deerant. VOSSIVS. Adparet ex antiquiorum et meliorum codicum

lectionibus, cum duae insulae indicentur, in priori loco male sequi solam Corsicam et excidisse vocem *Sardinia*, quae ex subiectis facile subpletur. Atque id certius probant etiam codices alii quidam, etsi deterioris alias notae, in eo tamen laudandi, quod, quaecunque invenerunt praescripta, servo ea obsequio adspersis tantum vitiis, repraesentare solent. Neque tamen reluctor, si quis verba *Corsica et Sardinia* ex margine irrepsisse putet, cum ex sequentibus intelligantur, atque alias etiam a nostro locorum nomina adpellativa omnino praemittantur, propria in locorum enumeratione subiiciantur. Atque ita hunc locum legendum censet Salmasius ad Solin. cap. 3. s. 9. p. 68. Male autem voci *freto* adiectum fuisse *Etrusco* recte iam olim monuit Ciacconius, ipso insularum situ adiutus. *Taphro* docta est Pintiani coniectura, neque tamen necessaria. Ceterum Cocleus (ed. 11.) a verbis: *duae grandes* capitulum XII adponit hac inscriptione: *De insulis Gallici maris.* Quam hic apte, adparet.

intra) Codices cum editionibus ad Gronovios praeferunt *inter*, unde repositum stetit *intra*, quod, quia aptius videtur, reliqui. Non enim, quod inter latera interiectum est, describit, sed ipsorum laterum formam utrimque productam. Scribendi compendium harum particularum crebram invexit commutationem, de qua vid. Drakenb. ad Silium Ital. 14, 466. et ad Livium 5, 27, 2. et quos producit, itemque Schwartzius ad Plinii Panegyr. c. 30. p. 106. et quae notavi ad 2, 1, 7. Sic infra §. 21. Cibin. *inter* pro *intra* ponit.

et longa) Gud. omisit; Pintianus melius iudicabat: *sed longa.*

Aleria) Parisienses, Lips. Cibin. Vindob. Prag. Vaticani et alii cum editionibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 20. 23. *aperta;* tantum Gudianus neglecta lineola *apta.* Vadianus, re ipſa ſuadente aliorumque auctorum teſtimoniis mutavit in *Aleria*, cui facile reliqui paruerunt.

Mariana) Venet. Prag. *Mariane;* Cibin. Vatic. 3. Havn. *Marianae* cum editionibus ad I. Gronovium, a quo ſucceſſit *Mariana*, uti habent reliqui codices mei cum Ciacconio. Sed et ante Gronovium idem praetuliſſe videtur Vineti editio. TZSCHVCKE. Scribo *Mariana*, non *Marianae*, ex Ptolemaeo, [3, 2.] Plinio, [3, 12. ſ. 6.] Solino. PINTIANVS. *Mariana* ſcribendum, non *Marianae*, quod ex veteri meo codice conſtat. CIACCONIVS. *Mariana* edidi, ſecutus viros doctos et MSS. quos novi duo, non *Marianae*, ut nuper. I. GRONOVIVS. *Marianae* in optimis noſtris invenimus membranis, non *Mariana*, uti vult Gronovius. Putavit nempe unam tantum in Corſica eſſe Marianam coloniam, cum duas recenſeat Ptolemaeus, quarum una ad Marianum erat promontorium, altera vicina Aleriae. Vtramque autem recenſuiſſe Melam exinde patet, quod, ſi de una tantum intellexiſſet, ſequeretur alteram Marianam a barbaris fuiſſe occupatam. VOSSIVS *in appendice ad h. l.* *Mariana* notavit etiam Frater ex Mediolan. Ita vero quum ſcripſi, intelligis, vel in primis Cluverium a me ſignari; ille praecipue deſcripſit Corſicam; ille ſic citavit; ille locum Ptolemaei citat, Marianam utramque notat. Et tamen Voſſius id ipſum nunc voluit praecipere, quaſi rem haberet cum templi camillis. I. GRONOVIVS *in nota poſteriore.* Duas *Marianas* utique novit Ptolemaeus 3, 2. cui, de numero certe plurali, addi poteſt tabula Peuting. 3. D. ubi *Marianis*, pro quo vitioſe in Geogr. Raven. 5, 27. exſtat *Martinianis.* Forte igitur poſtea alia urbs idem nomen ſortita eſt. Nam Plinius 3, 12. ſ. 6. etiam Antoninus in itiner. p. 85. et 445. *Marianam* tantum

memorant, et Seneca in conſol. ad Helviam cap. 8. diſerte ſcribit: *Deductae ſunt duae civium Romanorum coloniae, altera a Mario, altera a Sulla.* Cf. Solin. c. 8. ſ. 2. Sulla vero Aleriam deduxit, ille Marianam. Ita vero non ſolum hunc locum etiam produxit Cluverius in Corſica ant. p. 507. et Salmaſius ad Solin. c. 3. ſ. 9. p. m. 68. ſed et ad Senecam c. l. ita ſcribi voluerat Lipſius. Poſt *ſunt* Cibin. Lipſ. forte alii et pleraeque veteres editiones diſtinctionis ſigno maximo adpoſito moram faciunt, ſic ut ſubſequentia ad *Sardinia* referantur, quod bene mutavit Vadianus, et probavit Salmaſius c. l.

niſi quod in —) Ita libri omnes, tantum Prag. *neque in occidentem quam in orientem.* TZSCHVCKE. Corrigendum puto: *niſi quod ab occidente, quam ab oriente anguſtius patet*, ex Plinio in tertio: [cap. 13. ſ. 7.] *Sardinia*, inquit, *ab Oriente patens* etc. quae verba refert etiam Marcianus. [Martianus lib. 6. p. 207.] PINTIANVS. Salluſtius lib. 2. hiſtor. citante Nonio V. Facies: *Sardinia in Africo mari, facie veſtigii humani prominet, in occidentem, quam in orientem latior.* Sed legendum videtur, *in orientem, quam in occidentem latior.* Et ſic legitur apud Gellium lib. 13. cap. 28. *In orientem, quam in occidentem latior prominet;* et Iſidorum lib. 14. cap. 6. CIACCONIVS. Nihil muto, contra Pintianum; Salluſtium enim eſt imitatus. SCHOTTVS.

par et quadrata) Gud. *apparet quadrata;* Prag. *paret quam data.* Poſt Pariſ. 2. Vatic. 3. Prag. ut Reinoldianae *eſt ſpatioſior.* Sed propter ſubſequens *eſt* melius omittitur cum libris reliquis.

longiſſima) Ita libri omnes ad Vadianum, qui tacite poſuit *latiſſima*, et ſic cum edd. 21. 28. aliae Vadianae, 24. Olivarianae, Vinetus, Schottus, Voſſius, Gro-

novii, dum praeeunte Reinoldio in ed. 44. et ceteris rediit *longiſſima*. *Latiſſima* tamen forte fuit in Pariſ. 1. et 2. At priorem lectionem cum aliis plerisque libris probat ipſe inſulae utriusque adſpectus et auctorum de utraque narrationes, dummodo teneatur, Pomponium eam quadratam facere. Quae autem ſingulatim tradunt auctores, ſuo loco exponentur. Pro *Corſica* Prag. prave *conſita*.

ſoli quam coeli) Hinc verborum ordinem mutant libri quidam. Nempe Vatic. 3. Prag. *coeli quam ſoli;* Ciaccon. *peſtilens pene;* Rehdiger. *peſtilens plene;* Ciaccon. Cibin. Vatic. Gud. Rehdiger. Prag. *populorum antiquiſſimi.* Praeterea in Cibin. bene ſcribitur *fecunda*, ſed male in Prag. abeſt *ut*. Pro *antiquiſſimi* idem dat *antiquiſſimorum*.

Ilienſes) Lipſ. Gud. *Illienſes;* Rehdig. *ylienſes;* reliqui *Ilienſes* cum editionibus, ex quibus ſola 13. habet *Iolenſes*. TZSCHVCKE. Sic et Plinius. [3, 13. ſ. 7.] Pro qua lectione quoque ſtat Pauſanias [10, 17, 4.] et Livius lib. 41. fol. 371. [cap. 6. ſ. 10, 6.] et Solinus. [c. 10. ſ. 4.] Sed Strabo [lib. 5. p. m. 155. ſ. 225.] et Livius, [40, 19, 6. de quo deinceps] *Iolenſes*, et ſic legendum videtur: ab Iolao enim deducit Strabo atque etiam Diodorus lib. 5. [c. 15.] CIACCONIVS. Salmaſius [ad Solin. p. m. 70.] *Iolenſes* et hic et apud Plinium et apud Solinum repoſuit pro *Ilienſibus*. Fruſtra. Vide Pauſaniam in Phocicis, ex quo cognoſces, probam eſſe lectionem vulgatam. VOSSIVS. Ilienſes in Sardinia habitaſſe, ex iis, quae viri docti notarunt, indubium eſſe adparet, adeoque Pauſanias ſua aetate Ἰλιεῖς ibi habuit. Fuerunt tamen etiam Ἰολαεῖς (Strabo c. l.) vel Ἰολάειοι (Diodor. c. l.) dicti ab Iolao, qui ex Theſpienſibus et Attico agro in hanc inſulam coloniam deduxit. Vid. Vindingii Hellen. p. 541.

in Gronovii thes. V. 11. At codices omnes stant pro voce *Iliensis.* Accedit quod ex Graeca adpellatione per etymologiae rationem descendere *Iolenses* nequeunt, qui *Iolaenses* potius efferendi sint. Vtrosque miscet Harduin. ad Plin. c. l. Tum non solum a Pausania, sed et a Livio Ilienses ipsorum aetate commemorantur, nusquam *Iolaenses.* Quare ferenda non est emendatio Salmasii, quam etiam praeterea refutavit Drakenborch. ad Sil. Ital. 12, 562. et in primis ad Livium 40, 19, 6. ubi ita etiam quidam volebant.

Calaris) Cibin. *Cararis;* Prag. *Caloris;* varr. in edd. 27. et 29. *Caralis;* Rehdiger. *Callaris;* ceteri cum editionibus *Calaris;* Vinetus tantum *Caralis;* Schottus *Calatis.* TZSCHVCKE. Sunt, qui *Calaris* probent, inter quos est et Hermolaus. Nos contra ex Strabone, [lib. 5. p. m. 155. s. 224.] Stephano, [h. v.] Ptolemaeo, [3, 3.] Pausania, [10, 17, 5. ubi vulgo Κάρυαλις] Marciano, [Martiano lib. 6. p. 199.] Plinio, [3, 13. s. 7.] utique scripto, *Caralis* defendimus; sicubi aliter scriptum sit, perperam scriptum asserentes. Stephanus *Caraliam* nominat. PINTIANVS. *Caralis* etiam Livio lib. 39. fol. 218. [cap. 39, 3.] *ita vexata classis Caralem* [*Carales*] *tenuit;* et lib. 23. [c. 40. in.] *Manlius navibus longis ad Caralem* [*Carales*] *subductis;* itemque alibi. Strabo [c. l.] Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. Caesar [de B. C. 1, 30. m.] *Sulchi.* CIACCONIVS. Praeter auctores illos adlegatos, alii etiam eandem scripturam confirmant. Sic *Caralitani* apud Orosium 1, 2. etiam in cod. Prag. quem versavi, ubi ex suo tantum Havercampus profert *Calitani; Caralis* legitur etiam in Antonini itiner. p. 80 sqq. tab. Peutinger. 3. D. et Geogr. Ravenn. 5, 26. et ex antiquo suo codice notat Grotius in Martiano Capella c. l. ubi vulgo *Calaris* fertur. Vtrumque etiam variatur in Strabonis libris c. l. Claudiano de B. Gildon. v. 521. ubi Heinsius

reposuit *Caralis*, et sic viri docti in Livio 23, 40. in. ubi olim etiam stabat *Calaris*. Eodem vero praeterea ducunt aliae nominis depravationes in posteriori maxime eius parte, veluti Κάρβαλις in Stephano s. v. Σόλκοι; Κάρναλις in Pausania 10, 17, 5. et Procopio de B. Goth. 4, 24. ubi tamen ex Cod. Regio vera scriptura notatur, quo etiam referunt viri docti Ἄραδις in Dione 48, 30. f. Κάλαρις quidem sine discrepantia legitur in Diodoro 5, 15. sed cum in Corsica illa conlocetur, alia ex parte ibi peccatum esse patet. Veram illam scripturam satis apte confirmat et numus apud Goltzium in inscr. Gr. Tab. 28. fig. 5. p. 292. in quo Καραλιτων legitur, productus, si eius ratio ad nostram urbem constaret, de quo monuit Eckhel in doctrina numor. P. 1. V. 1. p. 271. Sed plura, si quis nunc desideret, dabunt Cluverius in Sardinia ant. p. 490. Duker. ad Flor. 2, 6, 35. Oudendorp. ad Hirtium de B. Afr. c. 98. ubi, ut in aliis passim, pluralis praefertur, et Drakenb. ad Livium c. l. qui Doujatium de altera scriptura male ex recentiori adpellatione pugnantem repellit. His igitur causis motus reposui *Caralis*, Vineti etiam exemplo confirmatus. Hic praeterea a voce *Vrbium* cap. 64. incipit.

Sulci) Vatic. 3. *Sculci;* Lips. *sculti; Sulci* reliqui omnes et editiones ad Vadianum, qui dedit *Sulchi*, et hinc 21. 22. 24. 25. omninoque sequentes editiones ad I. Gronovium, a quo *Sulci* revocatum rediit. TZSCHVCKE. Strabo [lib. 5. p. m. 155. s. 224.] adspirate *Sulchi;* Ptolemaeus [5, 3.] sine adspiratione *Solci;* Plinius [3, 13. s. 7.] *Sulci;* Pausanias [10, 17, 5.] *Sylci*, etsi in eo mendose *Syllus* [Σύλλους] pro *Sylcus* scriptum leges. Sed quoniam haec Corsicae et Sardiniae relatio ita confuse et praepostere scripta est, ut neutri, quod suum est, redditum videatur, visum est faciendum, ut subiicerem, quo pacto restitui fortasse in integrum possit. Scribendum

igitur, ut reor, hoc verborum conceptu: *Quarum Corsica litori propior par et quadrata undique, praeterquam ubi Aleria et Mariana coloniae sunt, a Barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, inter latera tenuis, sed longa; nisi quod ab occidente quam ab oriente angustius patet, et nusquam non aliquanto spatiosior, quam ubi latissima est Corsica* etc. PINTIANVS. Scripsi *Sulci*, non *Sulchi*, quia illud videntur servasse ab auctore iidem codices, [quos supra de *Mariana* excitaverat] praeferentes *Sula*. I. GRONOVIVS. Vossius in appendice ad h. l. perinde utrumque esse monuit. Sic certe Strabo lib. 5. p. m. 155. s. 224. Σουλχοὶ, et alii quidam. Plerumque enim inter *Sulci* et *Sulchi* ambigunt codices, nisi graviora peccata admisceant, veluti in Claudiano de B. Gildon. v. 518. ubi Heinsius praetulit *Sulci*, Plinio 5, 13. s. 7. Antonino in itiner. p. 84. et alibi. Probandum videtur *Sulci*, in quo alii plane consentiunt. Sic Stephanus Σολκοὶ et Συλκοὶ utroque modo et diverso in loco, et praeter eos, quos antea commemoravit Pintianus, Antonin. in itiner. p. 84. tab. Peuting. 3. Θ. Geogr. Raven. 5, 26. Hinc et *Sulcitani* apud Hirtium de B. Afr. fin. Plinium, Ptolemaeum cc. ll. Accedunt iis codices nostri, ut *Sulci* hic merito praeferendum sit cum Gronovio.

§. 20. *Stoechades)* Cibin. Rehdig. *Stoecades*, uti legitur in Martiano Capella lib. 6. p. 206. cf. ad Lucan. 3, 516. Lips. Gud. edd. 1. 2. 9. 13. *Stecades;* Prag. *Stecudes;* Vindobon. *sierstechades;* ed. 11. *Stechades;* alii libri *Stoechades*. Recte. Pro *Ligurum* Vindob. *lugurum;* Prag. *ligura*.

Baleares) Ciaccon. Vatic. Lips. *Baliares;* Cibin. *Balcares;* alii cum edd. *Baleares*. De scriptura per *i* quaeri potest. Praeferunt id in Graecis Ptolemaeus 2, 6. f. (quamvis duplici λ et alii quidam) Stephanus s. v. Γυμνη-

σίαι (ubi codd. Βλιαρίδες) Agathemer. 1, 5. Polyb. 3, 33. Diodor. Sic. 5, 17. et alii. Ita etiam prodit paſſim in codicibus, quales ſunt Frontini 2, 3, 16. ubi tamen Oudendorp. *e* praetulit, quod et fecit in Lucano 1, 229. 3, 710. Ita Prag. Melae, qui Oroſii lib. 1. c. 1. continet. Accedunt monumenta priſca. *Baliarib.* apud Gruter. p. 298. n. 3. in Faſtis Capitolinis: *Metellus Baliaric. Pro Cos. de Baliarib.* Gorius in inſcrr. ant. T. 3. p. 173. n. 214. *Praef. praelegatus inſularum Baliarum.* Quare etiam hodie multi docti viri hanc rationem ſequendam putarunt. Vid. Heinſ. et Drakenb. ad Silium Ital. 3, 365. hic etiam ad Liv. 21, 21, 12. Minime tamen contendere auſim, hanc unice veram, alteram illam falſam eſſe. Nam et numi exſtant, in quibus *Metellus Balearicus* legitur, etſi faſti Capitolini maiori valere debeant auctoritate. Vid. Pighius in Annal. ad an. u. 632. p. 73. Goltzius in Faſtis p. 149. ſ. Morellus in numis conſul. p. 523. Sic apud Strabonem lib. 14. p. m. 450. ſ. 654. Βαλεαρίδες, non Βαλλιαρίδες, uti refert Heinſius c. l. et per *e* in Plinio 3, 11. ſ. 5. Suetonio in Galba c. 10. Antonini itiner. p. 511. Nec dubitarunt ita edere Oudendorpius aliique in Suetonii loco, Oudendorpius in Hirtio de B. Afr. c. 23. ſ. et in Iulio Caeſare de B. G. 2, 7. in. Frontino 2, 3, 16. etſi codices multi per *i* exhibent. Nihil igitur certi de ſcriptura ſtatui poſſe videtur, veteresque promiſcue protuliſſe credibile eſt, quod et exiſtimat Drakenborch. ad Livii epit. 60. ubi, ſi etymologiam a Baleo, Herculis comite, ductam legeris, ſuſtineatur magis τὸ *e*; ſin Euſtathium ad Dionyſ. v. 457. audieris, Βαλιαρίδές ποτε ἐκλήθησαν. Reliqui igitur formam acceptam. In ſequentibus Vatic. *in Hiſpaniam*, non male hic; Cibin. *in hyſpaniam;* idem *Tarniconenſia;* Lipſ. *traconnenſia;* Gud. *tarraconeſia;* Vindobon. *terraconeneia;* Vatic. 3. *terraconenſium;* Prag. *teraconenſium,* uti ſolet. Cf. ad 2, 6, 3.

ſui) Ita codices omnes, Ciaccon. Gronoviani, Dorvillianus (teſte Oudendorpio ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 4, 2.) meique cum priſcis editionibus. Vadianus mutavit in *ſuo*, quod hinc exceperunt 18. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. omninoque omnes praeter Kappianas, in quibus *ſui* rediit. TZSCHVCKE. Codicum ſcripturam egregie tuetur Oudendorpius in notis ad Caeſarem lib. 1. de Bello Gallico cap. 4. §. 2. et ſimiliter auctor in prooemio: *at ipſa ſui contemplatione pretium operae attendentium abſolvat.* Et lib. 3. c. 10. *in finem ſui faſtigantis ſe Africae noviſſimus angulus.* Petronius Satyr. c. 3. *ut vicinarum quoque gentium feminas ad ſui ſpectaculum traheret.* Tacitus lib. 3. Annal. cap. 67. *Igitur petito paucorum dierum interiectu de defenſione ſui disſeruit.* Seneca in Agamemnone cap. 60. *Nunquam placidam ſceptra quietem Certumve ſui tenuere diem.* A. GRONOVIVS. Commutatio ea, quod iam docuit Oudendorp. c. l. et ad Sueton. in Caeſ. cap. 30. minime eſt infrequens. Sic apud Sext. Ruf. cap. 27. et alibi. Sed vid. Burmann. ad Ovid. Metam. 1, 30. Schwartzius ad Plinii panegyr. c. 76. p. 373. praeter ea, quae expoſuerunt Oudendorpius c. l. et Iaeger ad Mamertini Genethl. 2, 1. et Eumenii Panegyr. 6, 2. disputatio a Perizonio ad Sanctii Minerv. 2, 13. n. 3. inſtituta. Nempe in auctoribus paſſim hi genitivi tum etiam adhibentur, cum poſſeſſio indicatur. Eodem fere modo Plinius 4, 20. ſ. 12. dixit: *Creta ſui parte maxima patens.* Hic quidem *ſuo* commode etiam ſtare poſſit; at, cum non temere in ea forma libri omnes conſentiant, qua abiecta forte ipſa vox melius abſit, recepi et ego. Quaedam in his a viris doctis adpoſita aut alio ſpectant, aut ſunt deterioris aetatis.

maiores minoresque) Forte *maior minorque,* et mox *in minori* et *in maiori.* Ptolemaeus. [2, 6.] CIAC-

CONIVS. Hunc locum a librariis corruptum eſſe exiſtimat Hier. *Surita* in notis ad Antonini itinerarium p. 657. [ſ. pag. 512. ed. Weſſ.] ubi ſcribit: *Maior* et *Minor* Baleares ab optimis ſcriptoribus appellantur. Nam quod apud Pomponium lib. 2. cap. 7. et in manuſcriptis exemplaribus legitur de Balearibus, *ex ſpatio ſui cognominibus acceptis maiores minoresque perhiberi et caſtella eſſe in maioribus Palmam et Pollentiam colonias, et in minoribus Iamnam et Magonem*, quis non videat *maiorem et minorem* legi debere? A. GRONOVIVS. Ita quidem Plinius 3, 11. ſ. 5. Oroſius 1, 2. Antoninus c. l. *maior et minor*. Strabo lib. 3. p. m. 115. ſ. 167. Agathemer. 1, 5. Ptolemaeus 2, 6. ἡ μείζων et ἐλάττων. Attamen cum propter ſequentia a vera Melae ratione minime aberrare libri potuerint, utramque inſulam ſic complexus ille ad Baleares numero retulit. Certe nihil mutari poteſt. Pro *perhibentur* Vindob. *prohibentur*.

Iamno) Pariſ. 1. 2. 3. Cibin. Gud. Vatic. Prag. Lipſ. Rehdiger. Venet. Havn. *Samo;* Vindobon. *ſenio*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 11. *Samo;* 15. 17. 20. 23. *Lamno;* 34. *Ianno;* reliquae *Iamno*. TZSCHVCKE. Ptolemaeus [2, 6. f.] et fere Plinius [3, 11. ſ. 5.] non *Samo*, ſed *Iamno* ſive *Iamna*. BARBARVS. In Ptolemaeo eſt Ἰάμνα. At terminatio in *o* ex Plinio probatur, ubi *Iamnonem* occurrit, etſi et ibi veteres *Lamnonem* habent. *I* tamen, cum hic Phoenicum lingua valeat, inde etiam confirmari poſſit, quod a Strabone lib. 16. p. m. 522. ſ. 759. Phoenices urbs Ἰάμνεια commemoretur, itemque a Stephano h. v. niſi quod hic per ι effert.

Palma) Vatic. Cibin. Lipſ. Pariſ. 1. 3. Prag. Ven. Havn. *Parma;* Gud. *perma;* Vind. *parina;* Pariſ. forte *Palma*. Edd. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Parma;* 30. 32. *Salma;* reliquae *Palma*, uti effertur a Strabone lib. 3.

p. m. 115. f. 167. Plinio 3, 11. f. 5. Ptolemaeo 2, 6. Pro *Pollentia* Lipf. Prag. forte etiam Ven. et Havn. cum Vaticanis *Polentia;* Gud. Vindob. *Polentie;* reliqui *Pollentia*, uti inde a Vineto et Voffio editiones, cum in aliis *Polentia* legeretur. Duplex certe *l* probant Strabo, Ptolemaeus, Plinius cc. ll. fed dubitationem iniiciunt infcriptiones apud Gruter. p. 925, 1. et Muratorium 151, 6. in quibus fimplex invenitur. Tum vero dubia exfiftit fcriptura, etfi, quia de colonia dicitur, *Pollentia* praeferenda videatur.

§. 21. *Sucronenfi)* Lipf. Prag. *Succonenfi;* Gud. Havn. Parif. 2. *Suconenfi;* Cibin. *Succronenfi;* Parif. 3. *Supronenfi;* alii *Sucronenfi.* Edd. 1. *Suppronenfi;* 2. 3. 4. 5. 9. 11. *Supronenfi;* reliquae *Sucronenfi* et tantum ex vitio 8. *Sucronenfi.* Vid. ad 2, 6, 6. Poft Lipf. Gud. *Ferariam;* Prag. *Ferraria.*

tantum non) Voffiani, Gronov. Parif. 2. *tantummodo;* Parif. 1. *tamen non;* Prag. *tantum* omiffo *non;* reliqui *tantum non* cum editionibus ad Voffium, a quo receperunt edd. 40. 41. 42. *tantummodo,* quod in fuis libris fuiffe fcribit Voffius, nefcio quidem A. Gronovio, qui id in fuo ipfius tantum invenit. Recte et ad nexum apte prior lectio poftea eft reducta. Hinc etiam probatur *at alia*, pro quo Parif. 3. Lipf. Vatic. Gud. Prag. Cibin. Vindob. et editiones ad Voffium habent *ad alia.* Hic pofuit primus *at alia* cum aliorum obfequio; nam ita etiam inveni in ed. 18. Idem vero etiam ex meis MSStis videntur habuiffe Parif. 1. 2. uti Venet. et Havn. *ad alia.* Quod vero priorem Voffii lectionem non bonam effe poffe dicit Petrus de Marca de Marca Hifpan. 2, 12, 4. debebat id adiecta caufa declarare. Paullo poft Cibin. *ut ne a quidem;* Voff. 1. *ut ne quidem;* Voff. 4. Vatic. *ut ne ea quidem.* Cf. ad initium huius capitis.

ſunt) Vadianus mutavit in *ſiunt* nec apte, et contra codices omnes et editiones veteres. Secutae tamen *ſiunt* 18. 22. 25. 26. 27. 29. et reliquae ad 42. Reinoldii exemplo revocatum eſt *ſunt* ab edd. 44. 45. reliquis. Pro *invecta* Vindob. *iniecta;* Ciaccon. *ſint;* non male.

§. 22. *Colubraria)* Vatic. Cibin. Prag. Havn. *Columbaria;* Gud. *Colubaria;* Pariſ. 1. Vindob. *Colombaria;* Venet. *Colubraria contra eſt;* ceteri cum editionibus *Columbaria*, uti et eſt ſine variatione in Plinio 3, 11. ſ. 5. plus ſemel. Poſt Prag. *ſtateat;* ed. 13. *maleficio.* Pro *ſerpentum*, quod habent Lipſ. Prag. et editiones ſuperiores, A. Gronovius inde ab ed. 44. repoſuit ex MSStis ſuis *ſerpentium*, quibus ſuffragantur etiam ex meis plurimi. Tum pro *et ſit* Pariſ. 2. Lipſ. Prag. habent *ut ſit.* A verbis *Contra eſt* Vinetus cap. 65. incipit.

ingreſſis) Cibin. *ingreſſus;* Prag. Havn. *ingreſſus in ea;* Gud. *in eam.* Tum Cibin. *inter* pro *intra;* cf. ſupra ad §. 19. Idem *hebuſetana;* Vindobon. *circumſignaverint.*

et tuta) Deſunt hae duae voces in Vatic. 3. Prag. Havn. Pariſ. 2. Tò *et* expulit Vadianus, quem ſequuntur edd. 21. 22. 24. 25. et reliquae omnes ad 42. Poſt duce Reinoldio rediit. Pro *tuta* Vatic. 1. meus et Vatic. Voſſii, Rehdiger. Lipſ. Vindob. Gud. Venet. cum edd. 1. 2. 9. 13. *rara;* alius Voſſii codex *tarra;* edd. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 14. et deinceps pleraeque *tuta;* tantum Vinetus, *ſine pernicie terra eſt;* Reinoldius dedit *ſine pernicie et rata eſt*, et hinc ab ed. Gronovii 45. aliae, quod et comprobant Codd. A. Gronovii et ex meis Vatic. 4. Cibin. Pariſ. 1. et 3. Ciacconius adfert *et rata eſt* vel *et tracta eſt.* A *rata* facilius ad

notius *rara* transire potuerunt librarii, quam a *tuta.* Copulam *et* tuetur J. Gronovius pluribus aliis exemplis adiutus etiam ſuis MSStis ad praefationem, qua de cauſa Voſſius ad c. l. in appendice haec de noſtro loco disſeruit: „Non eſt Latinum *Colubraria ſine pernicie et rata eſt.* Libri veteres non conſentiunt. In Vaticano ſic legitur: *tamen ingreſſis eam intra id ſpatium, quod Ebuſitana humo circum* (al. *ſeptum*) *ſignaverunt, ſine pernicie et rara eſt.* In illo, cui multum tribuimus, *ſine pernicie tarra eſt.* Vinetus e ſuis libris edidit: *ſine pernicie terra eſt.* In Arundelliano eſt lacuna, abeſtque ab eo vox penultima, uti fere fieri ſolet, quandocunque non uſitatae et non intellectae occurrunt voces. Scripſerat nempe Mela *ſine pernicie et terre eſt. Terre* pro *terrore,* ut alibi monuimus, habetque et activam et paſſivam ſignificationem." Hactenus Voſſius, qui tamen ad ipſum hunc locum in nota ex libris unice profert *rara.* Remota huc accommodat, nec recte uſitatam et alibi formae diverſitatem in hoc nexu damnat. *Rata* ſi recte habet, quod videtur, in hoc nexu eſt *proba, tuta.*

iisdem illis) Vindob. Prag. *hisdem illis,* uti fit alibi. Cibin. Voſſ. 1. *idem illis ſ. qui alioqui ſolent;* Vatic. 1. *qui alioqui ſolent,* unde prior corruptio intelligitur.

aliud velut virus procul) Voſſ. 1. Cibin. *aliudve quod virus;* ille ſubiicit *procul,* hic *procuret;* Mediolan. Gud. Voſſ. 2. 3. 4. Periz. Gronov. Prag. Pariſ. 1. 2. 3. Havn. *aliudve quod verius procul;* idem A. Gronov. Lipſ. Ven. inſerto tantum *eſt* ante *procul;* Vindob. *aliud velut verius,* certe in *verius* tantum ab ed. 44. eum discrepare notatum erat; Voſſ. 4. Vatic. 1. *aliudve quod verus procul;* Vatic. 4. Auguſtin. *aliundeve, quod verius procul.* Edd. veteres et ſic deinceps pleraeque *aliudve, quod verius, procul;* Vinetus *aliudve, quod*

virus procuret, quod Cibin. nititur auctoritate; Schottus *aliudve procul*, reiectis aliis; Vossius et hinc reliqui *aliud velut virus procul*. TZSCHUCKE. *Aliudve, quod verius)* Neminem esse tam obtusi iudicii puto, cui non suboleat, haec verba non esse Pomponii, sed Lectoris, fabulosum putantis, quod de natura terrae *Ebusitanae* auctores prodidere. PINTIANUS. Irreptitia esse existimant haec verba. Ego sic resingenda esse existimo: *aliud velut virus*. VOSSIUS. E MSS. codicum vestigiis corrigo: *aliudve quod virus*. Sic Ausonius epist. 22. *et nauso aliave qua navi*, ut in MS. Voss. non *quavis*. Lucan. 9, 932. *Sed si quod tardius audit Virus et elicitum iussumque exire repugnat*. Ita Oudendorpius. Avus ad oram editionis Schotti adnotaverat: Leg. *adspersum eius pulveris tactumve, procul et cum pavore fugientibus*. A. GRONOVIUS. *Virus* facile probatur, alterum incertum, quia non temere *quod* natum esse videtur, nisi in *verius* quis caussam quaerat, ut nexus magis constet. Alias Vossiana lectio magis est expedita, quam etiam Vindob. praetulisse videtur.